3. Alexander cognita Tyriarum triremium excursione, confestim naves plurimas quæ sibi aderant, prout quæque instructa erat, ad fauces portus stare jubet, ut reliquis Tyriorum navibus prodeundi potestatem præcluderent. Ipse cum quinqueremibus quas habebat, et triremibus summum quinque celeriter instructis, urbem circum navigans, ad Tyrios portu egressos contendit. (4) Oppidani id ex muro conspicati, ipsumque Alexandrum in navibus præsentem esse clamore redire suos hortabantur, quum clamor ob tumultum eorum qui in illo conflictu versabantur exaudiri non posset, aliis atque aliis indiciis ut sese reciperent significabant. Illi Alexandri incursu serius intellecto, velis versis portum petunt. (5) Paucæ tamen naves fuga evaserunt; nam Alexandri naves in earum plerasque invectæ, nonnullas ad navigandum inutiles reddidere: quinqueremem vero unam et quadriremem ad ipsa portus ostia ceperunt. Propugnatorum cædes haud magna fuit, quoniam simulac captas naves senserant, facile in portum nando evaserunt.

6. Macedones, quum jam nullus Tyriis navium usus superesset, tormenta muris admovere. Quæ quidem ab aggeris parte admota ob muri firmitatem parum damni inferebant. Alii vero, ea parte urbis quæ Sidonem spectat, nonnullas naves machinas portantes admoverunt. (7) Sed quum ne hic quidem proficeretur, ad murum qui meridiem versus est atque Ægyptum spectat, se contulit, omni

ρώμενος τοῦ ἔργου. Καὶ ἐνταῦθα πρῶτον κατεσείσθη τε τὸ τεῖχος ἐπὶ μέγα καί τι καὶ κατηρείφθη αὐτοῦ παραῤῥαγέν. Τότε μὲν ὅσον ἐπιβαλὼν γεφύρας ᾗ ἐρήριπτο τοῦ τείχους, ἀπεπειράθη ἐς ὀλίγον τῆς προσβολῆς· καὶ οἱ Τύριοι οὐ χαλεπῶς ἀπεκρούσαντο τοὺς Μακεδόνας.

ΚΕΦ. ΚΓ'.

Τρίτῃ δὲ ἀπὸ ταύτης ἡμέρᾳ νηνεμίαν τε φυλάξας καὶ παρακαλέσας τοὺς ἡγεμόνας τῶν τάξεων ἐς τὸ ἔργον, ἐπῆγε τῇ πόλει ἐπὶ τῶν νεῶν τὰς μηχανάς. Καὶ πρῶτα μὲν κατέσεισε τοῦ τείχους ἐπὶ μέγα. Ὡς δὲ ἀποχρῶν εἰς πλάτος ἐφάνη τὸ παρεῤῥηγμένον, τὰς μὲν μηχανοφόρους ναῦς ἐπανάγειν ἐκέλευσεν· (2) ὁ δὲ δύο ἄλλας ἐπῆγεν, αἳ τὰς γεφύρας αὐτῷ ἔφερον, ἃς δὴ ἐπιβάλλειν ἐπενόει τῷ κατεῤῥηγμένῳ τοῦ τείχους. Καὶ τὴν μὲν μίαν τῶν νεῶν οἱ ὑπασπισταὶ ἔλαβον, ᾗ ἐπετέτακτο Ἄδμητος, τὴν ἑτέραν δὲ ἡ Κοίνου τάξις οἱ πεζέταιροι καλούμενοι· καὶ αὐτὸς ξὺν τοῖς ὑπασπισταῖς ἐπιβήσεσθαι τοῦ τείχους ᾗ παρείκοι ἔμελλε. (3) Τὰς τριήρεις δὲ τὰς μὲν ἐπιπλεῖν κατὰ τοὺς λιμένας ἀμφοτέρους ἐκέλευσεν, εἴ πως πρὸς σφᾶς τετραμμένων τῶν Τυρίων βιάσαιντο τὸν ἔσπλουν· ὅσαι δὲ αὐτῶν βέλη ἀπὸ μηχανῶν βαλλόμενα εἶχον ἢ ὅσαι τοξότας ἐπὶ τῶν καταστρωμάτων ἔφερον, ταύτας δὲ ἐκέλευσεν ἐν κύκλῳ περιπλεούσας τὸ τεῖχος ἐποκέλλειν τε ὅπῃ παρείκοι καὶ ἀνακωχεύειν ἐντὸς βέλους, ἔστε τὸ ἐποκεῖλαι ἄπορον γίγνοιτο, ὡς πανταχόθεν βαλλομένους τοὺς Τυρίους ἐν τῷ δεινῷ ἀμφιβόλους γίγνεσθαι.

4. Ὡς δὲ αἵ τε νῆες αἱ σὺν Ἀλεξάνδρῳ προσέσχον τῇ πόλει καὶ αἱ γέφυραι ἐπεβλήθησαν τῷ τείχει ἀπ' αὐτῶν, ἐνταῦθα οἱ ὑπασπισταὶ εὐρώστως κατὰ ταύτας ἀνέβαινον ἐπὶ τὸ τεῖχος· ὅ τε γὰρ Ἄδμητος ἀνὴρ ἀγαθὸς ἐν τῷ τότε ἐγένετο, καὶ ἅμα Ἀλέξανδρος εἵπετο αὐτοῖς, τοῦ τε ἔργου αὐτοῦ καρτερῶς ἁπτόμενος καὶ θεατὴς τῶν ἄλλων, ὅτῳ τι λαμπρὸν κατ' ἀρετὴν ἐν τῷ κινδύνῳ ἐτολμᾶτο. (5) Καὶ ταύτῃ πρῶτον ᾗ ἐπετέτακτο Ἀλέξανδρος ἐλήφθη τὸ τεῖχος, οὐ χαλεπῶς ἀποκρουσθέντων ἀπ' αὐτοῦ τῶν Τυρίων, ἐπειδὴ πρῶτον βεβαίῳ τε καὶ ἅμα οὐ πάντῃ ἀποτόμῳ τῇ προσβάσει ἐχρήσαντο οἱ Μακεδόνες. Καὶ Ἄδμητος μέν, πρῶτος ἐπιβὰς τοῦ τείχους καὶ τοῖς ἀμφ' αὐτὸν ἐγκελευόμενος ἐπιβαίνειν, βληθεὶς λόγχῃ ἀποθνήσκει αὐτοῦ· ἐπὶ δὲ αὐτῷ Ἀλέξανδρος ἔσχε τὸ τεῖχος ξὺν τοῖς ἑταίροις. (6) Ὡς δὲ εἴχοντο αὐτῷ πύργοι τε ἔστιν οἳ καὶ μεταπύργια, αὐτὸς μὲν παρῄει διὰ τῶν ἐπάλξεων ὡς ἐπὶ τὰ βασίλεια, ὅτι ταύτῃ εὐπορωτέρα ἐφαίνετο ἐς τὴν πόλιν ἡ κάθοδος.

ex parte oppugnationem tentans. Atque hac primum et late quassatus est murus, et aliqua pars etiam perfracta dirutaque est. Tum injectis pontibus ea parte qua murum demolitus erat urbem oppugnare tantisper tentavit: sed Tyrii non magno negotio Macedones repulerunt.

CAP. XXIII.

Tertio ab hoc die, malacia ac tranquillitate exspectata, copiarum duces ad pugnam cohortatus, tormenta navibus imposita urbi admovit; ac primo quidem impetu magnam muri partem labefactat: quumque jam satis amplo spatio murus dirutus videretur, naves quibus tormenta vehebantur retrahi jubet, (2) aliasque duas cum pontibus adduci, quibus murorum strages transcendere statuerat. Atque alteram quidem navium scutati occupant, Admeto duce: alteram Cœni cohors e militibus qui pedites amici dicuntur constans: ipse etiam cum scutatis, quacunque facultas detur, murum conscensurus erat. (3) Triremium vero partem contra utrumque portum adnavigare jubet, si forte conversis in eos Tyriis vi irrumpere possint. Quotquot vero naves tela quæ ex machinis jaciuntur habebant, aut quæ sagittarios in tabulatis dispositos vehebant, jubet ut muros circumnavigantes, quacunque via licuerit applicent, utque intra teli jactum sese sistant, si omnino applicare non possint; eo consilio, ut Tyrii omni ex parte pressi, in tantis difficultatibus quo se verterent nescirent.

4. Ceterum navibus jam cum Alexandro ad urbem appulsis et pontibus muro injectis, scutati strenue per eos murum conscendunt. Admetus enim per id temporis fortiter rem gerebat, subsequebatur et Alexander ipse, qui et periculum fortiter subibat, et alios, prout quisque præclarum aliquod in pugna facinus edidisset, spectabat. (5) Atque ea parte primum qua premebat Alexander, murus captus est, Tyriis ex eo parvo negotio depulsis, quod Macedones firmo et simul non omnino arduo ingressu utebantur. Admetus qui primus murum conscenderat, dum eos qui circa eum erant ut idem faciant cohortatur, lancea trajectus interiit. (6) Post eum Alexander cum amicis murum occupavit. Occupatis itaque turribus nonnullis et interturriis, ipse per summa propugnacula murorum ad regiam contendit, quod facilior illa via ad urbem descensus videretur.

ΚΕΦ. ΚΔ΄.

Οἱ δὲ ἐπὶ τῶν νεῶν οἵ τε Φοίνικες κατὰ τὸν λιμένα τὸν πρὸς Αἰγύπτου, καθ᾽ ὅνπερ καὶ ἐφορμοῦντες ἐτύγχανον, βιασάμενοι καὶ τὰ κλεῖθρα διασπάσαντες ἔκοπτον τὰς ναῦς ἐν τῷ λιμένι, ταῖς μὲν μετεώροις ἐμβάλλοντες, τὰς δὲ ἐς τὴν γῆν ἐξωθοῦντες, καὶ οἱ Κύπριοι κατὰ τὸν ἄλλον λιμένα τὸν ἐκ Σιδῶνος φέροντα, οὐδὲ κλεῖθρον τοῦτόν γε ἔχοντα, εἰσπλεύσαντες εἷλον εὐθὺς ταύτῃ τὴν πόλιν. (2) Τὸ δὲ πλῆθος τῶν Τυρίων τὸ μὲν τεῖχος, ὡς ἐχόμενον εἶδον, ἐκλείπουσιν· ἀθροισθέντες δὲ κατὰ τὸ Ἀγηνόριον καλούμενον ἐπέστρεψαν ταύτῃ ἐπὶ τοὺς Μακεδόνας. Καὶ Ἀλέξανδρος ξὺν τοῖς ὑπασπισταῖς ἐπὶ τούτους χωρήσας τοὺς μὲν αὐτοῦ μαχομένους διέφθειρεν αὐτῶν, τοῖς δὲ φεύγουσιν ἐφείπετο. (3) Καὶ φόνος ἦν πολύς, τῶν τε ἀπὸ τοῦ λιμένος ἐχόντων ἤδη τὴν πόλιν καὶ τῆς Κοίνου τάξεως παρεληλυθυίας ἐς αὐτήν. Ὀργῇ γὰρ ἐχώρουν ἐπὶ πᾶν οἱ Μακεδόνες, τῆς τε πολιορκίας τῇ τριβῇ ἀχθόμενοι καὶ ὅτι λαβόντες τινὰς αὐτῶν οἱ Τύριοι πλέοντας ἐκ Σιδῶνος ἐπὶ τὸ τεῖχος ἀναβιβάσαντες, ὅπως ἄποπτον εἴη ἀπὸ τοῦ στρατοπέδου, σφάξαντες ἔρριψαν ἐς τὴν θάλασσαν. (4) Ἀπέθανον δὲ τῶν μὲν Τυρίων ἐς ὀκτακισχιλίους, τῶν Μακεδόνων δὲ ἐν τῇ τότε προσβολῇ Ἄδμητός τε, ὁ πρῶτος ἑλὼν τὸ τεῖχος, ἀνὴρ ἀγαθὸς γενόμενος, καὶ ξὺν αὐτῷ εἴκοσι τῶν ὑπασπιστῶν, ἐν δὲ τῇ πάσῃ πολιορκίᾳ μάλιστα ἐς τετρακοσίους.

5. Τοῖς δὲ ἐς τὸ ἱερὸν τοῦ Ἡρακλέους καταφυγοῦσιν (ἦσαν δὲ αὐτῶν τε τῶν Τυρίων οἱ μάλιστα ἐν τέλει καὶ ὁ βασιλεὺς Ἀζέμιλκος καὶ Καρχηδονίων τινὲς θεωροὶ ἐς τιμὴν τοῦ Ἡρακλέους κατὰ δή τινα νόμον παλαιὸν εἰς τὴν μητρόπολιν ἀφικόμενοι) τούτοις ξύμπασιν ἄδειαν δίδωσιν Ἀλέξανδρος· τοὺς δὲ ἄλλους ἠνδραπόδισε, καὶ ἐπράθησαν Τυρίων τε καὶ τῶν ξένων ὅσοι ἐγκατελήφθησαν, μάλιστα εἰς τρισμυρίους. (6) Ἀλέξανδρος δὲ τῷ Ἡρακλεῖ ἔθυσέ τε καὶ πομπὴν ἔστειλε σὺν τῇ δυνάμει ὡπλισμένῃ· καὶ αἱ νῆες ξυνεπόμπευσαν τῷ Ἡρακλεῖ, καὶ ἀγῶνα γυμνικὸν ἐν τῷ ἱερῷ καὶ λαμπάδα ἐποίησε· καὶ τὴν μηχανὴν ᾗ τὸ τεῖχος κατεσείσθη ἀνέθηκεν ἐς τὸν νεών· καὶ τὴν ναῦν τὴν Τυρίαν τὴν ἱερὰν τοῦ Ἡρακλέους, ἥντινα ἐν τῷ ἐπίπλῳ ἔλαβε, καὶ ταύτην τῷ Ἡρακλεῖ ἀνέθηκε καὶ ἐπίγραμμα ἐπ᾽ αὐτῇ, ἢ αὐτὸς ποιήσας ἢ ὅτου δὴ ἄλλου ποιήσαντος, οὐκ ἄξιον μνήμης τὸ ἐπίγραμμα· διὰ τοῦτο καὶ ἐγὼ αὐτὸ ἀναγράψαι ἀπηξίωσα. Τύρος μὲν δὴ οὕτως ἑάλω ἐπὶ ἄρχοντος Ἀνικήτου Ἀθήνησι μηνὸς Ἑκατομβαιῶνος.

CAP. XXIV.

At qui in navibus erant Phœnices in portum qui Ægyptum spectat et quem obsederant, impetu facto, claustrisque revulsis, naves in portu confregerunt, in alias remotiores a terra magna vi delati, alias ad ipsam terram collidentes. Cyprii in alterum portum qui Sidonem respicit, ne claustro quidem septum, irrumpentes, statim ea parte urbem capiunt. (2) Oppidani simulac murum captum conspexerunt, eo deserto, ad Agenorium quod appellant conglobati, inde in Macedones sese convertunt. Alexander cum scutatis in eos progressus, alios pugnantes occidit, alios fugientes insequitur. (3) Magna hic cædes facta est, quum et a portu urbs capta esset, et Cœni copiæ in eam irruissent. Macedones enim ira perciti in Tyrios grassabantur, tum quod obsidionis diuturnitatem molestissime ferebant, tum etiam quod Tyrii quum nonnullos suorum ex Sidone navigantes cepissent, in murum sublatos, ut ab exercitu cerni possent, cæsos in mare præcipitarant. (4) Tyriorum circiter octo millia interfecta: ex Macedonibus in illo quidem impetu Admetus, qui primus re fortiter gesta murum ceperat, et cum eo scutati viginti; in universa vero obsidione circiter quadringenti.

5. Qui vero in templum Herculis confugerant (erant autem hi præcipui quique Tyriorum principes et rex Azemilcus et nonnulli Carthaginienses de sacris legati, qui ex veteri consuetudine in honorem Herculis ad metropolin venerant), iis omnibus Alexander veniam concessit, reliquos in servitutem redegit. Tyriorum atque exterorum, qui capti sunt, XXX fere millia sub hastam missa. (6) Post hæc Alexander Herculi sacrificium fecit, et pompam cum exercitu armato misit; naves etiam Herculi pompam peregerunt; ludos quoque gymnicos in æde Herculi sacra et certamina, quibus lampades gestantes cursu certant edidit. Tormentum, quo murum demolitus fuerat, in templo posuit. Navem etiam Tyriam sacram Herculi, quam navali incursione ceperat, Herculi dicat, cum inscriptione, quam sive ipse sive alius quispiam fecerit, quod nihil habeat memoria dignum, commemorandam minime putavi. Atque ita quidem Tyrus capta est, archonte Athenis Aniceto, mense Hecatombæone.

ΚΕΦ. ΚΕ΄.

Ἔτι δὲ ἐν τῇ πολιορκίᾳ τῆς Τύρου ξυνεχομένου Ἀλεξάνδρου ἀφίκοντο παρὰ Δαρείου πρέσβεις ὡς αὐτόν, ἀπαγγέλλοντες μύρια μὲν τάλαντα ὑπὲρ τῆς μητρός τε

CAP. XXV.

Quum adhuc in obsidione Tyri versaretur Alexander, legati ad eum a Dario venerunt, nuntiantes Darium decem millia talentûm daturum, si matrem, uxorem ac

καὶ τῆς γυναικὸς καὶ τῶν παίδων δοῦναι ἐθέλειν Ἀλεξάνδρῳ Δαρεῖον· τὴν δὲ χώραν πᾶσαν τὴν ἐντὸς Εὐφράτου ποταμοῦ ἔστε ἐπὶ θάλασσαν τὴν Ἑλληνικὴν Ἀλεξάνδρου εἶναι· γήμαντα δὲ τὴν Δαρείου παῖδα Ἀλέξανδρον φίλον τε εἶναι Δαρείῳ καὶ ξύμμαχον. (2) Καὶ τούτων ἐν τῷ ξυλλόγῳ τῶν ἑταίρων ἀπαγγελθέντων, Παρμενίωνα μὲν λέγουσιν Ἀλεξάνδρῳ εἰπεῖν, ὅτι αὐτὸς ἂν Ἀλέξανδρος ὢν ἐπὶ τούτοις ἠγάπησε καταλύσας τὸν πόλεμον μηκέτι πρόσω κινδυνεύειν· Ἀλέξανδρον δὲ Παρμενίωνι ἀποκρίνασθαι, ὅτι καὶ αὐτὸς ἄν, εἴπερ Παρμενίων ἦν, οὕτως ἔπραξεν, ἐπεὶ δὲ Ἀλέξανδρός ἐστιν, ἀποκρινεῖσθαι Δαρείῳ ἅπερ δὴ καὶ ἀπεκρίνατο. (3) Ἔφη γὰρ οὔτε χρημάτων δεῖσθαι παρὰ Δαρείου οὔτε τῆς χώρας λαβεῖν ἀντὶ τῆς πάσης τὸ μέρος· εἶναι γὰρ τά τε χρήματα καὶ τὴν χώραν αὐτοῦ πᾶσαν· γῆμαί τε ἂν ἐθέλῃ τὴν Δαρείου παῖδα, γῆμαι ἂν καὶ οὐ διδόντος Δαρείου· ἐκέλευέ τε αὐτὸν ἥκειν, εἴ τι εὑρέσθαι ἐθέλοι φιλάνθρωπον παρ' αὐτοῦ. Ταῦτα ὡς ἤκουσε Δαρεῖος, τὰς μὲν ξυμβάσεις ἀπέγνω τὰς πρὸς Ἀλέξανδρον, ἐν παρασκευῇ δὲ τοῦ πολέμου αὖθις ἦν.

4. Ἀλέξανδρος δὲ ἐπ' Αἰγύπτου ἔγνω ποιεῖσθαι τὸν στόλον. Καὶ ἦν αὐτῷ τὰ μὲν ἄλλα τῆς Παλαιστίνης καλουμένης Συρίας προσκεχωρηκότα ἤδη· εὐνοῦχος δέ τις, ᾧ ὄνομα ἦν Βάτις, κρατῶν τῆς Γαζαίων πόλεως, οὐ προσεῖχεν Ἀλεξάνδρῳ, ἀλλὰ Ἄραβάς τε μισθωτοὺς ἐπαγόμενος καὶ σῖτον ἐκ πολλοῦ παρεσκευακὼς διαρκῆ ἐς χρόνιον πολιορκίαν καὶ τῷ χωρίῳ πιστεύων, μήποτε ἂν βίᾳ ἁλῶναι, ἔγνω μὴ δέχεσθαι τῇ πόλει Ἀλέξανδρον.

ΚΕΦ. ΚϚ'.

Ἀπέχει δὲ ἡ Γάζα τῆς μὲν θαλάσσης εἴκοσι μάλιστα σταδίους, καὶ ἔστι ψαμμώδης καὶ βαθεῖα ἐς αὐτὴν ἡ ἄνοδος καὶ ἡ θάλασσα ἡ κατὰ τὴν πόλιν τεναγώδης πᾶσα. Μεγάλη δὲ πόλις ἡ Γάζα ἦν καὶ ἐπὶ χώματος ὑψηλοῦ ᾤκιστο καὶ τεῖχος περιεβέβλητο αὐτῇ ὀχυρόν. Ἐσχάτη δὲ ᾠκεῖτο ὡς ἐπ' Αἴγυπτον ἐκ Φοινίκης ἰόντι ἐπὶ τῇ ἀρχῇ τῆς ἐρήμου.

2. Ἀλέξανδρος δὲ ὡς ἀφίκετο πρὸς τὴν πόλιν, τῇ μὲν πρώτῃ κατεστρατοπέδευσεν ᾗ μάλιστα ἐπίμαχον αὐτῷ ἐφαίνετο τὸ τεῖχος, καὶ μηχανὰς συμπηγνύναι ἐκέλευσεν. Οἱ δὲ μηχανοποιοὶ γνώμην ἀπεδείκνυντο ἄπορον εἶναι βίᾳ ἑλεῖν τὸ τεῖχος διὰ ὕψος τοῦ χώματος. (3) Ἀλλὰ Ἀλεξάνδρῳ ἐδόκει αἱρετέον εἶναι ὅσῳ ἀπορώτερον· ἐκπλήξειν γὰρ τοὺς πολεμίους τὸ ἔργον τῷ παραλόγῳ ἐπὶ μέγα, καὶ τὸ μὴ ἑλεῖν αἰσχρὸν εἶναί οἱ λεγόμενον ἔς τε τοὺς Ἕλληνας καὶ ἐς Δαρεῖον. Ἐδόκει δὴ χῶμα ἐν κύκλῳ τῆς πόλεως χωννύναι, ὡς ἐξ ἴσου ἀπὸ τοῦ χωσθέντος ἐπάγεσθαι τὰς μηχανὰς τοῖς τείχεσι. Καὶ ἐχώννυτο κατὰ τὸ νότιον μάλιστα τῆς πόλεως τεῖχος, ἵνα ἐπιμαχώτερα ἐφαίνετο. (4) Ὡς δὲ ἐδόκει

liberos dimitteret; quicquid præterea terrarum inter Euphratem et mare Græcanicum situm esset Alexandro concedere; adhæc, si Darii filiam Alexander conjugem acciperet, amicum ac socium fore. (2) Qua legatione in amicorum conventu explicata, Parmenionem Alexandro dixisse ferunt, se quidem, si Alexander esset, accepturum conditionem, neque se, bello composito, ulterius dimicaturum; Alexandrum contra respondisse, et se quidem, si Parmenio esset, ita facturum: quoniam vero Alexander esset, responsum daturum id quod etiam dedit. (3) Respondit enim, se neque Darii pecuniis egere, neque partem ditionis loco totius accipere velle; omnem enim et pecuniam et regionem suam esse; Darii filiam si uxorem ducere vellet, ducturum vel contra voluntatem Darii; si Alexandri humanitatem experiri vellet, ad se veniret. Hoc responso cognito, Darius de compositione desperans, rursus ad bellum se parat.

4. Alexander expeditionem in Ægyptum facere instituit. Et cetera quidem Syriæ, quæ Palæstina vocatur, oppida in suam potestatem jam adduxerat. Eunuchus vero quidam, nomine Batis, qui Gazæ urbi præerat, solus Alexandro restitit. Mercenariis enim Arabibus conductis, multoque antea frumento collecto, quod diuturnæ obsidioni ferendæ sufficeret, fretus etiam munitione oppidi, quippe quod vi capi non posset, Alexandrum urbe nequaquam recipere statuerat.

CAP. XXVI.

Distat Gaza a mari stadiis summum viginti, accessu quidem propter arenæ altitudinem difficillimo: adhæc mare urbi propinquum limosum est. Urbs ipsa ampla et in alto colle sita validoque muro cincta est. Novissima porro incolitur in Ægyptum ex Phœnicia euntibus ad initium solitudinis posita.

2. Alexander statim atque ad urbem pervenit, primo die castra eo loci posuit, quo maxime commodus ad oppugnationem murus videbatur, atque ibi tormenta constitui jubet. Machinarum artifices, murum præ altitudine molis difficulter admodum vi capi posse judicabant. (3) Alexander contra, quo difficilior esset oppugnatio, eo magis suscipiendam censebat; inopinatum enim rei eventum magno terrori hostibus futurum; si vero urbem capere non posset, turpe id sibi, quum ad Græcos et ad Darium perferretur, fore. Molem itaque circum urbem struere instituit tantæ altitudinis, ut machinæ in ea positæ murorum fastigium æquarent. Quam quidem molem ex ea præcipue parte mœnium quæ Austrum versus sunt, exstruxit, quoniam inde faciliora ad expugnandum videbantur. (4) Quumque jam ad justam

ἐξῆρθαι συμμέτρως τὸ χῶμα, μηχανὰς ἐπιστήσαντες οἱ Μακεδόνες ἐπῆγον ὡς ἐπὶ τὸ τεῖχος τῶν Γαζαίων. Καὶ ἐν τούτῳ θύοντι Ἀλεξάνδρῳ καὶ ἐστεφανωμένῳ τε καὶ κατάρχεσθαι μέλλοντι τοῦ πρώτου ἱερείου κατὰ νόμον, τῶν τις σαρκοφάγων ὀρνίθων ὑπερπετόμενος ὑπὲρ τοῦ βωμοῦ λίθον ἐμβάλλει ἐς τὴν κεφαλὴν ὅντινα τοῖν ποδοῖν ἔφερε. Καὶ Ἀλέξανδρος ἤρετο Ἀρίστανδρον τὸν μάντιν ὅ τι νοοῖ ὁ οἰωνός. Ὁ δὲ ἀποκρίνεται ὅτι, Ὦ βασιλεῦ, τὴν μὲν πόλιν αἱρήσεις, αὐτῷ δέ σοι φυλακτέα ἐστὶν ἐπὶ τῆδε τῇ ἡμέρᾳ.

altitudinem perductum opus videretur, Macedones machinas ei impositas ad muros urbis adducunt. Inter hæc Alexandro, corona capiti imposita, sacrificante, quum ipse patrio more primum sacrificium auspicaturus esset, avis quædam ex eo genere quæ carnibus assuescunt aram supervolans, lapidem quem unguibus gerebat in ejus caput demisit. Alexander Aristandrum vatem consuluit, quid avis illa portenderet : qui respondit, Urbem quidem, o rex, capies : at tu tibi eo die cave.

ΚΕΦ. ΚΖ΄.

Ταῦτα ἀκούσας Ἀλέξανδρος τέως μὲν πρὸς ταῖς μηχαναῖς ἔξω βέλους αὑτὸν εἶχεν· ὡς δὲ ἐκδρομή τε ἐκ τῆς πόλεως καρτερὰ ἐγίγνετο καὶ πῦρ τε ἐπέφερον ταῖς μηχαναῖς οἱ Ἄραβες καὶ τοὺς Μακεδόνας ἀμυνομένους κάτωθεν αὐτοὶ ἐξ ὑπερδεξίου τοῦ χωρίου ἔβαλλόν τε καὶ ὤθουν κατὰ τοῦ ποιητοῦ χώματος, ἐνταῦθα ἢ ἑκὼν ἀπειθεῖ Ἀλέξανδρος τῷ μάντει ἢ ἐκπλαγεὶς ἐν τῷ ἔργῳ οὐκ ἐμνημόνευσε τῆς μαντείας, ἀλλ' ἀναλαβὼν τοὺς ὑπασπιστὰς παρεβοήθει ἵνα μάλιστα ἐπιέζοντο οἱ Μακεδόνες. (2) Καὶ τούτους μὲν ἔσχε τοῦ μὴ οὐκ αἰσχρᾷ φυγῇ ὠσθῆναι κατὰ τοῦ χώματος, αὐτὸς δὲ βάλλεται καταπέλτῃ διὰ τῆς ἀσπίδος διαμπὰξ καὶ τοῦ θώρακος ἐς τὸν ὦμον. Ὡς δὲ ἔγνω τὰ ἀμφὶ τὸ τραῦμα ἀληθεύσαντα τὸν Ἀρίστανδρον, ἐχάρη, ὅτι καὶ τὴν πόλιν δὴ αἱρήσειν ἐδόκει Ἀριστάνδρου ἕνεκα.

3. Καὶ αὐτὸς μὲν τὸ τραῦμα ἐθεραπεύετο χαλεπῶς· ἀφικνοῦνται δ' αὐτῷ μετάπεμπτοι ἀπὸ θαλάσσης αἱ μηχαναὶ αἷς Τύρον εἷλε· καὶ χῶμα χωννύναι ἐν κύκλῳ πάντοθεν τῆς πόλεως ἐκέλευσεν, εὖρος μὲν ἐς δύο σταδίους, ὕψος δὲ ἐς πόδας πεντήκοντα καὶ διακοσίους. (4) Ὡς δὲ αἵ τε μηχαναὶ αὐτῷ ἐποιήθησαν καὶ ἐπαχθεῖσαι κατὰ τὸ χῶμα κατέσεισαν τοῦ τείχους ἐπὶ πολύ, ὑπονόμων τε ἄλλῃ καὶ ἄλλῃ ὀρυσσομένων καὶ τοῦ χοῦ ἀφανῶς ἐκφερομένου τὸ τεῖχος πολλαχῇ ἠρείπετο ὑφιζάνον κατὰ τὸ κενούμενον, τοῖς τε βέλεσιν ἐπὶ πολὺ κατεῖχον οἱ Μακεδόνες, ἀναστέλλοντες τοὺς προμαχομένους ἐκ τῶν πύργων, ἐς μὲν τρεῖς προσβολὰς οἱ ἐκ τῆς πόλεως, ἀποθνησκόντων τε αὐτοῖς πολλῶν καὶ τιτρωσκομένων, ὅμως ἀντεῖχον· (5) τῇ τετάρτῃ δὲ τῶν Μακεδόνων τὴν φάλαγγα πάντοθεν προσαγαγὼν Ἀλέξανδρος τῇ μὲν ὑπορυσσόμενον τὸ τεῖχος καταβάλλει, τῇ δὲ παιόμενον ταῖς μηχαναῖς κατασείει ἐπὶ πολύ, ὡς μὴ χαλεπὴν ταῖς κλίμαξι τὴν προσβολὴν κατὰ τὰ ἐρηριμμένα ἐνδοῦναι. (6) Αἵ τε οὖν κλίμακες προσήγοντο τῷ τείχει καὶ ἔρις πολλὴ ἦν τῶν Μακεδόνων ὅσοι τι ἀρετῆς μετεποιοῦντο, ὅστις πρῶτος αἱρήσει τὸ τεῖχος· καὶ αἱρεῖ πρῶτος Νεοπτόλεμος τῶν ἑταίρων τοῦ Αἰακιδῶν γένους· ἐπὶ δὲ αὐτῷ ἄλλαι καὶ ἄλλαι τάξεις ὁμοῦ τοῖς ἡγεμόσιν ἀνέβαινον. (6) Ὡς δὲ ἅπαξ παρῆλθόν

CAP. XXVII.

Quo audito Alexander se aliquamdiu ad machinas extra teli jactum continuit; verum quum Arabes, eruptione ex urbe facta, ignem machinis inferrent, et Macedonas ex inferiori loco sese tuentes ex editiore parte ferirent, atque ab aggere quem struxerant repellerent : tum Alexander, sive sponte sua vatis monita negligens, sive stupore rei vaticinii oblitus, sumptis scutatis, qua maxime premebantur Macedones auxilio accurrit. (2) Atque hos quidem, ne turpi fuga ab aggere expellerentur, retinuit : ipse vero scuto ac thorace catapulta trajecto in humero vulnus accepit : quumque vulnere ipso sensisset Aristandri vaticinium verum fuisse, gavisus est, quod ex eodem Aristandri vaticinio urbem capturus esset.

3. Et ipse quidem ab eo vulnere difficulter curatus est. Interea tormenta, quibus Tyrum expugnarat, mari transmissa accipit : totam deinde urbem aggere cingi jubet, latitudine duorum stadiorum, altitudine pedum CCL. (4) Constructis vero et in aggere dispositis machinis, quum muri magna pars quateretur, cuniculisque diversis ex partibus suffossis et terra clam egesta, murus pluribus in locis subsidens propter exinanitiones subterraneas prorueret, telisque Macedones longe pertingerent, oppidanos ex turribus propugnantes repellentes : ter quidem oppidani Macedonum impetum, multis suorum interfectis et sauciis, sustinuerunt; (5) at quarto impetu quum Alexander omni ex parte phalangem admoveret, alibi murum suffossum diruens, alibi tormentis magnam partem labefactans, facilem Macedonibus per murorum ruinas scalarum admotionem fecit. (6) Quæ simulac applicatæ fuerunt, magna statim contentione inter Macedones gloriæ avidos certatum est, quisnam primus murum caperet. Neoptolemus ex Æacidarum gente, unus ex amicis, primus conscendit, post hunc alii atque alii duces cum suis cohortibus. (7) Quumque semel nonnulli Macedo-

τινες ἐντὸς τοῦ τείχους τῶν Μακεδόνων, κατασχίσαντες ἄλλας καὶ ἄλλας πύλας, ὅσαις ἕκαστοι ἐπετύγχανον, δέχονται εἴσω τὴν στρατιὰν πᾶσαν. Οἱ δὲ Γαζαῖοι καὶ τῆς πόλεώς σφισιν ἤδη ἐχομένης ξυνεστηκότες ὅμως ἐμάχοντο· καὶ ἀπέθανον πάντες αὐτοῦ μαχόμενοι ὡς ἕκαστοι ἐτάχθησαν· παῖδας δὲ καὶ γυναῖκας ἐξηνδραπόδισεν αὐτῶν Ἀλέξανδρος. Τὴν πόλιν δὲ ξυνοικίσας ἐκ τῶν περιοίκων ἐχρῆτο ὅσα φρουρίῳ ἐς τὸν πόλεμον.

num intra muros penetrassent, portis aliis atque aliis, prout quæque sese obtulerunt, reclusis, universum exercitum intromittunt. Gazæi, urbe jam ab hostibus occupata, conglobati nihilominus pugnabant, eoque ipso loco quo quisquam constiterat, vitam pugnans amisit. Alexander, uxoribus eorum et liberis in servitutem redactis, coloniaque ex finitimis in urbem deducta, ea tanquam præsidio ad bellum est usus.

ΒΙΒΛΙΟΝ ΤΡΙΤΟΝ.

LIBER TERTIUS.

ΚΕΦ. Α'.

CAP. I.

Ἀλέξανδρος δὲ ἐπ' Αἰγύπτου, ἵναπερ τὸ πρῶτον ὡρμήθη, ἐστέλλετο, καὶ ἑβδόμῃ ἡμέρᾳ ἀπὸ τῆς Γάζης ἐλαύνων ἧκεν εἰς Πηλούσιον τῆς Αἰγύπτου. Ὁ δὲ ναυτικὸς στρατὸς παρέπλει αὐτῷ ἐκ Φοινίκης ὡς ἐπ' Αἴγυπτον· καὶ καταλαμβάνει τὰς ναῦς ἐν Πηλουσίῳ ὁρμούσας. (2) Μαζάκης δὲ ὁ Πέρσης, ὃς ἦν σατράπης Αἰγύπτου ἐκ Δαρείου καθεστηκώς, τήν τε ἐν Ἰσσῷ μάχην ὅπως συνέβη πεπυσμένος καὶ Δαρεῖον ὅτι αἰσχρᾷ φυγῇ ἔφυγε, καὶ Φοινίκην τε καὶ Συρίαν καὶ τῆς Ἀραβίας τὰ πολλὰ ὑπὸ Ἀλεξάνδρου ἐχόμενα, αὐτῷ τε οὐκ οὔσης δυνάμεως Περσικῆς, ἐδέχετο ταῖς πόλεσι φιλίως καὶ τῇ χώρᾳ Ἀλέξανδρον. (3) Ὁ δὲ εἰς μὲν Πηλούσιον φυλακὴν εἰσήγαγε, τοὺς δὲ ἐπὶ τῶν νεῶν ἀναπλεῖν κατὰ τὸν ποταμὸν κελεύσας ἔστε ἐπὶ Μέμφιν πόλιν, αὐτὸς ἐφ' Ἡλιουπόλεως ᾔει, ἐν δεξιᾷ ἔχων τὸν ποταμὸν τὸν Νεῖλον, καὶ ὅσα καθ' ὁδὸν χωρία ἐνδιδόντων τῶν ἐνοικούντων κατασχών, διὰ τῆς ἐρήμου ἀφίκετο ἐς Ἡλιούπολιν. (4) Ἐκεῖθεν δὲ διαβὰς τὸν πόρον ἧκεν ἐς Μέμφιν. Καὶ θύει ἐκεῖ τοῖς τε ἄλλοις θεοῖς καὶ τῷ Ἄπιδι καὶ ἀγῶνα ἐποίησε γυμνικόν τε καὶ μουσικόν· ἧκον δὲ αὐτῷ οἱ ἀμφὶ ταῦτα τεχνῖται ἐκ τῆς Ἑλλάδος οἱ δοκιμώτατοι. Ἐκ δὲ Μέμφιος κατέπλει κατὰ τὸν ποταμὸν ὡς ἐπὶ θάλασσαν, τούς τε ὑπασπιστὰς [ἐπὶ τῶν νεῶν] λαβὼν καὶ τοὺς τοξότας καὶ τοὺς Ἀγριᾶνας καὶ τῶν ἱππέων τὴν βασιλικὴν ἴλην τὴν τῶν ἑταίρων. (5) Ἐλθὼν δὲ ἐς Κάνωβον καὶ κατὰ τὴν λίμνην τὴν Μαρίαν περιπλεύσας ἀποβαίνει ὅπου νῦν Ἀλεξάνδρεια πόλις ᾤκισται, Ἀλεξάνδρου ἐπώνυμος. Καὶ ἔδοξεν αὐτῷ ὁ χῶρος κάλλιστος κτίσαι ἐν αὐτῷ πόλιν καὶ γενέσθαι ἂν εὐδαίμονα τὴν πόλιν. Πόθος οὖν λαμβάνει αὐτὸν τοῦ ἔργου, καὶ αὐτὸς τὰ σημεῖα τῇ πόλει ἔθηκεν, ἵνα τε ἀγορὰν ἐν αὐτῇ δείμασθαι ἔδει καὶ ἱερὰ ὅσα καὶ θεῶν ὥντινων, τῶν μὲν Ἑλληνικῶν, Ἴσιδος δὲ Αἰγυπτίας, καὶ τὸ τεῖχος ᾗ περιβεβλῆσθαι. Καὶ ἐπὶ τούτοις ἐθύετο, καὶ τὰ ἱερὰ καλὰ ἐφαίνετο.

Alexander inde in Ægyptum, quo primum iter instituerat, contendit, septimoque postquam Gaza movit die Pelusium Ægypti urbem pervenit : navali interim exercitu ex Phœnice in Ægyptum adnavigante : ac naves quidem Pelusii appulsas offendit. (2) Inter hæc Mazaces Persa, Ægypti satrapa a Dario constitutus, de pugna apud Issum commissa deque turpi fuga Darii certior factus; Phœniciam præterea et Syriam magnamque Arabiæ partem in Alexandri potestatem redactam esse; quumque ipse Persicum exercitum non haberet, Alexandrum in provinciam atque urbes amice recepit. (3) Præsidio itaque Pelusio imposito, navibusque flumine Memphin petere jussis, ipse Heliopolin contendit, Nilum flumen a dextra habens : oppidisque quotquot in itinere erant deditione receptis, Heliopolin per deserta pervenit. (4) Inde, trajecto flumine Memphin venit, ubi cum reliquis diis tum Apidi sacrificium fecit, gymnicis ac musicis ludis editis : ad quos præstantissimi quique e Græcia artifices convenere. Ex Memphi deinde secundo flumine ad mare devectus est : ubi scutatos, et sagittarios atque Agrianos et regiam turmam equitum amicorum ejus navibus imponit. (5) Quumque Canopum venisset, Mareotida paludem circumvectus, eo loci appulit, ubi nunc Alexandria ab Alexandri nomine ita dicta, condita est. Ejus loci situs ei maxime opportunus condendæ urbi est visus, et opulentam urbem fore animo præsagiebat. Ordiendi igitur operis cupiditate succensus, urbem designare cœpit, et quo loco forum ædificandum esset, quo templa exstruenda, quotquot aut diis Græcis aut Isidi Ægyptiæ sacra esse volebat, postremo qua amplitudine murus circumducendus esset, præscripsit. Quumque ea de re sacrum diis faceret, sacrificia prosperos eventus portenderunt.

ΚΕΦ. Β'.

Λέγεται δέ τις καὶ τοιόσδε λόγος, οὐκ ἄπιστος ἔμοιγε· ἐθέλειν μὲν Ἀλέξανδρον καταλιπεῖν αὐτὸν τὰ σημεῖα τοῦ τειχισμοῦ τοῖς τέκτοσιν, οὐκ εἶναι δὲ ὅτῳ τὴν γῆν ἐπιγράψουσι· τῶν δὴ τεκτόνων τινὰ ἐπιφρασθέντα, ὅσα ἐν τεύχεσιν ἄλφιτα οἱ στρατιῶται ἐκόμιζον ξυναγαγόντα ἐπιβάλλειν τῇ γῇ ἵναπερ ὁ βασιλεὺς ὑφηγεῖτο, καὶ τὸν κύκλον οὕτω περιγραφῆναι τοῦ περιτειχισμοῦ ὅντινα τῇ πόλει ἐποίει. (2) Τοῦτο δὲ ἐπιλεξαμένους τοὺς μάντεις καὶ μάλιστα δὴ Ἀρίστανδρον τὸν Τελμισσέα, ὃς δὴ πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα ἀληθεῦσαι ἐλέγετο Ἀλεξάνδρῳ, φάναι εὐδαίμονα ἔσεσθαι τὴν πόλιν τά τε ἄλλα καὶ τῶν ἐκ γῆς καρπῶν εἵνεκα.

3. Ἐν τούτῳ δὲ καὶ Ἡγέλοχος κατέπλευσεν εἰς Αἴγυπτον, καὶ ἀπαγγέλλει Ἀλεξάνδρῳ Τενεδίους τε ἀποστάντας Περσῶν σφίσι προσθέσθαι (καὶ γὰρ καὶ ἄκοντας Πέρσαις προσχωρῆσαι) καὶ Χίων ὅτι δὴ ὁ δῆμος ἐπηγάγετο σφᾶς βίᾳ τῶν κατεχόντων τὴν πόλιν, οὓς Αὐτοφραδάτης τε καὶ Φαρνάβαζος ἐγκατέστησαν· (4) ἁλῶναι δὲ αὐτόθι καὶ Φαρνάβαζον ἐγκαταληφθέντα καὶ Ἀριστόνικον Μηθυμναῖον τὸν τύραννον ἐσπλεύσαντα ἐς τὸν λιμένα τῆς Χίου ξὺν ἡμιολίαις λῃστρικαῖς πέντε, ὑπὸ σφῶν ἐχόμενον τὸν λιμένα οὐ γνόντα, ἀλλ' ἐξαπατηθέντα γὰρ πρὸς τῶν τὰ κλεῖθρα ἐχόντων τοῦ λιμένος, ὅτι τὸ Φαρναβάζου ἄρα ναυτικὸν ὁρμεῖ ἐν αὐτῷ· (5) καὶ τοὺς μὲν λῃστὰς πάντας αὐτοῦ κατακοπῆναι πρὸς σφῶν· Ἀριστόνικον δὲ ἦγε παρ' Ἀλέξανδρον καὶ Ἀπολλωνίδην τὸν Χῖον καὶ Φισινὸν καὶ Μεγαρέα καὶ τοὺς ἄλλους ὅσοι τῆς τε ἀποστάσεως τῆς Χίων ξυνεπελάβοντο καὶ ἐν τῷ τότε τὰ πράγματα τῆς νήσου βίᾳ εἶχον· (6) καὶ Μυτιλήνην δὲ Χάρητα ἔχοντα ὅτι ἀφείλετο καὶ τὰς ἄλλας τὰς ἐν Λέσβῳ πόλεις καὶ αὐτὰς ὁμολογίᾳ προσηγάγετο, Ἀμφοτερὸν δὲ σὺν ἑξήκοντα ναυσὶν ἐπὶ Κῶ ἔπεμψεν· ἐπικαλεῖσθαι γὰρ σφᾶς τοὺς Κῴους· καὶ αὐτὸς καταπλεύσας ὅτι εὗρε τὴν Κῶ πρὸς Ἀμφοτεροῦ ἤδη ἐχομένην· (7) καὶ τοὺς μὲν ἄλλους ὅσοι αἰχμάλωτοι ἦγεν Ἡγέλοχος, Φαρνάβαζος δὲ ἀπέδρα ἐν Κῷ λαθὼν τοὺς φύλακας. Ἀλέξανδρος δὲ τοὺς τυράννους μὲν τοὺς ἐκ τῶν πόλεων ἐς τὰς πόλεις πέμπει, χρήσασθαι ὅπως ἐθέλοιεν· τοὺς δὲ ἀμφ' Ἀπολλωνίδην τοὺς Χίους ἐς Ἐλεφαντίνην πόλιν Αἰγυπτίαν ξὺν φυλακῇ ἀκριβεῖ ἔπεμψεν.

CAP. II.

Narratur porro hac de re hujuscemodi quidpiam, meo quidem judicio, non indignum fide : voluisse quidem Alexandrum ipsum signa ducendo muro fabris relinquere, quumque nihil ad manum esset, quo terra inscribi posset, quendam ex fabris hoc excogitasse, ut congesta omni farina quam milites in vasis habebant, eam terræ quam rex designabat aspergeret, atque ita in orbem locum muro urbi circumducendo præscriptum esse. (2) Addidisse etiam hoc vates, et quidem præcipue Aristandrum Telmissensem, qui multa etiam alia vera Alexandro prædixisse ferebatur, urbem illam cum aliis rebus tum frugum copia opulentam fore.

3. Inter hæc Hegelochus in Ægyptum cum navibus venit, qui Alexandro renuntiat, Tenedios ad se a Persis defecisse, quod inviti Persis sese adjunxissent; Chios quoque ipsos in urbem advocasse, invitis iis, quos Autophradates et Pharnabazus præsidio reliquerant; (4) captum etiam in ea ipsa urbe esse Pharnabazum unaque comprehensum Aristonicum Methymnæum tyrannum qui in portum Chii cum quinque piraticis navibus se recepisset, ignarus portum ab ipsis teneri, deceptusque ab iis qui claustra portus tuebantur, Pharnabazi classem in ea statione esse affirmantibus : (5) ac piratas quidem omnes ad internecionem cæsos esse ; adducere se ad Alexandrum Aristonicum et Apollonidem Chium Phisinumque et Megareum et reliquos, qui defectionis auctores adjutoresque fuerant, ac tum temporis violentam apud Chios rerum omnium administrationem tenebant. (6) Adhæc Mytilenen Charéti, qui eam tenebat, eripuisse, reliquaque Lesbiorum oppida deditione recepta esse. Amphoterum cum LX navibus in Con insulam missum; accersisse enim ipsos Coos, seque quum illac prælernavigaret, intellexisse insulam in Amphoteri potestate esse : (7) et cæteros quidem captivos omnes Hegelochus adduxit : Pharnabazus in Con insulam clam custodibus aufugit. Alexander tyrannos quidem urbium in urbes mittit, ut de iis sicut liberet statuerent. Eos vero qui circa Apollonidem Chium erant, in Elephantinem Ægypti urbem cum accurata custodia misit.

ΚΕΦ. Γ'.

Ἐπὶ τούτοις δὲ πόθος λαμβάνει αὐτὸν ἐλθεῖν παρ' Ἄμμωνα ἐς Λιβύην, τὸ μέν τι τῷ θεῷ χρησόμενον, ὅτι ἀτρεκὲς ἐλέγετο εἶναι τὸ μαντεῖον τοῦ Ἄμμωνος καὶ χρήσασθαι αὐτῷ Περσέα τε καὶ Ἡρακλέα, τὸν μὲν ἐπὶ τὴν Γοργόνα ὅτε πρὸς Πολυδέκτου ἐστέλλετο, τὸν δὲ ὅτε παρ' Ἀνταῖον ᾔει εἰς Λιβύην καὶ παρὰ Βούσιριν εἰς Αἴγυπτον. (2) Ἀλεξάνδρῳ δὲ φιλοτιμία ἦν

CAP. III.

Post hæc cupido Alexandrum cepit adeundi Hammonem Libycum, oraculum consulendi causa, quod certissimum esse ferebatur, Perseusque ipse et Hercules deum consuluisse credebantur : ille quidem quum adversus Gorgonem Polydecte missus esset, hic vero quum in Libyam adversus Antæum, et in Ægyptum contra Busiriden proficisceretur. (2) Erat porro Alexandro æmulatio quædam cum

πρὸς Περσέα καὶ Ἡρακλέα, ἀπὸ γένους τε ὄντι τοῦ ἀμφοῖν καί τι καὶ αὐτὸς τῆς γενέσεως τῆς ἑαυτοῦ ἐς Ἄμμωνα ἀνέφερε, καθάπερ οἱ μῦθοι τὴν Ἡρακλέους τε καὶ Περσέως ἐς Δία. Καὶ οὖν παρ' Ἄμμωνα ταύτῃ τῇ γνώμῃ ἐστέλλετο, ὡς καὶ τὰ αὐτοῦ ἀτρεκέστερον εἰσόμενος ἢ φήσων γε ἐγνωκέναι.

3. Μέχρι μὲν δὴ Παραιτονίου παρὰ θάλασσαν ᾔει δι' ἐρήμου, οὐ μέντοι δι' ἀνύδρου τῆς χώρας, σταδίους ἐς χιλίους καὶ ἑξακοσίους, ὡς λέγει Ἀριστόβουλος. Ἐντεῦθεν δὲ ἐς τὴν μεσόγαιαν ἐτράπετο, ἵνα τὸ μαντεῖον ἦν τοῦ Ἄμμωνος. Ἔστι δὲ ἐρήμη τε ἡ ὁδὸς καὶ ψάμμος ἡ πολλὴ αὐτῆς καὶ ἄνυδρος. (4) Ὕδωρ δὲ ἐξ οὐρανοῦ Ἀλεξάνδρῳ πολὺ ἐγένετο, καὶ τοῦτο ἐς τὸ θεῖον ἀνηνέχθη. Ἀνηνέχθη δὲ ἐς τὸ θεῖον καὶ τόδε· ἄνεμος νότος ἐπὰν πνεύσῃ ἐν ἐκείνῳ τῷ χώρῳ, τῆς ψάμμου ἐπιφορεῖ κατὰ τῆς ὁδοῦ ἐπὶ μέγα, καὶ ἀφανίζεται τῆς ὁδοῦ τὰ σημεῖα οὐδὲ ἔστιν εἰδέναι ἵνα χρὴ πορεύεσθαι καθάπερ ἐν πελάγει τῇ ψάμμῳ, ὅτι σημεῖα οὐκ ἔστι κατὰ τὴν ὁδὸν οὔτε που ὄρος οὔτε δένδρον οὔτε γήλοφοι βέβαιοι ἀνεστηκότες, οἷστισιν οἱ ὁδῖται τεκμαίροιντο ἂν τὴν πορείαν, καθάπερ οἱ ναῦται τοῖς ἄστροις· ἀλλὰ ἐπλανᾶτο γὰρ ἡ στρατιὰ Ἀλεξάνδρῳ καὶ οἱ ἡγεμόνες τῆς ὁδοῦ ἀμφίβολοι ἦσαν. (5) Πτολεμαῖος μὲν δὴ ὁ Λάγου λέγει δράκοντας δύο ἰέναι πρὸ τοῦ στρατεύματος φωνὴν ἱέντας, καὶ τούτοις Ἀλέξανδρον κελεῦσαι ἕπεσθαι τοὺς ἡγεμόνας πιστεύσαντας τῷ θείῳ· τοὺς δὲ ἡγήσασθαι τὴν ὁδὸν τήν τε ἐς τὸ μαντεῖον καὶ ὀπίσω αὖθις· (6) Ἀριστόβουλος δέ, καὶ ὁ πλείων λόγος ταύτῃ κατέχει, κόρακας δύο προπετομένους πρὸ τῆς στρατιᾶς, τούτους γενέσθαι Ἀλεξάνδρῳ τοὺς ἡγεμόνας. Καὶ ὅτι μὲν θεῖόν τι ξυνεπέλαβεν αὐτῷ ἔχω ἰσχυρίσασθαι, ὅτι καὶ τὸ εἰκὸς ταύτῃ ἔχει· τὸ δὲ ἀτρεκὲς τοῦ λόγου ἀφείλοντο οἱ ἄλλῃ καὶ ἄλλῃ ὑπὲρ αὐτοῦ ἐξηγησάμενοι.

ΚΕΦ. Δ'.

Ὁ δὲ χῶρος ἵναπερ τοῦ Ἄμμωνος τὸ ἱερόν ἐστι, τὰ μὲν κύκλῳ πάντα ἔρημα καὶ ψάμμον τὸ πᾶν ἔχει καὶ ἄνυδρον· αὐτὸς δὲ ἐν μέσῳ ὀλίγος ὢν (ὅσον γὰρ πλεῖστον αὐτοῦ ἐς πλάτος διέχει, ἐς τεσσαράκοντα μάλιστα σταδίους ἔρχεται) κατάπλεώς ἐστιν ἡμέρων δένδρων, ἐλαιῶν καὶ φοινίκων, καὶ ἔνδροσος μόνος τῶν πέριξ. (2) Καὶ πηγὴ ἐξ αὐτοῦ ἀνίσχει οὐδέν τι ἐοικυῖα ταῖς πηγαῖς ὅσαι ἄλλαι ἐκ γῆς ἀνίσχουσιν. Ἐν μὲν γὰρ μεσημβρίᾳ ψυχρὸν τὸ ὕδωρ γευσαμένῳ τε καὶ ἔτι μᾶλλον ἁψαμένῳ οἷον ψυχρότατον· ἐγκλίναντος δὲ τοῦ ἡλίου ἐς ἑσπέραν θερμότερον, καὶ ἀπὸ τῆς ἑσπέρας ἔτι θερμότερον ἔστε ἐπὶ μέσας νύκτας, μέσων δὲ νυκτῶν ἑαυτοῦ θερμότατον· ἀπὸ δὲ μέσων νυκτῶν ψύχεται ἐν τάξει, καὶ ἕωθεν ψυχρὸν ἤδη ἐστί, ψυχρότατον δὲ μεσημβρίας· καὶ τοῦτο δὴ ἀμείβει ἐν τάξει ἐπὶ ἑκάστῃ ἡμέρᾳ. (3) Γίγνονται δὲ καὶ ἅλες αὐτόματοι ἐν τῷ χωρίῳ τούτῳ

Perseo et Hercule, quippe qui a genere utriusque descenderet, siquidem et ipse ortus sui initia ex parte (*materna*) ad Ammonem referebat, quemadmodum Persei atque Herculis fabulæ ad Jovem. Hoc itaque consilio ad Ammonem proficiscebatur, ut quæ ad se pertinerent certius cognosceret, aut saltem se novisse jactaret.

3. Ac Parætonium usque secus mare per solitudinem profectus est, sed non omnino per inaquosam regionem, ad mille sexcenta stadia, ut tradit Aristobulus. Inde mediterranea petiit, ubi Ammonis templum est, unde oracula petuntur. Est autem via plane deserta altoque sabulo impedita et aquæ inops. (4) At Alexandro larga e cœlo pluvia demissa est, quod quidem prodigio habitum est, sicut etiam hoc: quotiescunque enim Auster ea in regione spirat, magna vi arenæ viam obruit, ita ut omnia viarum vestigia obducantur, et, perinde ut in pelago, qua eundum sit cerni præ arena non possit. Neque enim signa ulla sive notæ ad viam exstant, non collis, non arbor, non firmi et stabiles tumuli, ex quibus viatores itineris rationem colligere, ut nautæ ex astris, possint. Errabat itaque Alexandri exercitus, ejusque ductores de via ambigebant. (5) Ptolemæus Lagi filius auctor est, dracones duos clamorem edentes agmen præcessisse, et Alexandrum ducibus imperasse, ut prodigio acquiescentes dracones sequerentur; ac dracones in oraculi sedem ipsos et duxisse et reduxisse. (6) Aristobulus autem et reliqui plurimi duos corvos ante exercitum volitasse scribit, eosque Alexandro itineris duces exstitisse. Ac sane aliquo prodigio adjutum Alexandrum esse pro certo affirmaverim: verisimile enim omnino hoc est: at veram rei rationem scriptorum dissensus obscuravit.

CAP. IV.

Locus autem in quo Ammonis templum est, omni ex parte solitudines et arenas habet caretque aqua. Medium hujus loci, quod exiguo spatio circumscribitur, (nam ubi latissimum est, ad quadraginta summum stadia extenditur) cultis arboribus est refertum, oleis nimirum et palmis, solumque ex circumjectis locis roscidum. (2) Fons etiam ex eo oritur, nihil cum reliquis fontibus quotquot e terra scaturiunt simile habens. Meridie enim frigidus est gustanti multoque magis attingenti, qualis est frigidissimus; sole ad vesperum vergente, calidior est; qui quidem calor a vespera ad mediam noctem usque incrementa accipit; media nocte calidissimus est; post mediam noctem paulatim refrigescit; et sub auroram jam frigidus est, meridie frigidissimus: atque has quidem vicissitudines singulis diebus subit. (3) Gignit autem etiam hoc solum suapte natura salem fos-

δρυκτοί. Καὶ τούτων ἔστιν οὓς ἐς Αἴγυπτον φέρουσι τῶν ἱερέων τινὲς τοῦ Ἄμμωνος. Ἐπειδὴ γὰρ ἐπ' Αἰγύπτου στέλλονται, ἐς κοιτίδας πλεκτὰς ἐκ φοίνικος ἐσβαλόντες δῶρον τῷ βασιλεῖ ἀποφέρουσιν ἢ εἴ τῳ ἄλλῳ. (4) Ἔστι δὲ μακρός τε ὁ χόνδρος καὶ ἤδη τινὲς αὐτῶν καὶ ὑπὲρ τρεῖς δακτύλους, καὶ καθαρὸς ὥσπερ κρύσταλλος· καὶ τούτῳ ἐπὶ ταῖς θυσίαις χρῶνται, ὡς καθαρωτέρῳ τῶν ἀπὸ θαλάσσης ἁλῶν, Αἰγύπτιοί τε καὶ ὅσοι ἄλλοι τοῦ θείου οὐκ ἀμελῶς ἔχουσιν. (5) Ἐνταῦθα Ἀλέξανδρος τόν τε χῶρον ἐθαύμασε καὶ τῷ θεῷ ἐχρήσατο· καὶ ἀκούσας ὅσα αὐτῷ πρὸς θυμοῦ ἦν, ὡς ἔλεγεν, ἀνέζευξεν ἐπ' Αἰγύπτου, ὡς μὲν Ἀριστόβουλος λέγει, τὴν αὐτὴν ὀπίσω ὁδόν, ὡς δὲ Πτολεμαῖος ὁ Λάγου, ἄλλην εὐθεῖαν ὡς ἐπὶ Μέμφιν.

silem; quem quidem nonnulli sacerdotes Ammonis in Ægyptum portant. Quum enim in Ægyptum proficiscuntur, salem in cistulas ex palma contextas conditum, regi aut alteri cuipiam muneri ferunt. (4) Sunt autem frusta oblonga, quædam enim longitudinem trium digitorum excedunt, puraque instar crystalli. Hoc genere salis et Ægyptii et alii quibus divinus cultus curæ est, in sacrificiis utuntur, quod sale marino sit purior. (5) Alexander loci naturam admiratus, oraculum consuluit: acceptoque responso sibi, ut dicebat, grato, in Ægyptum rediit, eodem, ut Aristobulus auctor est, quo venerat itinere: ut vero Ptolemæus scribit, rectiore via Memphin versus.

ΚΕΦ. Ε′.

Εἰς Μέμφιν δὲ αὐτῷ πρεσβεῖαί τε πολλαὶ ἐκ τῆς Ἑλλάδος ἧκον, καὶ οὐκ ἔστιν ὅντινα ἀτυχήσαντα ὧν ἐδεῖτο ἀπέπεμψε· καὶ στρατιὰ παραγίγνεται παρὰ μὲν Ἀντιπάτρου μισθοφόροι Ἕλληνες ἐς τετρακοσίους, ὧν ἡγεῖτο Μενίδας ὁ Ἡγησάνδρου, ἐκ Θρᾴκης δὲ ἱππεῖς ἐς πεντακοσίους, ὧν ἦρχεν Ἀσκληπιόδωρος ὁ Εὐνίκου. (2) Ἐνταῦθα θύει τῷ Διὶ τῷ βασιλεῖ καὶ πομπεύει ξὺν τῇ στρατιᾷ ἐν τοῖς ὅπλοις καὶ ἀγῶνα ποιεῖ γυμνικὸν καὶ μουσικόν. Καὶ τὰ κατὰ τὴν Αἴγυπτον ἐνταῦθα ἐκόσμησε· δύο μὲν νομάρχας Αἰγύπτου κατέστησεν Αἰγυπτίους, Δολόασπιν καὶ Πέτισιν, καὶ τούτοις διένειμε τὴν χώραν τὴν Αἰγυπτίαν· Πετίσιος δὲ ἀπειπαμένου τὴν ἀρχὴν Δολόασπις ἐνδέχεται πᾶσαν. (3) Φρουράρχους δὲ τῶν ἑταίρων ἐν Μέμφει μὲν Πανταλέοντα κατέστησε τὸν Πυδναῖον, ἐν Πηλουσίῳ δὲ Πολέμωνα τὸν Μεγακλέους, Πελλαῖον· τῶν ξένων δὲ ἄρχειν Λυκίδαν Αἰτωλόν, γραμματέα δὲ ἐπὶ τῶν ξένων Εὔγνωστον τὸν Ξενοφάντου τῶν ἑταίρων· ἐπισκόπους δὲ αὐτῶν Αἰσχύλον τε καὶ Ἔφιππον τὸν Χαλκιδέα. (4) Λιβύης δὲ τῆς προσχώρου ἄρχειν δίδωσιν Ἀπολλώνιον Χαρίνου, Ἀραβίας δὲ τῆς πρὸς Ἡρώων πόλει Κλεομένην τὸν ἐκ Ναυκράτιος· καὶ τούτῳ παρηγγέλλετο τοὺς μὲν νομάρχας ἐᾶν ἄρχειν τῶν νομῶν τῶν κατὰ σφᾶς καθάπερ ἐκ παλαιοῦ καθειστήκει, αὐτὸν δὲ ἐκλέγειν παρ' αὐτῶν τοὺς φόρους· οἱ δὲ ἀποφέρειν αὐτῷ ἐτάχθησαν. (5) Στρατηγοὺς δὲ τῇ στρατιᾷ κατέστησεν ἥντινα ἐν Αἰγύπτῳ ὑπελείπετο Πευκέσταν τε τὸν Μακαρτάτου καὶ Βάλακρον τὸν Ἀμύντου, ναύαρχον δὲ ἐπὶ τῶν νεῶν Πολέμωνα τὸν Θηραμένους· σωματοφύλακα δὲ ἀντὶ Ἀρρύβα τὸν Λεοννάτον τὸν Ὀνάσου ἔταξεν· Ἀρρύβας γὰρ νόσῳ ἀπέθανεν. (6) Ἀπέθανε δὲ καὶ Ἀντίοχος ὁ ἄρχων τῶν τοξοτῶν, καὶ ἀντὶ τούτου ἄρχειν ἐπέστησε τοῖς τοξόταις Ὀμβρίωνα Κρῆτα. Ἐπὶ δὲ τοὺς ξυμμάχους τοὺς πεζούς, ὧν Βάλακρος ἡγεῖτο, ἐπεὶ Βάλακρος ἐν Αἰγύπτῳ ὑπελείπετο, Κάλανον κατέστησεν ἡγεμόνα. (7) Κατανεῖμαι δὲ λέγεται ἐς πολλοὺς τὴν ἀρχὴν τῆς

CAP. V.

Ad Memphin multæ ad eum ex Græcia legationes venere, neque quenquam, qui postulata non impetrasset, dimisit. Novæ etiam copiæ accesserunt, ab Antipatro mercenarii Græci quadringenti, quibus præerat Menidas Hegesandri filius: ex Thracia equites circiter quingenti, quibus præfectus erat Asclepiodorus Eunici filius. (2) Eo loci Jovi regi sacrum fecit, pompam cum exercitu armato duxit: ludos etiam gymnicos et musicos exhibuit. Deinde ad Ægypti administrationem constituendam conversus, duos Ægypto præsides Ægyptios præfecit, Doloaspin et Petisin, inter quos universam Ægypti regionem distribuit. Petise vero imperium detrectante, Doloaspis totam provinciam suscepit. (3) Præsidiorum principes ex amicis in Memphi constituit Pantaleontem Pydnæum, Pelusii Polemonem Megaclis filium Pellæum. Exteris militibus Lycidam Ætolum præfecit. Scribam præterea exteris adjunxit, Eugnostum Xenophanti filium, ex amicis. Inspectores vero iisdem adjecit Æschylum et Ephippum Chalcidensem. (4) Libyæ vero finitimæ Apollonium Charini filium præfecit: Arabiæ quæ est ad urbem Heroum, Cleomenem Naucratitam, mandatis additis, ut legum imperium juxta veterem consuetudinem penes præsides esset: ipse tributa colligeret, quæ illi pendere ei jussi sunt. (5) Copiis quas in Ægypto reliquit, duces præfecit Peucestam Macartati et Balacrum Amyntæ filium, classi vero Polemonem Theramenis filium. Corporis custodem loco Arrhybæ Leonnatum Onasi (*Antei?*) filium constituit: Arrhybas enim morbo exstinctus erat. (6) Obierat autem etiam Antiochus sagittariorum dux, in cujus locum Ombrionem Cretensem suffecit. Sociorum peditatui cui Balacrus præfuerat (qui in Ægypto relinquebatur), Calanum ducem constituit. (7) Ægypti imperium inter plures præsides par.

Αἰγύπτου, τήν τε φύσιν τῆς χώρας θαυμάσας καὶ τὴν ὀχυρότητα, ὅτι οὐκ ἀσφαλές οἱ ἐφαίνετο ἑνὶ ἐπιτρέψαι ἄρχειν Αἰγύπτου πάσης. Καὶ Ῥωμαῖοί μοι δοκοῦσι παρ' Ἀλεξάνδρου μαθόντες ἐν φυλακῇ ἔχειν Αἴγυπτον καὶ μηδένα τῶν ἀπὸ βουλῆς ἐπὶ τῷδε ἐκπέμπειν ὕπαρχον Αἰγύπτου, ἀλλὰ τῶν εἰς τοὺς ἱππέας σφίσι ξυντελούντων.

ΚΕΦ. Ϛ'.

Ἀλέξανδρος δὲ ἅμα τῷ ἦρι ὑποφαίνοντι ἐκ Μέμφιος ᾔει ἐπὶ Φοινίκης· καὶ ἐγεφυρώθη αὐτῷ ὅ τε κατὰ Μέμφιν πόρος τοῦ Νείλου καὶ αἱ διώρυχες αὐτοῦ πᾶσαι. Ὡς δὲ ἀφίκετο ἐς Τύρον, καταλαμβάνει ἐνταῦθα ἧκον αὐτῷ ἤδη καὶ τὸ ναυτικόν. Ἐν Τύρῳ δὲ αὖθις θύει τῷ Ἡρακλεῖ καὶ ἀγῶνα ποιεῖ γυμνικόν τε καὶ μουσικόν. (2) Ἐνταῦθα ἀφικνεῖται παρ' αὐτὸν ἐξ Ἀθηνῶν ἡ Πάραλος πρέσβεις ἄγουσα Διόφαντον καὶ Ἀχιλλέα· ξυνεπρέσβευον δὲ αὐτοῖς καὶ οἱ Πάραλοι ξύμπαντες. Καὶ οὗτοι τῶν τε ἄλλων ἔτυχον ὧν ἕνεκα ἐστάλησαν καὶ τοὺς αἰχμαλώτους ἀφῆκεν Ἀθηναίοις ὅσοι ἐπὶ Γρανικῷ Ἀθηναίων ἑάλωσαν. (3) Τὰ δὲ ἐν Πελοποννήσῳ ὅτι αὐτῷ νενεωτερίσθαι ἀπήγγελτο, Ἀμφοτερὸν πέμπει βοηθεῖν Πελοποννησίων ὅσοι ἔς τε τὸν Περσικὸν πόλεμον βέβαιοι ἦσαν καὶ Λακεδαιμονίων οὐ κατήκουον. Φοίνιξι δὲ καὶ Κυπρίοις προσετάχθη ἑκατὸν ναῦς ἄλλας πρὸς αἷς ἔχοντα Ἀμφοτερὸν ἔπεμπε στέλλειν ἐπὶ Πελοποννήσου.

4. Αὐτὸς δὲ ἤδη ἄνω ὡρμᾶτο ὡς ἐπὶ Θάψακόν τε καὶ τὸν Εὐφράτην ποταμόν, ἐν Φοινίκῃ μὲν ἐπὶ τῶν φόρων τῇ ξυλλογῇ καταστήσας Κοίρανον Βεροιαῖον, Φιλόξενον δὲ τῆς Ἀσίας τὰ ἐπὶ τάδε τοῦ Ταύρου ἐκλέγειν. Τῶν ξὺν αὐτῷ δὲ χρημάτων τὴν φυλακὴν ἀντὶ τούτων ἐπέτρεψεν Ἁρπάλῳ τῷ Μαχάτα ἄρτι ἐκ τῆς φυγῆς ἥκοντι. (5) Ἅρπαλος γὰρ τὰ μὲν πρῶτα ἔφυγε, Φιλίππου ἔτι βασιλεύοντος, ὅτι πιστὸς ἦν, καὶ Πτολεμαῖος ὁ Λάγου ἐπὶ τῷ αὐτῷ ἔφυγε καὶ Νέαρχος ὁ Ἀνδροτίμου καὶ Ἐρίγυιος ὁ Λαρίχου καὶ Λαομέδων ὁ τούτου ἀδελφός, ὅτι ὕποπτα ἦν Ἀλεξάνδρῳ ἐς Φίλιππον, ἐπειδὴ Εὐρυδίκην γυναῖκα ἠγάγετο Φίλιππος, Ὀλυμπιάδα δὲ τὴν Ἀλεξάνδρου μητέρα ἠτίμασε. (6) Τελευτήσαντος δὲ Φιλίππου κατελθόντας ἀπὸ τῆς φυγῆς ὅσοι δι' αὐτὸν ἔφευγον Πτολεμαῖον μὲν σωματοφύλακα κατέστησεν, Ἅρπαλον δὲ ἐπὶ τῶν χρημάτων, ὅτι αὐτῷ τὸ σῶμα ἐς τὰ πολέμια ἀχρεῖον ἦν, Ἐρίγυιον δὲ ἱππάρχην τῶν ξυμμάχων, Λαομέδοντα δὲ τὸν τούτου ἀδελφόν, ὅτι δίγλωσσος ἦν ἐς τὰ βαρβαρικὰ γράμματα, ἐπὶ τοῖς αἰχμαλώτοις βαρβάροις, Νέαρχον δὲ σατραπεύειν Λυκίας καὶ τῆς ἐχομένης Λυκίας χώρας ἔστε ἐπὶ τὸν Ταῦρον τὸ ὄρος. (7) Ὀλίγον δὲ πρόσθεν τῆς μάχης τῆς ἐν Ἰσσῷ γενομένης ἀναπεισθεὶς πρὸς Ταυρίσκου, ἀνδρὸς κακοῦ, Ἅρπαλος φεύγει ξὺν Ταυρίσκῳ. Καὶ ὁ μὲν Ταυρίσκος παρ' Ἀλέξανδρον τὸν Ἠπειρώτην ἐς Ἰταλίαν σταλεὶς ἐκεῖ ἐτελεύτησεν· Ἁρπάλῳ δὲ ἐν τῇ Μεγαρίδι ἡ φυγὴ ἦν.

titus esse dicitur, naturam regionis admiratus et munimenta, neque tutum ratus universum Ægypti imperium uni committere. Quod quidem Alexandri consilium imitati Romani in tuenda Ægypto mihi videntur, neminem senatorii ordinis, sed equestris, proconsulem eo mittere soliti.

CAP. VI.

Alexander ineunte vere Memphi in Phœnicen movit, Nilo flumine ad Memphin fossisque ejus omnibus ponte stratis. Ubi Tyrum pervenit, reperit ibi advectam jam etiam classem; et Herculi rursus sacrum fecit, ludosque gymnicos et musicos edidit. (2) Eodem loci Paralus, sacra Atheniensium navis, ad Alexandrum venit, legatos advehens Diophantum et Achillem. Conjunxerant sese huic legationi omnes Parali universi : quibus quidem omnia quæ postularunt concessit, et Atheniensibus cives quotquot ad Granicum amnem capti fuerant remisit. (3) Quumque in Peloponneso tumultus excitati esse nuntiarentur, Amphoterum eo mittit, iis qui constantes ad Persicum usque bellum manserant, neque Lacedæmoniis morem gesserant, subventurum. Phœnicibus autem et Cypriis imperavit, ut centum alias naves præter eas, quibus Amphoterum instructum misit, in Peloponnesum destinarent.

4. Ipse vero ulteriora petens ad Thapsacum et Euphratem fluvium contendit, atque in Phœnice quidem tributis cogendis Cœranum Berœæum quæstorem constituit : in Asia Philoxenum, qui cis Taurum vectigalia cogat. Pecuniarum autem quas penes se habebat, Harpalo Machatæ, qui recens ab exilio redierat, in horum locum suffecto, curam dedit. (5) Harpalus enim primum quidem, quod fidus (Alexandro) fuisset, Philippo adhuc regnante fugerat, eademque de causa una cum illo etiam Ptolemæus Lagi, et Nearchus Androtimi, atque Erigyius Larichi filius, ejusque frater Laomedon. Suspectus enim erat Alexander Philippo, postquam Olympiade Alexandri matre repudiata, Eurydicen uxorem ceperat. (6) Mortuo autem Philippo quum ii qui sua causa fugerant rediissent, Ptolemæum quidem inter corporis custodes retulit : Harpalum vero, quum corpore esset ad res bellicas subeundas parum firmo, thesauris præfecit : Erigyium equiatui sociorum ducem statuit : Laomedontem ejus fratrem, quod duarum linguarum, græcæ et barbaricæ, peritus esset, captivis barbaris : Nearchum Lyciæ atque universæ regioni quæ Lyciæ finitima est ad Taurum montem usque præposuit. (7) Verum paulo ante prælium quod apud Issum commissum erat, Harpalus seductus a Taurisco homine improbo, una cum eo fugerat. Et Tauriscus quidem ad Alexandrum Epirotam in Italiam profectus, ibi vitam finiit. Harpalus quum ad Megarenses se recepisset, invitatus ab

Ἀλλ' Ἀλέξανδρος πείθει αὐτὸν κατελθεῖν, πίστεις δοὺς οὐδέν οἱ μεῖον ἔσεσθαι ἐπὶ τῇ φυγῇ· οὐδὲ ἐγένετο ἐπανελθόντι, ἀλλ' ἐπὶ τῶν χρημάτων αὖθις ἐτάχθη Ἅρπαλος. (8) Ἐς Λυδίαν δὲ σατράπην Μένανδρον ἐκπέμπει τῶν ἑταίρων· ἐπὶ δὲ τοῖς ξένοις, ὧν ἡγεῖτο Μένανδρος, Κλέαρχος αὐτῷ ἐτάχθη· ἀντὶ δὲ Ἀρίμμα σατράπην Συρίας Ἀσκληπιόδωρον τὸν Εὐνίκου ἀπέδειξεν, ὅτι Ἀρίμμας βλακεῦσαι ἐδόκει αὐτῷ ἐν τῇ παρασκευῇ ἥντινα ἐτάχθη παρασκευάσαι τῇ στρατιᾷ κατὰ τὴν ὁδὸν τὴν ἄνω.

Alexandro uti ad se reverteretur, accepta fide fugam sibi damno non futuram, rediit. Neque fuit damno; nam reversus pecuniarum administrationi denuo admotus est. (8) In Lydiam Menandrum, unum ex amicis, satrapam misit, Clearcho exteris, quorum dux erat Menander, suffecto. In Arimmæ locum Asclepiodorum Eunici filium Syriæ satrapam constituit, quum Arimmas visus esset in præparandis necessariis exercitui interiora Asiæ petenti segnem se præbuisse.

ΚΕΦ. Ζ'.

Καὶ ἀφίκετο ἐς Θάψακον Ἀλέξανδρος μηνὸς Ἑκατομβαιῶνος ἐπὶ ἄρχοντος Ἀθήνησιν Ἀριστοφάνους· καὶ καταλαμβάνει δυοῖν γεφύραιν ἐζευγμένον τὸν πόρον. Καὶ γὰρ Μαζαῖος, ὅτῳ ἡ φυλακὴ τοῦ ποταμοῦ ἐκ Δαρείου ἐπετέτραπτο, ἱππέας μὲν ἔχων περὶ τρισχιλίους καὶ τούτων Ἕλληνας μισθοφόρους δισχιλίους, τέως μὲν αὐτοῦ ἐπὶ τῷ ποταμῷ ἐφύλασσε, (2) καὶ ἐπὶ τῷδε οὐ ξυνεχὴς ἡ γέφυρα ἦν ἐζευγμένη ἔστε ἐπὶ τὴν ἀντιπέραν ὄχθην τοῖς Μακεδόσι, δειμαίνουσι μὴ ἐπίθοιντο οἱ ἀμφὶ Μαζαῖον τῇ γεφύρᾳ ἵνα ἐπαύετο· Μαζαῖος δὲ ὡς ἤκουσεν ἤδη προσάγοντα Ἀλέξανδρον, ᾤχετο φεύγων ξὺν τῇ στρατιᾷ πάσῃ· καὶ εὐθὺς ὡς ἔφυγε Μαζαῖος, ἐπεβλήθησαν αἱ γέφυραι τῇ ὄχθῃ τῇ πέραν καὶ διέβη ἐπ' αὐτῶν ξὺν τῇ στρατιᾷ Ἀλέξανδρος.

3. Ἔνθεν δὲ ἐχώρει ἄνω, ἐν ἀριστερᾷ ἔχων τὸν Εὐφράτην ποταμὸν καὶ τῆς Ἀρμενίας τὰ ὄρη, διὰ τῆς Μεσοποταμίας καλουμένης χώρας. Οὐκ εὐθεῖαν δὲ ἐπὶ Βαβυλῶνος ἦγεν ἀπὸ τοῦ Εὐφράτου ὁρμηθείς, ὅτι τὴν ἑτέραν ἰόντι εὐπορώτερα τὰ ξύμπαντα τῷ στρατῷ ἦν, καὶ χιλὸς τοῖς ἵπποις καὶ τὰ ἐπιτήδεια ἐκ τῆς χώρας λαμβάνειν, καὶ τὸ καῦμα οὐχ ὡσαύτως ἐπιφλέγον. (4) Ἁλόντες δέ τινες κατὰ τὴν ὁδὸν τῶν ἀπὸ τοῦ Δαρείου στρατεύματος κατασκοπῆς ἕνεκα ἀπεσκεδασμένων ἐξήγγειλαν, ὅτι Δαρεῖος ἐπὶ τοῦ Τίγρητος ποταμοῦ κάθηται, ἐγνωκὼς εἴργειν Ἀλέξανδρον, εἰ διαβαίνοι· καὶ εἶναι αὐτῷ στρατιὰν πολὺ μείζονα ἢ ξὺν ᾗ ἐν Κιλικίᾳ ἐμάχετο. (5) Ταῦτα Ἀλέξανδρος ἀκούσας ᾔει σπουδῇ ὡς ἐπὶ τὸν Τίγρητα. Ὡς δὲ ἀφίκετο, οὔτε αὐτὸν Δαρεῖον καταλαμβάνει οὔτε τὴν φυλακὴν ἥντινα ἀπολελοίπει Δαρεῖος, ἀλλὰ διαβαίνει τὸν πόρον, χαλεπῶς μὲν δι' ὀξύτητα τοῦ ῥοῦ, οὐδενὸς δὲ εἴργοντος.

6. Ἐνταῦθα ἀναπαύει τὸν στρατόν· καὶ τῆς σελήνης τὸ πολὺ ἐκλιπὲς ἐγένετο· καὶ Ἀλέξανδρος ἔθυε τῇ τε σελήνῃ καὶ τῷ ἡλίῳ καὶ τῇ γῇ, ὅτων τὸ ἔργον τοῦτο λόγος εἶναι κατέχει. Καὶ ἐδόκει Ἀριστάνδρῳ πρὸς Μακεδόνων καὶ Ἀλεξάνδρου εἶναι τῆς σελήνης τὸ πάθημα καὶ ἐκείνου τοῦ μηνὸς ἔσεσθαι ἡ μάχη, καὶ ἐκ τῶν ἱερῶν νίκην σημαίνεσθαι Ἀλεξάνδρῳ. (7) Ἄρας δὲ ἀπὸ τοῦ Τίγρητος ᾔει διὰ τῆς Ἀτουρίας χώρας, ἐν ἀριστερᾷ μὲν ἔχων τὰ Γορδυαίων ὄρη, ἐν δεξιᾷ δὲ αὐτὸν τὸν Τίγρητα. Τετάρτῃ δὲ ἡμέρᾳ ἀπὸ τῆς διαβάσεως οἱ πρόδρομοι αὐτῷ

CAP. VII.

Alexander Thapsacum pervenit mense Hecatombæone, archonte Athenis Aristophane : ubi duobus pontibus junctum Euphratem fluvium reperit. Mazæus enim, cui Darius amnis tutelam mandaverat, cum tribus fere millibus equitum, in quibus duo erant millia Græcorum mercenariorum, hucusque quidem ad flumen consederat; (2) et propterea pons non continuus usque ad ulteriorem ripam perductus erat a Macedonibus, veritis, ne qui cum Mazæo erant in pontem qua parte imperfectus erat impetum facerent. Mazæus autem ubi Alexandrum appropinquare cognovit, cum omnibus copiis inde aufugit. Post ejus fugam, pontibus in ulteriorem ripam jactis, Alexander universum exercitum traduxit.

3. Inde ulterius per regionem, cui Mesopotamia nomen est, ad lævam Euphratem fluvium et Armeniæ montes habens, progressus est. Neque vero recta via ab Euphrate movens Babylonem contendit, quum alia via ad exercitum ducendum commodior plus pabuli equis suppeditaret, aliaque necessaria ex ea regione sumi possent, neque æstus tantopere gradientes torreret. (4) In itinere exploratores nonnulli, longius ab exercitu Darii speculatum digressi, capti significarunt Darium ad Tigrim fluvium consedisse, Alexandrum transitu prohibiturum, multoque majores copias habere, quam quibuscum in Cilicia pugnarat. (5) Quo cognito, Alexander confestim ad Tigrim contendit. Quo postquam venit, neque Darium ipsum offendit, neque præsidium ullum a Dario relictum : itaque flumen transit, ægre quidem ob cursus rapiditatem, nemine tamen prohibente.

6. Ibi nonnihil quietis exercitui dedit. Per id tempus ingens lunæ defectio fuit. Alexander lunæ, soli, ac terræ, a quibus eclipses fieri dicuntur, sacrificium fecit. Aristandro visum est, felicem ac faustum successum Alexandro et Macedonibus per lunæ defectum portendi, præliumque eo ipso mense committendum esse; et sacrificia ipsa victoriam Alexandro promittere. (7) Motis itaque castris a Tigri per Aturiam exercitum duxit, a sinistra habens Gordyæorum montes, a dextra Tigrim. Quarto deinde post transitum die antecursores renuntiant, hostilem equitatum in campis cer-

ἐξαγγέλλουσιν ὅτι ἱππεῖς [οὗτοι] πολέμιοι ἀνὰ τὸ πεδίον φαίνονται, ὅσοι δέ, οὐκ ἔχειν εἰκάσαι. Ξυντάξας οὖν τὴν στρατιὰν προὐχώρει ὡς ἐς μάχην· καὶ ἄλλοι αὖ τῶν προδρόμων προσελάσαντες ἀκριβέστερον οὗτοι κατιδόντες ἔφασκον δοκεῖν εἶναί σφισιν οὐ πλείους ἢ χιλίους τοὺς ἱππέας.

ni : quantus autem eorum numerus esset, colligi non posse. Instructo igitur exercitu ad pugnam procedit : quum alii rursum ex præcursoribus incitatis equis advolant, qui re certius comperta, equites ab se visos non ultra mille esse affirmabant.

ΚΕΦ. Η'.

Hanc vocem lamore, qualis a multitudine lætitiam significante edi solet exceptam fuisse : multis lacrymas erupisse. Alios ad regium tabernaculum accessisse, multa Alexandro fausta precantes, quod ab ipsis solis vinci se passus esset. Eo loci diviso per ordines exercitu, XII aras exstrui jubet, altitudine quidem maximis turribus bellicis pares, latitudine, quam quæ turrium est, majore. Quibus diis gratias agebat quod ipsum eo usque victorem perduxissent, et laborum suorum monumenta consecrabat. (2) Exstructis itaque aris, sacrificium patrio more in aris illis peragit. Ludos etiam gymnicos et equestres facit : totique regioni ad Hyphasin amnem usque Porum præficit. Ipse ad Hydraoten fluvium redit. Quo trajecto ad Acesinem retrocedit. (3) Atque ibi urbem exædificatam reperit, ad quam condendam Hephæstion ab eo relictus fuerat : in quam inductis colonis ex finitimis quicunque in eam commigrare vellent, et mercenariis ad militiam ineptis, ipse quæ ad navigationem Oceani necessaria erant parare cœpit.

4. In hoc rerum statu Arsaces, provinciæ Abisari finitimæ præses, et frater Abisaris aliique amici ad eum venerunt, dona adferentes quæ apud Indos censentur maxima : elephantos etiam ab Abisare missos triginta : Abisarem ipsum morbo impeditum venire non potuisse dicentes. Quod quum et legati qui ab Alexandro ad Abisarem missi fuerant confirmarent, (5) facile persuasus rem ita se habere, Abisarem provinciæ ipsius satrapam constituit atque Arsacem Abisaris imperio adjunxit : et tributis quæ penderent imperatis, ad Acesinem fluvium rursus sacrificium fecit. Quo transmisso, ad Hydaspen venit. Ubi quicquid

καίας καὶ τῶν Βουκεφάλων ὅσα πρὸς τῶν ὄμβρων πεπονηκότα ἦν ξὺν τῇ στρατιᾷ ἐπεσκεύασε καὶ τὰ ἄλλα τὰ κατὰ τὴν χώραν ἐκόσμει.

ΒΙΒΛΙΟΝ ΕΚΤΟΝ.

ΚΕΦ. Α'.

Ἀλέξανδρος δέ, ἐπειδὴ παρεσκευάσθησαν αὐτῷ ἐπὶ τοῦ Ὑδάσπου ταῖς ὄχθαις πολλαὶ μὲν τριακόντοροι καὶ ἡμιόλιαι, πολλὰ δὲ καὶ ἱππαγωγὰ πλοῖα καὶ ἄλλα ὅσα ἐς παρακομιδὴν στρατιᾶς ποταμῷ εὔπορα, ἔγνω καταπλεῖν κατὰ τὸν Ὑδάσπην ὡς ἐπὶ τὴν μεγάλην θάλασσαν. (2) Πρότερον μέν γε ἐν τῷ Ἰνδῷ ποταμῷ κροκοδείλους ἰδών, μόνῳ τῶν ἄλλων ποταμῶν πλὴν Νείλου, πρὸς δὲ ταῖς ὄχθαις τοῦ Ἀκεσίνου κυάμους πεφυκότας ὁποίους ἡ γῆ ἐκφέρει ἡ Αἰγυπτία, καὶ ἀκούσας ὅτι ὁ Ἀκεσίνης ἐμβάλλει εἰς τὸν Ἰνδόν, ἔδοξεν ἐξευρηκέναι τοῦ Νείλου τὰς ἀρχάς, (3) ὡς τὸν Νεῖλον ἐνθένδε ποθὲν ἐξ Ἰνδῶν ἀνίσχοντα καὶ δι' ἐρήμου πολλῆς γῆς ῥέοντα καὶ ταύτῃ ἀπολλύοντα τὸν Ἰνδὸν τὸ ὄνομα, ἔπειτα ὁπόθεν ἄρχεται διὰ τῆς οἰκουμένης χώρας ῥεῖν Νεῖλον ἤδη πρὸς Αἰθιόπων τε τῶν ταύτῃ καὶ Αἰγυπτίων καλούμενον, ὡς Ὅμηρος ἐποίησεν ἐπώνυμον τῆς Αἰγύπτου Αἴγυπτον, οὕτω δὴ ἐκδιδόναι ἐς τὴν ἐντὸς θάλασσαν. (4) Καὶ δὴ καὶ πρὸς Ὀλυμπιάδα γράφοντα ὑπὲρ τῶν Ἰνδῶν τῆς γῆς ἄλλα τε γράψαι καὶ ὅτι δοκοίη αὐτῷ ἐξευρηκέναι τοῦ Νείλου τὰς πηγάς, μικροῖς δή τισι καὶ φαύλοις ὑπὲρ τῶν τηλικούτων τεκμαιρόμενον. (5) Ἐπεὶ μέντοι ἀτρεκέστερον ἐξήλεγξε τὰ ἀμφὶ τῷ ποταμῷ τῷ Ἰνδῷ, οὕτω δὴ μαθεῖν παρὰ τῶν ἐπιχωρίων τὸν μὲν Ὑδάσπην τῷ Ἀκεσίνῃ, τὸν Ἀκεσίνην δὲ τῷ Ἰνδῷ τό τε ὕδωρ ξυμβάλλοντας καὶ τῷ ὀνόματι ξυγχωροῦντας, τὸν Ἰνδὸν δὲ ἐκδιδόντα ἤδη ἐς τὴν μεγάλην θάλασσαν, δίστομον τὸν Ἰνδὸν ὄντα, οὐδέν τι αὐτῷ προσῆκον τῆς γῆς τῆς Αἰγυπτίας, τηνικαῦτα δὲ τῆς ἐπιστολῆς τῆς πρὸς τὴν μητέρα τοῦτο τὸ ἀμφὶ τῷ Νείλῳ γραφὲν ἀφελεῖν. (6) Καὶ τὸν κατάπλουν τὸν κατὰ τοὺς ποταμοὺς ἔστε ἐπὶ τὴν μεγάλην θάλασσαν ἐπινοοῦντα παρασκευασθῆναί οἱ ἐπὶ τῷδε κελεῦσαι τὰς ναῦς. Αἱ δὲ ὑπηρεσίαι αὐτῷ ἐς τὰς ναῦς ξυνεπληρώθησαν ἐκ τῶν ξυνεπομένων τῇ στρατιᾷ Φοινίκων καὶ Κυπρίων καὶ Καρῶν καὶ Αἰγυπτίων.

ΚΕΦ. Β'.

Ἐν δὲ τούτῳ Κοῖνος μέν, ἐν τοῖς πιστοτάτοις Ἀλεξάνδρῳ ὢν τῶν ἑταίρων, νόσῳ τελευτᾷ· καὶ τοῦτον θάπτει ἐκ τῶν παρόντων μεγαλοπρεπῶς. Αὐτὸς δὲ ξυναγαγὼν τούς τε ἑταίρους καὶ ὅσοι Ἰνδῶν πρέσβεις παρ'

in Nicæa et Bucephalis imbres corruperant, militum opera instauravit, aliaque ad regionis illius custodiam pertinentia curavit.

LIBER SEXTUS.

CAP. I.

Alexander quum jam ad Hydaspis ripas multas triginta remorum naves et biremes paratas haberet, multas etiam transmittendis equis aptas, cæteraque omnia ad vehendum exercitum necessaria, per Hydaspem ad Oceanum navigare statuit. (2) Quumque antea in Indo amne, solo ex reliquis fluminibus præter Nilum, crocodilos vidisset, fabas etiam ad Acesinis ripas, quales Ægyptia tellus fert, audissetque Acesinem in Indum fluere : Nili se caput reperisse arbitrabatur : (3) suspicatus Nilum inde uspiam in India oriri et per ingentes solitudines fluere, ibique Indum nomen amittere : deinde unde incipit per cultam regionem labi, et Nilum jam ab Æthiopibus ea loca colentibus atque Ægyptiis vocatum, quemadmodum etiam Homerus Nilum communi cum Ægypti regione nomine Ægyptum nominavit, atque ita in interius mare fluere. (4) Itaque Alexander ad Olympiadem de Indorum regione scribens, inter alia hoc scribebat, existimare se fontes Nili reperisse : parvis quibusdam atque inanibus conjecturis in re tanti momenti usus. (5) Quum vero accuratius de Indo flumine inquisisset, ab incolis edoctus est Hydaspem in Acesinem, hunc autem in Indum, nomina sua amittentes labi, Indum porro duplici ostio in Oceanum ferri, nec ad eum quicquam Ægyptum pertinere : ac tum demum id quod ad matrem suam de Nilo scripserat ex epistola delevisse : (6) navigationeque ad Oceanum per flumina decreta, naves ad hoc parari jussisse. Ministeria navium ei a Phœnicibus, Cypriis, Caribus et Ægyptiis exercitum sequutis expleta sunt.

CAP. II.

Per id tempus Cœnus ex intimis fidelissimisque Alexandri amicis, morbo interiit. Quo magnifice pro eo ac tempus ferebat sepulto, ipse convocatis amicis, omnibusque Indorum legatis ad se profectis, universæ Indicæ regionis

αὐτὸν ἀφιγμένοι ἦσαν, βασιλέα μὲν τῆς ἑαλωκυίας ἤδη Ἰνδῶν γῆς ἀπέδειξε Πῶρον ἑπτὰ μὲν ἐθνῶν τῶν ξυμπάντων, πόλεων δὲ ἐν τοῖς ἔθνεσιν ὑπὲρ τὰς δισχιλίας. (2) Τὴν στρατιὰν δὲ διένειμεν ὧδε. Αὐτὸς μὲν τοὺς ὑπασπιστάς τε ἅμα οἷ ξύμπαντας ἐπὶ τὰς ναῦς ἀνεβίβασε καὶ τοὺς τοξότας καὶ τοὺς Ἀγριᾶνας καὶ τὸ ἄγημα τῶν ἱππέων. Κράτερος δὲ αὐτῷ μοῖράν τε τῶν πεζῶν καὶ τῶν ἱππέων παρὰ τὴν ὄχθην τοῦ Ὑδάσπου τὴν ἐν δεξιᾷ ἦγε· κατὰ δὲ τὴν ἑτέραν ὄχθην τὸ πλεῖστόν τε καὶ κράτιστον τῆς στρατιᾶς καὶ τοὺς ἐλέφαντας Ἡφαιστίων προὐχώρει ἄγων, ἤδη ὄντας ἐς διακοσίους· τούτοις δὲ ἦν παρηγγελμένον ὡς τάχιστα ἄγειν ἵναπερ τὰ Σωπείθου βασίλεια· (3) Φιλίππῳ δὲ τῷ σατράπῃ τῆς ἐπ' ἐκεῖνα τοῦ Ἰνδοῦ ὡς ἐπὶ Βακτρίους γῆς διαλιπόντι τρεῖς ἡμέρας παρήγγελτο ἕπεσθαι ξὺν τοῖς ἀμφ' αὐτόν. Τοὺς ἱππέας δὲ τοὺς Νυσαίους ὀπίσω ἀποπέμπει ἐς τὴν Νῦσαν. Τοῦ μὲν δὴ ναυτικοῦ παντὸς Νέαρχος αὐτῷ ἐξηγεῖτο, τῆς δὲ αὐτοῦ νεὼς κυβερνήτης Ὀνησίκριτος, ὃς ἐν τῇ ξυγγραφῇ ἥντινα ὑπὲρ Ἀλεξάνδρου ξυνέγραψε καὶ τοῦτο ἐψεύσατο, ναύαρχον ἑαυτὸν εἶναι γράψας, κυβερνήτην ὄντα. (4) Ἦν δὲ τὸ ξύμπαν πλῆθος τῶν νεῶν, ὡς λέγει Πτολεμαῖος ὁ Λάγου, ᾧ μάλιστα ἐγὼ ἕπομαι, τριακόντοροι μὲν ἐς ὀγδοήκοντα· τὰ δὲ πάντα πλοῖα σὺν τοῖς ἱππαγωγοῖς καὶ κερκούροις καὶ ὅσα ἄλλα ποτάμια ἢ τῶν πάλαι πλεόντων κατὰ τοὺς ποταμοὺς ἢ ἐν τῷ τότε ποιηθέντων οὐ πολὺ ἀποδέοντα τῶν δισχιλίων.

abs se victæ Porum regem constituit, gentium quidem omnino septem, urbium autem quas gentes illæ incolebant supra ΠΜ. (2) Post hæc exercitum ita divîdit. Scutatos omnes et sagittarios atque Agrianos et equitum agema secum navibus imponit: Craterus ei peditum atque equitum partem ad dexteram Hydaspis ripam duxit. Ad sinistram ripam Hephæstionem cum majore melioreque exercitus parte, atque elephantis quorum jam erant circa CC procedere jubet. His imperatum erat ut quam celerrime ad Sopithi regiam contendant. (3) Philippo autem præfecto regionis ultra Indum sitæ quæ ad Bactrianos vergit, jussum erat, elapso triduo cum suis copiis sequi. Nysæos vero equites Nysam remittit. Nearchum universæ classi præficit. Onesicritum navis suæ gubernatorem constituit, qui quidem in ea historia quam de Alexandro conscripsit etiam hoc mentitur, quod se classis præfectum fuisse scribit, quum gubernator navis tantum esset. (7) Erat autem navium omnium numerus, ut Ptolemæus Lagi filius tradit, quem ego potissimum sequor, naves triginta remorum circa LXXX, et in universum omnes naves, tam quæ equos vehebant, quam actuariæ et fluviales, quæ aut multo ante, aut tum temporis constructæ fuerant, circiter ΠΜ.

ΚΕΦ. Γ'.

Ὡς δὲ ξύμπαντα αὐτῷ παρεσκεύαστο, ὑπὸ τὴν ἕω ὁ μὲν στρατὸς ἐπέβαινε τῶν νεῶν, αὐτὸς δὲ ἔθυε τοῖς θεοῖς ὡς νόμος καὶ τῷ ποταμῷ τῷ Ὑδάσπῃ ὅπως οἱ μάντεις ἐξηγοῦντο. Καὶ ἐπιβὰς τῆς νεὼς ἀπὸ τῆς πρῴρας ἐκ χρυσῆς φιάλης ἔσπενδεν ἐς τὸν ποταμόν, τόν τε Ἀκεσίνην ξυνεπικαλούμενος τῷ Ὑδάσπῃ, ὅντινα μέγιστον αὖ τῶν ἄλλων ποταμῶν ξυμβάλλειν τῷ Ὑδάσπῃ ἐπέπυστο καὶ οὐ πόρρω αὐτῶν εἶναι τὰς ξυμβολάς, καὶ τὸν Ἰνδόν, ἐς ὅντινα ὁ Ἀκεσίνης ξὺν τῷ Ὑδάσπῃ ἐμβάλλει. (2) Ἐπεὶ δὲ Ἡρακλεῖ τε τῷ προπάτορι σπείσας καὶ Ἄμμωνι καὶ τοῖς ἄλλοις θεοῖς ὅσοις αὐτῷ νόμος σημῆναι ἐς ἀναγωγὴν κελεύει τῇ σάλπιγγι. Ἅμα τε δὴ ἐσημάνθη καὶ ἀνήγοντο ἐν κόσμῳ. Παρήγγελτο γὰρ ἐφ' ὅσον τε τὰ σκευοφόρα πλοῖα ἐχρῆν τετάχθαι καὶ ἐφ' ὅσον τὰ ἱππαγωγά, ἐφ' ὅσον τε τὰς μαχίμους τῶν νεῶν, ὡς μὴ συμπίπτειν ἀλλήλαις κατὰ τὸν πόρον εἰκῇ πλεούσας· καὶ ταῖς ταχυναυτούσαις φθάνειν οὐκ ἐφίετο ἔξω τῆς τάξεως. (3) Ἦν δὲ ὅ τε κτύπος τῆς εἰρεσίας οὐδενὶ ἄλλῳ ἐοικώς, ἅτε ἀπὸ πολλῶν νεῶν ἐν ταὐτῷ ἐρεσσομένων, καὶ βοὴ ἀπό τε τῶν κελευστῶν ἐνδιδόντων τὰς ἀρχάς τε καὶ ἀναπαύλας τῆς εἰρεσίας, καὶ τῶν ἐρετῶν ὁπότε ἀθρόοι ἐμπίπτοντες τῷ ῥοθίῳ ἐπαλαλάξειαν· αἵ τε ὄχθαι, ὑψηλότεραι τῶν νεῶν πολλαχῇ οὖσαι, ἐς στενόν τε τὴν βοὴν ξυνάγουσαι καὶ τῇ ξυνα-

CAP. III.

Omnibus itaque rebus ad navigationem præparatis, exercitus sub auroram naves conscendit. Ipse patrio more diis et Hydaspi flumini ex vatum præscripto sacrum fecit: conscensaque nave, ex aurea phiala a prora in flumen libavit, Acesinem simul et Hydaspen invocans, quem quidem Acesinem reliquorum fluviorum maximum in Hydaspen fluere acceperat, et confluentes non procul inde abesse, Indum etiam invocans, in quem Acesines cum Hydaspe fertur. (2) Deinde quum Herculi progenitori libasset, simulque Ammoni et aliis diis quibus consueverat, signum deducendis navibus tuba dari jubet: quo audito, statim naves ordine deducuntur. Imperatum enim erat quanto spatio onerarias, quanto hippagines, quanto bellicas naves sejunctas inter se esse oporteret: ne temere nulloque ordine navigantes collidcrentur, neque iis quæ velociores erant interrupto ordine alias prævertere permittebatur. (3) Miranda res erat, remorum sonitum exaudire, tot navibus uno temporis momento remigantibus, et hortatoribus suo celeusmate remigationis initium intermissionemque præscribentibus, tot remigum uno impetu flumen remis verberantium clamoribus sublatis. Ripæ etiam ipsæ navibus multo altiores, clamorem in arctum redigentes multo ve-

γωγῇ αὐτῇ ἐπὶ μέγα ηὐξημένην ἐς ἀλλήλας ἀντέπεμπον· καί που καὶ νάπαι ἑκατέρωθεν τοῦ ποταμοῦ τῇ τε ἐρημίᾳ καὶ τῇ ἀντιπέμψει τοῦ κτύπου καὶ αὗται ξυνεπελάμβανον· (4) οἵ τε ἵπποι διαφαινόμενοι διὰ τῶν ἱππαγωγῶν πλοίων, οὐ πρόσθεν ἵπποι ἐπὶ νεῶν ὀφθέντες ἐν τῇ Ἰνδῶν γῇ, (καὶ γὰρ καὶ τὸν Διονύσου ἐπ' Ἰνδοὺς στόλον οὐκ ἐμέμνηντο γενέσθαι ναυτικόν,) ἔκπληξιν παρεῖχον τοῖς θεωμένοις τῶν βαρβάρων, ὥστε οἱ μὲν αὐτῶν αὐτόθεν τῇ ἀναγωγῇ παραγενόμενοι ἐπὶ πολὺ ἐφωμάρτουν· (5) ἐς ὅσους δὲ τῶν ἤδη Ἀλεξάνδρῳ προσκεχωρηκότων Ἰνδῶν ἡ βοὴ τῶν ἐρετῶν ἢ ὁ κτύπος τῆς εἰρεσίας ἐξίκετο, καὶ οὗτοι ἐπὶ τῇ ὄχθῃ κατέθεον καὶ ξυνείποντο ἐπᾴδοντες βαρβαρικῶς. Φιλῳδοὶ γάρ, εἴπερ τινὲς ἄλλοι, Ἰνδοὶ καὶ φιλορχήμονες ἀπὸ Διονύσου ἔτι καὶ τῶν ἅμα Διονύσῳ βακχευσάντων κατὰ τὴν Ἰνδῶν γῆν.

ΚΕΦ. Δ'.

Οὕτω δὴ πλέων τρίτῃ γε ἡμέρᾳ κατέσχεν ἵναπερ Ἡφαιστίωνί τε καὶ Κρατέρῳ κατὰ τὸ αὐτὸ στρατοπεδεύειν ἐπὶ ταῖς ἀντιπέραν ὄχθαις παρήγγελτο. Μείνας δὲ ἐνταῦθα ἡμέρας δύο, ὡς καὶ Φίλιππος αὐτῷ ξὺν τῇ λοιπῇ στρατιᾷ ἀφίκετο, τοῦτον μὲν ἐπὶ τὸν Ἀκεσίνην ποταμὸν ἐκπέμπει ξὺν οἷς ἔχων ἧκε, τάξας παρὰ τοῦ Ἀκεσίνου ποταμοῦ τὴν ὄχθην πορεύεσθαι· τοὺς δὲ ἀμφὶ Κράτερόν τε καὶ Ἡφαιστίωνα αὖθις ἐκπέμπει, παραγγείλας ὅπως χρὴ τὴν πορείαν ποιεῖσθαι. (2) Αὐτὸς δὲ ἔπλει κατὰ τὸν Ὑδάσπην ποταμόν, οὐδαμοῦ μείονα ἐν τῷ κατάπλῳ εἴκοσι σταδίων τὸ εὖρος. Προσορμιζόμενος δὲ ὅπῃ τύχοι ταῖς ὄχθαις τοὺς προσοικοῦντας τῷ Ὑδάσπῃ Ἰνδῶν τοὺς μὲν ἐνδιδόντας σφᾶς ὁμολογίαις κατελάμβανεν· ἤδη δέ τινας καὶ ἐς ἀλκὴν χωρήσαντας βίᾳ κατεστρέψατο. (3) Αὐτὸς δὲ ὡς ἐπὶ τὴν Μαλλῶν τε καὶ Ὀξυδρακῶν γῆν σπουδῇ ἔπλει, πλείστους τε καὶ μαχιμωτάτους τῶν ταύτῃ Ἰνδῶν πυνθανόμενος καὶ ὅτι ἐξηγγέλλοντο αὐτῷ παῖδας μὲν καὶ γυναῖκας ἀποτεθεῖσθαι ἐς τὰς ὀχυρωτάτας τῶν πόλεων, αὐτοὶ δὲ ἐγνωκέναι διὰ μάχης ἰέναι πρὸς αὐτόν· ἐφ' ὅτῳ δὴ καὶ σπουδῇ πλείονι ἐποιεῖτο τὸν πλοῦν, ὅπως μὴ καθεστηκόσιν αὐτοῖς, ἀλλὰ ἐν τῷ ἐνδεεῖ τε ἔτι τῆς παρασκευῆς καὶ τεταραγμένῳ προσφέρηται. (4) Ἔνθεν δὲ ὡρμήθη τὸ δεύτερον, καὶ πέμπτῃ ἡμέρᾳ ἀφίκετο ἐπὶ τὴν ξυμβολὴν τοῦ τε Ὑδάσπου καὶ τοῦ Ἀκεσίνου. Ἵνα δὲ ξυμβάλλουσιν οἱ ποταμοὶ οὗτοι, στενώτατος εἷς ποταμὸς ἐκ τοῖν δυοῖν γίγνεται καὶ τὸ ῥεῦμα αὐτῷ ὀξὺ ἐπὶ τῇ στενότητι καὶ δῖναι ἄτοποι ὑποστρέφοντος τοῦ ῥοῦ, καὶ τὸ ὕδωρ κυμαίνεταί τε καὶ καχλάζει ἐπὶ μέγα, ὡς καὶ πόρρω ἔτι ὄντων ἐξακούεσθαι τὸν κτύπον τοῦ κύματος. (5) Καὶ ἦν μὲν προεξηγγελμένα ταῦτα Ἀλεξάνδρῳ ἐκ τῶν ἐγχωρίων καὶ Ἀλεξάνδρου τῇ στρατιᾷ· ὅμως δὲ ἐπειδὴ ἐπέλαζεν αὐτῷ ταῖς ξυμβολαῖς ὁ στρατός, ἐς τοσόνδε ὁ ἀπὸ τοῦ ῥοῦ κτύπος κατεῖχεν,

vehementiorem illum compressione redditum repercutiebant, et alicubi etiam nemora utrimque ripis circumjecta sonitum illum remorum excipientia multo auctiorem sua solitudine et repercussione efficiebant. (4) Equi etiam in hippaginibus visi, (neque enim unquam antea Indi equos navibus vehi viderant, neque Bacchi in Indos expeditionem navalem fuisse memorabant) magnam barbaris admirationem inferebant, adeo ut ii qui jam aderant quum classis deduceretur per longum prosequerentur: (5) quotquot vero Indi Alexandro amici e remotioribus locis remigiorum sonitum exaudierant, etiam hi ad ripam accurrerent et barbarico ritu accinentes comitarentur. Studiosi enim musices, si qui alii, sunt Indi: saltationibus quoque addicti jam inde a Baccho eorumque qui in India simul bacchati sunt tempore.

CAP. IV.

Alexander hoc pacto navigans tertio die eo loci appulit, quo Craterum et Hephæstionem in utraque ripa castra locare jusserat. Biduum ibi commoratus dum Philippus cum reliquo exercitu advenisset, hunc quidem cum iis quos adduxit ad Acesinem fluvium mittit, juxta fluminis ripam iter facere jussum. Craterum etiam et Hephæstionem rursus emittit, itineris quod tenerent ratione præscripta. (2) Ipse per Hydaspen fluvium navigationem persequebatur, nusquam xx stadiorum spatio angustiorem. Ubicunque appellebat, Indos Hydaspis ripam accolentes partim deditionem facientes in amicitiam ac fidem recipiebat, partim ad arma confugientes vi subigebat. (3) Porro magna celeritate in Mallos et Oxydracas contendebat, quod et plurimos eos et bellicosissimos illius tractus esse acceperat: quodque liberis atque uxoribus in munitissima oppida traductis, ipsi prælio cum Alexandro decernere statuisse nuntiarentur: tantoque magis accelerandum sibi putabat, ut eos nondum constitutos sed apparandis rebus perturbatos opprimeret. (4) Itaque inde rursum movit, et quinto die ad confluentem Hydaspis et Acesinis pervenit. Ubi vero hi duo fluvii confunduntur, unus ex duobus isque angustissimus alveus efficitur, rapidusque ejus ob angustiam cursus fit, et ingentes vortices ex revertente fluxu: æstuantesque et magnopere strepentes undæ sonitum in loca longissime inde remota transmittunt. (5) Quæ quidem multo ante Alexandro ejusque exercitui ab incolis prædicta fuerant: postquam tamen confluentibus appropinquavit, tantus flu-

ὥστε ἐπέστησαν τὰς εἰρεσίας οἱ ναῦται, οὐκ ἐκ παραγγέλματος, ἀλλὰ τῶν τε κελευστῶν ὑπὸ θαύματος ἐκσιωπησάντων καὶ αὐτοὶ μετέωροι πρὸς τὸν κτύπον γενόμενοι.

ΚΕΦ. Ε'.

Ὡς δὲ οὐ πόῤῥω τῶν ξυμβολῶν ἦσαν, ἐνταῦθα δὴ οἱ κυβερνῆται παραγγέλλουσιν ὡς βιαιοτάτῃ εἰρεσίᾳ χρωμένους ἐξελαύνειν ἐκ τῶν στενῶν, τοῦ μὴ ἐμπιπτούσας τὰς ναῦς ἐς τὰς δίνας ἀναστρέφεσθαι πρὸς αὐτῶν, ἀλλὰ κρατεῖν γὰρ τῇ εἰρεσίᾳ τῶν ἐπιστροφῶν τοῦ ὕδατος. (2) Τὰ μὲν δὴ στρογγύλα πλοῖα ὅσα καὶ ἔτυχεν αὐτῶν περιστραφέντα πρὸς τοῦ ῥοῦ, οὐδέν τι παθόντα ἐν τῇ ἐπιστροφῇ, ὅτι μὴ συνταράξαντα τοὺς ἐμπλέοντας, κατέστη ἐς εὐθύ, πρὸς αὐτοῦ τοῦ ῥοῦ ὀρθωθέντα· αἱ δὲ μακραὶ νῆες οὐχ ὡσαύτως ἀπαθεῖς ἀπῆλθον ἐν τῇ ἐπιστροφῇ, οὔτε μετέωροι ἐπὶ τοῦ καχλάζοντος κύματος ὡσαύτως οὖσαι, ὅσαι τε δίκροτοι αὐτῶν τὰς κάτω κώπας οὐκ ἐπὶ πολὺ ἔξω ἔχουσαι τοῦ ὕδατος· (3) καὶ αἱ κῶπαι δὲ αὐτοῖς, πλαγίοις ἐν ταῖς δίναις γενομένοις, συνετρίβοντο, ὅσων γε ἐγκατελήφθησαν ὑπὸ τοῦ ὕδατος οὐ φθασάντων αὐτὰς μετεωρίσαι, ὡς πολλὰς μὲν πονῆσαι τῶν νεῶν, δύο δὲ δὴ περιπεσούσας ἀλλήλαις αὐτάς τε διαφθαρῆναι καὶ τῶν ἐμπλεόντων ἐν αὐταῖς πολλούς. Ὡς δὲ ἐς πλάτος ἤδη ὁ ποταμὸς διέσχεν, ἐνταῦθα δὴ ὅ τε ῥοῦς οὐκέτι ὡσαύτως χαλεπὸς ἦν καὶ αἱ δῖναι οὐχ ὁμοίᾳ τῇ βίᾳ ἐπέστρεφον. (4) Προσορμίσας οὖν τῇ ἐν δεξιᾷ ὄχθῃ ὁ Ἀλέξανδρος τὸν στρατόν, ἵνα σκέπη τε ἦν τοῦ ῥοῦ καὶ προσβολὴ ταῖς ναυσὶ καί τις καὶ ἄκρα τοῦ ποταμοῦ ἐπιτηδείως ἀνεῖχεν ἐς τῶν ναυαγίων τε τὴν ξυναγωγὴν καὶ εἴ τινες ἐπ' αὐτῶν ζῶντες ἔτι ἐφέροντο, τούτους τε διέσωσε καὶ ἐπισκευάσας τὰς πεπονηκυίας τῶν νεῶν, Νέαρχον μὲν καταπλεῖν κελεύει ἔστ' ἂν ἀφίκηται ἐπὶ τὰ ὅρια τοῦ Μαλλῶν ἔθνους· αὐτὸς δὲ τῶν βαρβάρων τῶν οὐ προσχωρούντων καταδρομὴν τῆς χώρας ποιησάμενος καὶ κωλύσας ἐπικουρῆσαι αὐτοὺς τοῖς Μαλλοῖς, οὕτω δὴ αὖθις ξυνέμιξε τῷ ναυτικῷ.

5. Καὶ ἐνταῦθα Ἡφαιστίων τε αὐτῷ καὶ Κράτερος καὶ Φίλιππος ξὺν τοῖς ἀμφ' αὐτοὺς ὁμοῦ ἤδη ἦσαν. Ὁ δὲ τοὺς μὲν ἐλέφαντας καὶ τὴν Πολυσπέρχοντος τάξιν καὶ τοὺς ἱπποτοξότας καὶ Φίλιππον ξὺν τῇ ἀμφ' αὐτὸν στρατιᾷ διαβιβάσας [τὸν Ὑδάσπην ποταμὸν] Κρατέρῳ ἄγειν προσέταξε· Νέαρχον δὲ ξὺν τῷ ναυτικῷ πέμπει, τρισὶν ἡμέραις τὴν στρατιὰν κελεύσας φθάνειν κατὰ τὸν πλοῦν. (6) Τὸν δὲ ἄλλον στρατὸν τριχῇ διένειμε· καὶ Ἡφαιστίωνα μὲν πέντε ἡμέραις προϊέναι ἔταξεν, ὡς εἴ τινες τοὺς ξὺν αὐτῷ τεταγμένους φεύγοντες ἐς τὸ πρόσω κατὰ σπουδὴν ἴοιεν, τοῖς ἀμφ' Ἡφαιστίωνα ἐμπίπτοντες ἁλίσκωνται· Πτολεμαῖον δὲ τὸν Λάγου, δοὺς καὶ τούτῳ τῆς στρατιᾶς μέρος, τρισὶν ἡμέραις ὑπολειπόμενον ἕπεσθαι ἐκέλευσεν, ὡς ὅσοι τοὔμπαλιν

minum concurrentium sonitus remigum aures pervasit, ut nautæ remos remitterent, non quod ita eis imperatum esset, sed quod hortatores admiratione rei perculsi conticescerent, et ipsi nautæ soni vehementia attonitis similes redditi essent.

CAP. V.

Quum vero jam ad confluentes ventum esset, gubernatores navium imperant ut summa vi remigantes ex angustiis naves protrudant, ne a vorticibus correptæ subverterentur, sed remigiorum impulsu fluctuum vim frangant: (2) et rotundiora quidem navigia, quæ vorticibus circumagi contigit, nihil aliud quam eorum qui in iis navigabant perturbationem passa, in rectum cursum ipso fluxu constituta sunt. Oblongæ vero naves, quum minus facile quasi suspensæ supra undas æstuantes ferrentur, majus a vorticibus damnum acceperunt: ut et biremes, quarum inferiores remi parum admodum supra undas eminent. (3) Nam remi quum transversi in ipsis fluctibus hærerent, confringebantur, quotquot eorum aqua occupavit, nec citius nautæ elevarunt. Multæ itaque naves quassatæ, duæ inter se collisæ, cum multis qui eis vehebantur, perierunt. At postquam fluminis alveus sese aperire cœpit, mitiore jam cursu, minusque violentis vorticibus redditis, (4) Alexander classe ad dextram ripam appulsa, quod ibi tutela contra fluxum erat et appulsus navibus et rupes quoque fluvii opportune prominebat ad colligenda naufragia et siqui adhuc vivi inessent, tum eos recepit. Posthæc refectis navibus, Nearchum navigationem, donec ad Mallorum fines perveniat, continuare jubet: ipse vero in barbaros qui deditionem non fecerant excursione facta, quum ne Mallis uppetias ferrent impedivisset, ad classem reversus est.

5. Ibi Hephæstionem, Craterum et Philippum cum suis quemque copiis reperit. Ipse, elephantis et Polysperchontis copiis, et sagittariis equestribus ac Philippo (per Hydaspen) transmissis, Cratero eas ducendas dat. Nearchum vero cum classe mittit, præcipiens uti trium dierum itinere exercitum prævertat. (6) Reliquas copias in tres partes divisit: atque Hephæstionem quidem quinque dierum iter præcedere jubet, ut siqui Alexandri adventum fugientes in ulteriora sese celeriter proriperent, in Hephæstionem incidentes caperentur. Ptolemæum autem Lagi filium, data etiam huic exercitus parte, triduo post suum discessum se-

ὑποστρέφοιεν αὐτὸν φεύγοντες, οὗτοι δὲ ἐς τοὺς ἀμφὶ τὸν Πτολεμαῖον ἐμπίπτοιεν. (7) Ἐπὰν δὲ ἀφίκωνται ἐς τὰς ξυμβολὰς τοῦ τε Ἀκεσίνου καὶ τοῦ Ὑδραώτου ποταμοῦ, ἐνταῦθα δὲ τούς τε φθάνοντας ὑπομένειν ἐκέλευσεν ἔστ' ἂν ἥκῃ αὐτὸς καὶ τοὺς ἀμφὶ Κράτερον καὶ Πτολεμαῖον αὐτῷ ξυμβαλεῖν.

ΚΕΦ. Ϛ'.

Αὐτὸς δὲ ἀναλαβὼν τοὺς ὑπασπιστάς τε καὶ τοὺς τοξότας καὶ τοὺς Ἀγριᾶνας καὶ τῶν πεζεταίρων καλουμένων τὴν Πείθωνος τάξιν καὶ τοὺς ἱπποτοξότας τε πάντας καὶ τῶν ἱππέων τῶν ἑταίρων τοὺς ἡμίσεας διὰ γῆς ἀνύδρου ὡς ἐπὶ Μαλλοὺς ἦγεν, ἔθνος Ἰνδικὸν Ἰνδῶν τῶν αὐτονόμων. (2) Καὶ τῇ μὲν πρώτῃ κατεστρατοπέδευσε πρὸς ὕδατι οὐ πολλῷ, ὃ δὴ ἀπεῖχε τοῦ Ἀκεσίνου ποταμοῦ σταδίους εἰς ἑκατόν· δειπνοποιησάμενος δὲ καὶ ἀναπαύσας τὴν στρατιὰν οὐ πολὺν χρόνον παραγγέλλει ὅ τι τις ἔχει ἄγγος ἐμπλῆσαι [τοῦ] ὕδατος. Διελθὼν δὲ τῆς τε ἡμέρας τὸ ἔτι ὑπολειπόμενον καὶ τὴν νύκτα ὅλην ἐς τετρακοσίους μάλιστα σταδίους ἅμα ἡμέρᾳ πρὸς πόλιν ἀφίκετο εἰς ἣν ξυμπεφεύγεσαν πολλοὶ τῶν Μαλλῶν. (3) Οἱ δὲ οὔποτ' ἂν οἰηθέντες διὰ τῆς ἀνύδρου ἐλθεῖν ἐπὶ σφᾶς Ἀλέξανδρον ἔξω τε τῆς πόλεως οἱ πολλοὶ καὶ ἄνοπλοι ἦσαν· ἐφ' ὅτῳ καὶ δῆλος ἐγένετο ταύτην ἀγαγὼν Ἀλέξανδρος, ἣν ὅτι αὐτῷ ἀγαγεῖν χαλεπὸν ἦν, ἐπὶ τῷδε οὐδὲ τοῖς πολεμίοις ὅτι ἄξει πιστὸν ἐφαίνετο. Τούτοις μὲν δὴ οὐ προσδοκήσασιν ἐπιπεσὼν τοὺς μὲν πολλοὺς ἀπέκτεινεν αὐτῶν οὐδὲ εἰς ἀλκήν, οἷα δὴ ἀνόπλους, τραπέντας· τῶν δὲ ἄλλων ἐς τὴν πόλιν κατακλεισθέντων κύκλῳ περιστήσας τῷ τείχει τοὺς ἱππέας, ὅτι μήπω ἡ φάλαγξ τῶν πεζῶν ἠκολουθήκει αὐτῷ, ἀντὶ χάρακος ἐχρήσατο τῇ ἵππῳ. (4) Ὡς δὲ τάχιστα οἱ πεζοὶ ἀφίκοντο, Περδίκκαν μὲν τήν τε αὑτοῦ ἱππαρχίαν ἔχοντα καὶ τὴν Κλείτου καὶ τοὺς Ἀγριᾶνας πρὸς ἄλλην πόλιν ἐκπέμπει τῶν Μαλλῶν, οἷ ξυμπεφευγότες ἦσαν πολλοὶ τῶν ταύτῃ Ἰνδῶν, φυλάσσειν τοὺς ἐν τῇ πόλει κελεύσας, ἔργου δὲ μὴ ἔχεσθαι ἔστ' ἂν ἀφίκηται αὐτός, ὡς μηδὲ ἀπὸ ταύτης τῆς πόλεως διαφυγόντας τινὰς αὐτῶν ἀγγέλους γενέσθαι τοῖς ἄλλοις βαρβάροις ὅτι προσάγει ἤδη Ἀλέξανδρος· αὐτὸς δὲ προσέβαλλε τῷ τείχει. (5) Οἱ δὲ βάρβαροι τὸ μὲν τεῖχος ἐκλείπουσιν, ὡς οὐκ ἂν διαφυλάξοντες αὐτὸ ἔτι, πολλῶν ἐν τῇ καταλήψει τεθνηκότων, τῶν δὲ καὶ ἀπὸ τραυμάτων ἀπομάχων γεγενημένων· ἐς δὲ τὴν ἄκραν ξυμφυγόντες χρόνον μέν τινα ἠμύνοντο ἐξ ὑπερδεξίου τε χωρίου καὶ χαλεποῦ ἐς προσβολήν· προσκειμένων δὲ πάντοθεν εὐρώστως τῶν Μακεδόνων καὶ αὐτοῦ Ἀλεξάνδρου ἄλλοτε ἄλλῃ ἐπιφαινομένου τῷ ἔργῳ ἥ τε ἄκρα κατὰ κράτος ἑάλω καὶ οἱ ξυμφυγόντες ἐς αὐτὴν πάντες ἀπέθανον· ἦσαν δὲ ἐς δισχιλίους.

7. Περδίκκας δὲ ἐς τὴν πόλιν ἐφ' ἥντινα ἐστάλη ἀφικόμενος, τὴν μὲν πόλιν ἐρήμην καταλαμβάνει· μα-

qui jubet : eo consilio ut qui fugientes retrorsum se reciperent, in Ptolemæi copias inciderent. (7) Quum vero ad confluentes Acesinis et Hydraotis pervenissent, eos qu prægressi erant exspectare jussit, dum et ipse eo veniat, et Crateri ac Ptolemæi copiæ ei conjunctæ sint.

CAP. VI.

Ipse, sumptis scutatis et sagittariis atque Agrianis et Pithonis agmine, quod iis qui pedites amici vocantur constabat, sagittariis etiam equestribus omnibus et ex equitatu amicorum dimidia parte, per siticulosam regionem contendit in Mallos, Indorum libere suis legibus viventium gentem. (2) Ac primo quidem die juxta amnem non magnum castra locavit, distantem ab Acesine stadiis centum. Ibi curato corpore, et exigui temporis quiete militibus data, mandat ut quas quisque lagenas habeat aqua repleat. Progressusque per id quod supererat diei et per noctem totam ad XL circiter stadia, sub lucem ad urbem pervenit in quam multi Mallorum confugerant. (3) Qui quum putassent Alexandrum nunquam per siticulosa illa loca ad sese venturum, extra urbem inermes vagabantur : quum tandem senserunt Alexandrum illac exercitum duxisse, qua quia difficulter duci poterat, verisimile hostibus visum fuerat non ducturum. Quum itaque his ex improviso supervenisset, plerosque eorum ne ad tutandos quidem sese, utpote inermes, conversos, occidit. Reliquis in urbem repulsis ac conclusis, equitatu loco valli (peditum enim phalanx eum assequuta nondum erat) muros in orbem cinxit. (4) Statim vero ac peditatus advenit, Perdiccam quidem cum suis et Cliti equestribus copiis cumque Agrianis ad aliam Mallorum urbem obsidendam mittit, in quam Indorum non parva manus confugerat : mandans ut eos urbe inclusos teneant, neque oppugnationem aggrediantur donec ipse advenerit, sed hoc tantum curent, nequi urbe elapsi alios barbaros de Alexandri adventu certiores faciant; ipse vero urbem oppugnare cœpit. (5) Barbari murum deserunt, desperantes nimirum se diu eum tueri posse, quum multi in expugnatione cæsi, multi vulneribus acceptis inutiles ad pugnandum effecti essent. Tum in arcem sese recipientes se aliquandiu ex loco edito adituque difficili tutati sunt. At quum Macedones omni ex parte fortiter urgerent et Alexander ipse acriter instaret, arx vi capta est quique in eam confugerant, (II M. hi erant) ad unum omnes cæsi.

6. Perdiccas ad urbem quam obsidere jussus fuerat profectus, eam ab incolis desertam reperit . quos quum non

θὼν δὲ ὅτι οὐ πρὸ πολλοῦ πεφεύγεσαν ἐξ αὐτῆς οἱ ἐνοικοῦντες δρόμῳ ἤλαυνε κατὰ στίβον τῶν φευγόντων· οἱ δὲ ψιλοὶ ὡς τάχους εἶχον ποδῶν αὐτῷ ἐφείποντο. Καταλαβὼν δὲ τῶν φευγόντων κατέκοψεν ὅσοι γε μὴ ἔφθασαν ἐς τὰ ἕλη ξυμφυγόντες.

multo ante tempore effugisse cognovisset, cursim fugientium vestigia sectatus est. Expediti quanta maxima celeritate pedum potuerunt eum sequuti sunt. Quoscunque in fuga nactus est, occidit: reliquis palustria loca saluti fuerunt.

ΚΕΦ. Ζ΄.

Ἀλέξανδρος δὲ δειπνοποιησάμενός τε καὶ ἀναπαύσας τοὺς ἀμφ' αὐτὸν ἔστε ἐπὶ πρώτην φυλακὴν ᾔει τοῦ πρόσω· καὶ τὴν νύκτα διελθὼν πολλὴν ὁδὸν ἅμα ἡμέρᾳ ἀφίκετο πρὸς τὸν Ὑδραώτην ποταμόν. Ἔνθα δὴ τῶν Μαλλῶν τοὺς μὲν πολλοὺς διαβεβηκότας ἤδη ἔμαθε, τοῖς δὲ καὶ διαβαίνουσιν ἐπιγενόμενος περὶ αὐτὸν τὸν πόρον πολλοὺς αὐτῶν διέφθειρε. (2) Καὶ αὐτὸς ὡς εἶχε ξυνδιαβὰς κατὰ τὸν αὐτὸν πόρον διώκων εἴχετο τῶν φθασάντων ἐς τὴν ἀποχώρησιν. Καὶ πολλοὺς μὲν ἀπέκτεινεν αὐτῶν, τοὺς δὲ καὶ ζῶντας ἔλαβεν, οἱ πλείους δὲ κατέφυγον ἔς τι χωρίον ὀχυρὸν καὶ τετειχισμένον. Ἀλέξανδρος δέ, ὡς οἱ πεζοὶ ἀφίκοντο αὐτῷ, ἀποστέλλει ἐπὶ τούτους Πείθωνα τήν τε αὑτοῦ τάξιν ἔχοντα καὶ τῶν ἱππέων δύο ἱππαρχίας. (3) Καὶ οὗτοι δὴ ἐξ ἐφόδου προσβαλόντες λαμβάνουσι τὸ χωρίον καὶ τοὺς καταπεφευγότας εἰς αὐτὸ ἠνδραπόδισαν, ὅσοι γε μὴ ἐν τῇ προσβολῇ διεφθάρησαν. Ταῦτα δὲ οἱ ἀμφὶ τὸν Πείθωνα διαπραξάμενοι ἐπανῆλθον αὖθις ἐς τὸ στρατόπεδον.

4. Αὐτὸς δὲ Ἀλέξανδρος ὡς ἐπὶ τῶν Βραχμάνων τινὰ πόλιν ἦγεν, ὅτι καὶ ἐς ταύτην ξυμπεφευγέναι τινὰς τῶν Μαλλῶν ἔμαθεν. Ὡς δὲ ἀφίκετο πρὸς αὐτήν, ἐπῆγε τῷ τείχει πάντοθεν πυκνὴν τὴν φάλαγγα. Οἱ δὲ ὑπορυσσόμενα τὰ τείχη ἰδόντες καὶ ἐκ τῶν βελῶν ἀναστελλόμενοι, τὰ μὲν τείχη καὶ οὗτοι ἐκλείπουσιν, ἐς δὲ τὴν ἄκραν ξυμφυγόντες ἐκεῖθεν ἠμύνοντο· ξυνεισπεσόντων δὲ αὐτοῖς ὀλίγων Μακεδόνων, μεταβαλλόμενοι καὶ ξυστραφέντες τοὺς μὲν ἐξέωσαν αὐτῶν, ἀπέκτειναν δὲ ἐν τῇ ὑποστροφῇ ἐς πέντε καὶ εἴκοσι. (5) Καὶ ἐν τούτῳ Ἀλέξανδρος τάς τε κλίμακας πάντοθεν κελεύει προστιθέναι τῇ ἄκρᾳ καὶ ὑπορύττειν τὸ τεῖχος. Ὡς δὲ πύργος τε ἔπεσεν ὑπορυσσόμενος καὶ τοῦ μεταπυργίου τι παραρραγὲν ἐπιμαχωτέραν ταύτῃ ἐποίησε τὴν ἄκραν, πρῶτος Ἀλέξανδρος ἐπιβὰς τοῦ τείχους ὤφθη ἔχων τὸ τεῖχος. (6) Καὶ τοῦτον ἰδόντες οἱ ἄλλοι Μακεδόνες αἰσχυνθέντες ἄλλος ἄλλῃ ἀνῄεσαν. Εἴχετό τε ἤδη ἡ ἄκρα, καὶ τῶν Ἰνδῶν οἱ μὲν τὰς οἰκίας ἐνεπίμπρασαν καὶ ἐν αὐταῖς ἐγκαταλαμβανόμενοι ἀπέθνησκον, οἱ πολλοὶ δὲ μαχόμενοι αὐτῶν. Ἀπέθανον δὲ οἱ πάντες ἐς πεντακισχιλίους, ζῶντες δὲ δι' ἀνδρείαν ὀλίγοι ἐλήφθησαν.

CAP. VII.

Alexander, curato corpore et quiete suis data, ad primam noctis vigiliam progressus est: magnumque iter ea nocte emensus, sub diluculum ad Hydraotem fluvium pervenit: ac multos quidem Mallorum jam amnem transgressos cognovit: alios alveum transeuntes adortus, plerosque interfecit, (2) amnemque uti erat transgressus, tergisque eorum qui jam discesserant inhærens, multos ex iis cecidit, multos cepit. Maxima tamen pars in oppidum natura atque opere munitum se recepit. Alexander, postquam peditatus advenit, Pithonem in eos mittit cum suo agmine et duabus equitum præfecturis. (3) Qui quidem primo impetu oppidum capiunt, omnesque qui eo confugerant, quot eorum in illo impetu interfecti non erant, in servitutem redigunt. Quo facto Pithon in castra rediit.

4. Alexander deinde in quandam Brachmanorum urbem exercitum duxit, quo aliam Mallorum manum confugisse audierat. Eo simulac venit, densam phalangem omni ex parte muro admovit. Oppidani muros suffodi conspicati et telis repressi, hi quoque desertis mœnibus in arcem confugiunt et ex ea se tuentur. Macedonibus vero aliquot una cum iis in arcem illapsis, conversi et in unum collecti nonnullos ex iis extruserunt, occiderunt autem XXV dum pedem referrent. (5) Inter hæc Alexander scalas undequaque arci admoveri jubet, et murum suffodi. Quo suffosso quum turris quædam concidisset et pars aliqua interturrii perfracta faciliorem arcis oppugnationem fecisset, ipse primus murum conscendit. (6) Quo viso, alii Macedones pudore suffusi, alius alia in murum adscendunt. Jamque arx capta erat, quum Indorum alii succensis suis ædibus ipsi etiam earum incendio perierunt: plerique pugnantes interfecti. Quinque in universum millia cæsa: pauci (tanta eorum virtus fuit) vivi in potestatem venerunt.

ΚΕΦ. Η'.

Μείνας δὲ αὐτοῦ μίαν ἡμέραν καὶ ἀναπαύσας τὴν στρατιάν, τῇ ὑστεραίᾳ προὐχώρει ὡς ἐπὶ τοὺς ἄλλους Μαλλούς. Καὶ τὰς μὲν πόλεις ἐκλελοιπότας καταλαμβάνει, αὐτοὺς δὲ ἔμαθεν ὅτι πεφευγότες εἶεν ἐς τὴν ἔρημον. (2) Καὶ ἐνταῦθα αὖθις μίαν ἡμέραν ἀναπαύσας τὴν στρατιάν, ἐς τὴν ἐπιοῦσαν Πείθωνα μὲν καὶ Δημήτριον τὸν ἱππάρχην πρὸς τὸν ποταμὸν ὀπίσω ἀπέπεμψεν ὧν τε αὐτοὶ ἡγοῦντο ἄγοντας καὶ πρὸς τούτοις ψιλῶν τάξεις δοὺς αὐτοῖς ὅσαι ἱκαναὶ πρὸς τὸ ἔργον. (3) Προσέταξε δὲ παρὰ τῇ ὄχθῃ τοῦ ποταμοῦ ἰόντας, εἴ τισι περιτυγχάνοιεν τῶν ἐς τὰς ὕλας ξυμπεφευγότων, αἳ δὴ πολλαὶ πρὸς τῇ ὄχθῃ τοῦ ποταμοῦ ἦσαν, τούτους κτείνειν, ὅσοι μὴ ἐθελονταὶ σφᾶς ἐνδιδοῖεν. Καὶ πολλοὺς καταλαβόντες ἐν ταῖς ὕλαις οἱ ἀμφὶ Πείθωνά τε καὶ Δημήτριον ἀπέκτειναν.

4. Αὐτὸς δὲ ἦγεν ἐπὶ τὴν μεγίστην τῶν Μαλλῶν πόλιν, ἵνα καὶ ἐκ τῶν ἄλλων πόλεων πολλοὺς ξυμπεφευγέναι αὐτῷ ἐξηγγέλλετο. Ἀλλὰ καὶ ταύτην ἐξέλιπον οἱ Ἰνδοὶ ὡς προσάγοντα Ἀλέξανδρον ἔμαθον· διαβάντες δὲ τὸν Ὑδραώτην ποταμόν, ἐπὶ ταῖς ὄχθαις αὐτοῦ, ὅτι ὑψηλαὶ αἱ ὄχθαι ἦσαν, παρατεταγμένοι ἔμενον, ὡς εἴρξοντες τοῦ πόρου Ἀλέξανδρον. (5) Καὶ ταῦτα ὡς ἤκουσεν, ἀναλαβὼν τὴν ἵππον τὴν ἅμα αὐτῷ πᾶσαν ᾔει ὡς ἐπὶ τὸν Ὑδραώτην, ἵναπερ παρατετάχθαι τοὺς Μαλλοὺς ἐξηγγέλλετο· οἱ δὲ πεζοὶ ἕπεσθαι αὐτῷ ἐτάχθησαν. Ὡς δὲ ἀφίκετό τε ἐπ' αὐτὸν καὶ ἐν τῷ πέραν τοὺς πολεμίους κατεῖδε τεταγμένους, ὡς εἶχεν ἐκ τῆς ὁδοῦ ἐμβάλλει ἐς τὸν πόρον ξὺν τῇ ἵππῳ μόνῃ. (6) Οἱ δέ, ἰδόντες ἐν μέσῳ τοῦ ποταμοῦ ὄντα ἤδη Ἀλέξανδρον, κατὰ σπουδὴν μέν, ξυντεταγμένοι δὲ ὅμως ἀπεχώρουν ἀπὸ τῆς ὄχθης· καὶ Ἀλέξανδρος ξὺν μόνῃ τῇ ἵππῳ εἵπετο. Ὡς δὲ κατεῖδον ἱππέας μόνους, ἐπιστρέψαντες οἱ Ἰνδοὶ καρτερῶς ἐμάχοντο, πλῆθος ὄντες ἐς πέντε μυριάδας. Καὶ Ἀλέξανδρος ὡς τήν τε φάλαγγα αὐτῶν πυκνὴν κατεῖδε καὶ αὐτῷ οἱ πεζοὶ ἀπῆσαν, προσβολὰς μὲν ἐποίει ἐς κύκλους παριππεύων· ἐς χεῖρας δὲ οὐκ ᾔει τοῖς Ἰνδοῖς. (7) Καὶ ἐν τούτῳ παραγίγνονται αὐτῷ οἵ τε Ἀγριᾶνες καὶ ἄλλαι τάξεις τῶν ψιλῶν, ἃς δὴ ἐπιλέκτους ἅμα οἷ ἦγε, καὶ οἱ τοξόται· οὐ πόρρω δὲ οὐδὲ ἡ φάλαγξ ἐφαίνετο τῶν πεζῶν. Καὶ οἱ Ἰνδοὶ ὁμοῦ σφίσι πάντων τῶν δεινῶν προσκειμένων ἀποστρέψαντες ἤδη προτροπάδην ἔφευγον ἐς πόλιν ὀχυρωτάτην τῶν πλησίον. (8) Καὶ Ἀλέξανδρος ἑπόμενός τε αὐτοῖς πολλοὺς ἔκτεινε καὶ ὡς ἐς τὴν πόλιν οἱ διαφυγόντες κατειλήθησαν, πρῶτα μὲν τοῖς ἱππεῦσιν ἐξ ἐφόδου ἐκυκλώσατο τὴν πόλιν· ὡς δὲ οἱ πεζοὶ αὐτῷ παρῆσαν, ταύτῃ μὲν τῇ ἡμέρᾳ περιστρατοπεδεύει ἐν κύκλῳ τοῦ τείχους, ὅτι οὐ πολύ τε τῆς ἡμέρας ὑπελείπετο ἐς τὴν προσβολήν, καὶ ἡ στρατιὰ αὐτῷ ὑπό τε πορείας μακρᾶς οἱ πεζοὶ καὶ ὑπὸ διώξεως συνεχοῦς οἱ ἵπποι καὶ οὐχ ἥκιστα κατὰ τὸν πόρον τοῦ ποταμοῦ τεταλαιπωρήκεσαν.

CAP. VIII.

Alexander unum diem ibi commoratus, quiete exercitui data, postridie in alios Mallos movit, quos quidem urbes deseruisse, et in solitudines sese abdidisse cognovit. (2) Ibi etiam uno die cum exercitu substitit. Postero die Pithonem et Demetrium equestris agminis præfectum retro ad flumen misit, quibus ad copias quas ducebant expeditorum agmina, quæ rei gerendæ sufficerent, adjunxit: (3) mandatis additis, ut ad ripam fluminis iter facientes, siquos eorum qui in sylvas ripis circumjectas confugerant reperissent, nisi sponte deditionem facerent, interficerent. Multos itaque in sylvis nacti occidere.

4. Ipse in maximam Mallorum urbem exercitum duxit, in quam etiam ex aliis oppidis multi sese recepisse nuntiabantur. Sed et hanc Indi, simulatque Alexandrum adventare intellexerant, deseruerant, transitoque Hydraote fluvio, in ripis ejus, quæ altæ in primis erant, aciem instruxerant, tanquam transitu prohibituri. (5) Quo cognito, Alexander confestim ad eam fluminis partem ubi consedisse dicebantur, omnem, quem secum habebat equitatum ducit, peditatu sequi jusso. Quumque ad Hydraotem amnem venisset, hostes in adversa ripa instructa acie stantes conspicatus, ita ut ex itinere advenerat amnem cum solo equitatu ingreditur. (6) Indi Alexandrum jam in medio amne conspicati, celeriter, ordinate tamen, a ripa recedunt. Alexander eos cum solo equitatu insequitur. Indi, quum equitatum solum esse sensissent, conversi acriter pugnant. Indorum quinquaginta circiter millia erant. Alexander confertam eorum phalangem videns, quum peditatum secum non haberet, incursiones obequitando faciebat, prælium nequaquam committendum censens. (7) Interea Agriani aliaque expeditorum agmina, quos selectissimos secum ducebat, et sagittarii adveniunt: et peditum phalanx haud procul inde apparebat. Indi tot simul malis pressi concitato cursu in vicinam urbem munitam confugiunt. (8) Quos insequutus Alexander, multos interficit: quumque jam urbe conclusi essent, primo quidem accessu muros equitatu cingit: postquam vero peditatus advenit, eo ipso quidem die urbem circumsidet: quod et parum diei ad impetum faciendum reliquum esset, et pedites longo itinere, equitesque continua hostium persecutione ipsoque fluminis transitu defatigati erant.

ΚΕΦ. Θ΄.

Τῇ δὲ ὑστεραίᾳ διχῇ διελὼν τὸν στρατὸν τοῦ μὲν ἑτέρου αὐτὸς ἡγούμενος προσέβαλλε τῷ τείχει, τὸ δ' ἕτερον Περδίκκας προσῆγε. Καὶ ἐν τούτῳ οὐ δεξάμενοι οἱ Ἰνδοὶ τῶν Μακεδόνων τὴν ὁρμὴν τὰ μὲν τείχη τῆς πόλεως λείπουσιν, αὐτοὶ δὲ ἐς τὴν ἄκραν ξυνέφευγον. Ἀλέξανδρος μὲν οὖν καὶ οἱ ἀμφ' αὐτὸν πυλίδα τινὰ κατασχίσαντες παρῆλθον ἐς τὴν πόλιν πολὺ πρὸ τῶν ἄλλων· (2) οἱ δὲ ὁμοῦ Περδίκκᾳ τεταγμένοι ὑστέρησαν ὑπερβαίνοντες κατὰ τὰ τείχη οὐκ εὐπετῶς, οὐδὲ τὰς κλίμακας οἱ πολλοὶ αὐτῶν φέροντες, ὅτι ἑαλωκέναι αὐτοῖς ἐδόκει ἡ πόλις, ἐρημούμενα τῶν προμαχομένων τὰ τείχη ὡς κατεῖδον. Ὡς δὲ ἡ ἄκρα ἐχομένη πρὸς τῶν πολεμίων καὶ πρὸ ταύτης τεταγμένοι εἰς τὸ απομάχεσθαι πολλοὶ ἐφάνησαν, ἐνταῦθα δὴ οἱ μὲν ὑπορύσσοντες τὸ τεῖχος, οἱ δὲ προσθέσει ὅπῃ παρείκοι τῶν κλιμάκων βιάσασθαι ἐπειρῶντο ἐς τὴν ἄκραν. (3) Ἀλέξανδρος δέ, ὡς βλακεύειν αὐτῷ ἐδόκουν τῶν Μακεδόνων οἱ φέροντες τὰς κλίμακας, ἁρπάσας κλίμακα ἑνὸς τῶν φερόντων προσέθηκε τῷ τείχει αὐτὸς καὶ εἰληθεὶς ὑπὸ τῇ ἀσπίδι ἀνέβαινεν· ἐπὶ δὲ αὐτῷ Πευκέστας ὁ τὴν ἱερὰν ἀσπίδα φέρων, ἣν ἐκ τοῦ νεὼ τῆς Ἀθηνᾶς τῆς Ἰλιάδος λαβὼν ἅμα οἷ εἶχεν Ἀλέξανδρος καὶ πρὸ αὐτοῦ ἐφέρετο ἐν ταῖς μάχαις· ἐπὶ δὲ τούτῳ Λεοννάτος ἀνῄει κατὰ τὴν αὐτὴν κλίμακα ὁ σωματοφύλαξ· κατὰ δὲ ἄλλην κλίμακα Ἀβρέας τῶν διμοιριτῶν τις στρατευομένων. (4) Ἤδη τε πρὸς τῇ ἐπάλξει τοῦ τείχους ὁ βασιλεὺς ἦν καὶ ἐρείσας ἐπ' αὐτῇ τὴν ἀσπίδα τοὺς μὲν ὤθει εἴσω τοῦ τείχους τῶν Ἰνδῶν, τοὺς δὲ καὶ αὐτοῦ τῷ ξίφει ἀποκτείνας γεγυμνώκει τὸ ταύτῃ τεῖχος· καὶ οἱ ὑπασπισταὶ ὑπέρφοβοι γενόμενοι ὑπὲρ τοῦ βασιλέως σπουδῇ ὠθούμενοι κατὰ τὴν αὐτὴν κλίμακα συντρίβουσιν αὐτήν, ὥστε οἱ μὲν ἤδη ἀνιόντες αὐτῶν κάτω ἔπεσον, τοῖς δὲ ἄλλοις ἄπορον ἐποίησαν τὴν ἄνοδον.

5. Ἀλέξανδρος δὲ ὡς ἐπὶ τοῦ τείχους στὰς κύκλῳ τε ἀπὸ τῶν πλησίον πύργων ἐβάλλετο (οὐ γὰρ πελάσαι γε ἐτόλμα τις αὐτῷ τῶν Ἰνδῶν), καὶ ὑπὸ τῶν ἐκ τῆς πόλεως, οὐδὲ πόρρω τούτων γε ἐσακοντιζόντων (ἔτυχε γάρ τι καὶ προσκεχωσμένον ταύτῃ πρὸς τὸ τεῖχος), δῆλος μὲν ἦν Ἀλέξανδρος ὢν τῶν τε ὅπλων τῇ λαμπρότητι καὶ τῷ ἀτόπῳ τῆς τόλμης, ἔγνω δὲ ὅτι αὐτοῦ μὲν μένων κινδυνεύσει μηδὲν ὅ τι καὶ λόγου ἄξιον ἀποδεικνύμενος, καταπηδήσας δὲ εἴσω τοῦ τείχους τυχὸν μὲν αὐτῷ τούτῳ ἐκπλήξει τοὺς Ἰνδούς, εἰ δὲ μή, καὶ κινδυνεύειν δέοι, μεγάλα ἔργα καὶ τοῖς ἔπειτα πυθέσθαι ἄξια ἐργασάμενος οὐκ ἀσπουδεὶ ἀποθανεῖται, ταῦτα γνοὺς καταπηδᾷ ἀπὸ τοῦ τείχους ἐς τὴν ἄκραν. (6) Ἔνθα δὴ ἐρεισθεὶς πρὸς τῷ τείχει τοὺς μέν τινας ἐς χεῖρας ἐλθόντας καὶ τόν γε ἡγεμόνα τῶν Ἰνδῶν προσφερόμενόν οἱ θρασύτερον παίσας τῷ ξίφει ἀποκτείνει· ἄλλον δὲ πελάζοντα λίθῳ βαλὼν ἔσχε, καὶ ἄλλον λίθῳ, τὸν δὲ ἐγγυτέρω προσάγοντα τῷ ξίφει αὖθις. Οἱ δὲ

CAP. IX.

Postero vero die diviso in duas partes exercitu, ipse alteram earum ducens, Perdiccas alteram, impetum in murum fecit. Quem quum Indi sustinere non possent, desertis mœnibus in arcem se recipiunt. Alexander cum iis qui circa ipsum erant primus perfracta quadam porta in urbem irrupit. (2) Perdiccas et qui cum eo erant milites non ita cito muros transcenderunt. Neque enim scalas plerique eorum admovebant, quod captam esse urbem judicabant, quum nimirum muros a propugnatoribus destitutos viderent. Occupata vero jam ab hostibus arce, multisque passim ad eam tuendam dispositis, Macedones alii murum suffodientes, alii scalas, quomodocunque liceret, admoventes irrumpere conabantur. (3) Quum autem cunctari Macedones in admotione scalarum viderentur, Alexander ipse scalam cuidam eam gestanti ereptam muro applicat, scutoque tectus conscendit; post hunc Peucestas, sacrum scutum gestans, quod Alexander ex æde Palladis Iliacæ sumptum in omnibus præliis præ se gestari curabat. Post Peucestam Leonnatus corporis custos per eandem scalam subit: per aliam scalam Abreas unus ex duplariorum ordine. (4) Jamque Alexander in summum muri fastigium evaserat, quum obfirmato scuto aliis introrsum depulsis, aliis gladio interfectis, murum ea parte propugnatoribus nudaverat. Tum scutati de rege solliciti, quum et ipsi celeriter scalam conscendunt, fracta scala præcipites in terram corruerunt, aliisque simul conscendendi facultatem sustulerunt.

5. Alexander vero, quum in muro stans e vicinis circumquaque turribus peteretur, (neque enim quisquam Indorum cominus eum ferire audebat) atque adeo ab iis etiam qui in urbe erant, qui nec ipsi longe ab eo disjuncti tela torquebant, (erat enim ea parte agger quidam muro propinquus, et Alexandrum cum armorum splendor tum insignis audacia notum faciebat) statuit tandem, si diutius in muro persisteret, periclitaturum se, neque quicquam operæ pretium facturum : at si intra arcem se conjiceret, fortassis eo ipso facto hostes territurum. Sin minus et utique periclitandum sit ipsi, saltem egregium facinus editurum, et laude admirationeque apud posteros parta moriturum. Ita secum statuens e mœnibus in arcem desilit. (6) Ad cujus murum obfirmatus, nonnullos cominus eum lacessentes atque adeo ipsum Indorum ducem audacius irruentem gladio interficit. Alium appropinquantem lapide conjecto reprimit, alium quoque lapide, propius autem ac-

βάρβαροι πελάζειν μὲν αὐτῷ οὐκέτι ἤθελον, ἔβαλλον δὲ πάντοθεν περιεστηκότες ὅ τι τις ἔχων βέλος ἐτύγχανεν ἢ ἐν τῷ τότε ἔλαβεν.

cedentem rursus gladio ferit. Nec jam amplius barbari propius pedem ferre audebant, sed circumfusi, telis quæ aut habebant aut sors offerebat eminus eum petebant.

ΚΕΦ. Ι'.

Ἐν τούτῳ δὲ Πευκέστας τε καὶ ὁ διμοιρίτης Ἀβρέας καὶ ἐπ' αὐτοῖς Λεοννάτος, οἳ δὴ μόνοι ἔτυχον πρὶν ξυντριβῆναι τὰς κλίμακας ἀναβεβηκότες ἐπὶ τὸ τεῖχος, καταπηδήσαντες καὶ αὐτοὶ πρὸ τοῦ βασιλέως ἐμάχοντο. Καὶ Ἀβρέας μὲν ὁ διμοιρίτης πίπτει αὐτοῦ, τοξευθεὶς ἐς τὸ πρόσωπον· Ἀλέξανδρος δὲ βάλλεται καὶ αὐτὸς διὰ τοῦ θώρακος ἐς τὸ στῆθος τοξεύματι ὑπὲρ τὸν μαστόν, ὥστε λέγει Πτολεμαῖος ὅτι καὶ πνεῦμα ὁμοῦ τῷ αἵματι ἐκ τοῦ τραύματος ἐξεπνεῖτο. (2) Ὁ δέ, ἔστε μὲν ἔτι θερμὸν ἦν αὐτῷ τὸ αἷμα, καίπερ κακῶς ἔχων, ἠμύνετο· πολλοῦ δὲ δὴ τοῦ αἵματος καὶ ἀθρόου, οἷα δὴ ξὺν πνεύματι, ἐκρυέντος, ἴλιγγός τε αὐτὸν καὶ λειποψυχία κατέσχε καὶ πίπτει αὐτοῦ ἐπὶ τὴν ἀσπίδα ξυννεύσας. Πευκέστας δὲ περιβὰς πεπτωκότι καὶ ὑπερσχὼν τὴν ἱερὰν τὴν ἐξ Ἰλίου ἀσπίδα πρὸ αὐτοῦ καὶ Λεοννάτος ἐς τὰ ἐπὶ θάτερα. αὐτοί τε βάλλονται ἀμφότεροι καὶ Ἀλέξανδρος ἐγγὺς ἦν ἤδη ὑπὸ τοῦ αἵματος ἐκλιπεῖν. (3) Τοῖς γὰρ Μακεδόσι καὶ ταύτῃ ἐν ἀπόρῳ γεγένητο τὰ τῆς προσβολῆς, ὅτι οἱ τὸν Ἀλέξανδρον βαλλόμενόν τε ἐπὶ τῷ τείχει ἰδόντες καὶ πηδῶντα εἴσω ἐς τὴν ἄκραν, ὑπὸ σπουδῆς τε καὶ φόβου μή τι αὐτοῖς ὁ βασιλεὺς πάθῃ οὐ ξὺν νῷ κινδυνεύων, τὰς κλίμακας ξυντετριφότες ἄλλοι ἄλλας μηχανὰς ἐς τὸ ἀνελθεῖν ἐπὶ τὸ τεῖχος ὡς ἐν ἀπόροις ἐμηχανῶντο, οἱ μὲν πασσάλους ἐμπηγνύοντες ἐς τὸ τεῖχος, γήϊνον ὄν, καὶ κατὰ τούτους ἐκκρεμαννύμενοι χαλεπῶς ἀνεῖρπον, οἱ δέ, ἄλλοι ἐπ' ἄλλους ἐπιβαίνοντες. (4) Ὁ δὲ πρῶτος ἀνελθὼν ἐνρίπτει ἑαυτὸν κατὰ τοῦ τείχους ἐς τὴν πόλιν, ἵναπερ τὸν βασιλέα ἑώρων κείμενον, ξὺν οἰμωγῇ καὶ ἀλαλαγμῷ πάντες. Ἤδη τε ἀμφ' αὐτῷ πεπτωκότι καρτερὰ μάχη ξυνειστήκει ἄλλου ἐπ' ἄλλῳ τῶν Μακεδόνων προασπίζοντος, καὶ ἐν τούτῳ οἱ μὲν τὸν μοχλὸν ὅτῳ εἴχετο ἡ κατὰ τὸ μεταπύργιον πύλη κατασχίσαντες, ἐπ' ὀλίγους παρῄεσαν· οἱ δὲ καθ' ὅ τι ἡ πύλη διέσχε τοὺς ὤμους ὑποθέντες καὶ ὤσαντες ἐς τὸ εἴσω τοῦ τείχους, ἀνεπέτασαν ταύτῃ τὴν ἄκραν.

CAP. X.

Interea Peucestas et Abreas duplarius, ac Leonnatus, qui quidem soli antequam scalæ rumperentur in murum evaserant, desiliunt, acriterque pro rege pugnant. Atque Abreas quidem faciem sagitta trajectus cecidit. Alexander etiam ipse thorace sagitta discusso supra mammam in pectore vulnus accipit; quod quidem (ut auctor est Ptolemæus) ejusmodi fuit, ut una cum sanguine spiritum etiam ex vulnere sufflaret. (2) Qui quidem, quamdiu illi sanguis fervebat, tametsi graviter saucius, acriter se nihilominus tuebatur. At quum multus sanguis simul et spiritus continuo erumperet, vertigine oculorum animique defectione correptus, pronus in scutum collapsus est. Peucestas sacro Palladis Iliacæ scuto obtento regem a fronte protegebat : Leonnatus ex altera parte. Sed et hi quoque graviter vulnerantur : parumque aberat quin vita Alexandrum simul cum sanguine deficeret. (3) Macedones enim vel idcirco in arcem conscendere non poterant, quod quum Alexandrum in muro telis peti atque ex eo in arcem interiorem desiliisse vidissent, studio pariter et metu ne rex qui se temerario periculo objecerat, male exciperetur, ruptis scalis, alii alia instrumenta ad conscendendum murum apta excogitabant, uti fieri solet in ejusmodi rerum difficultate : nonnulli palis in murum terreum infixis pendentia corpora sublevantes difficulter in altum nitebantur, nonnulli vero, alii supra alios adscendentes. (4) Qui primus conscenderat, sese e muro in urbem conjiciebat, qua regem prostratum cernebat : moxque alii cum clamore atque ejulatu accurrentes pugnam atrocem ineunt, Macedonibus, aliis post alios, regem suum prætensis scutis acriter tuentibus. Interea alii pauci, portæ quæ inter duas turres sita erat vectibus revulsis, introierunt, alii qua parte nonnihil patebat porta humeris interjectis introrsum eam deturbarunt aditumque in arcem aperuerunt.

ΚΕΦ. ΙΑ'.

Ἐν τούτῳ δὲ οἱ μὲν ἔκτεινον τοὺς Ἰνδούς, καὶ ἀπέκτεινάν γε πάντας οὐδὲ γυναῖκα ἢ παῖδα ὑπελείποντο· οἱ δὲ ἐξέφερον τὸν βασιλέα ἐπὶ τῆς ἀσπίδος κακῶς ἔχοντα, οὔπω γιγνώσκοντες βιώσιμον ὄντα. Τὸ δὲ βέλος ἐξελκύσαι ἐκ τοῦ τραύματος ἐπιτεμόντα τὴν πλη-

CAP. XI.

Magna tum Indorum strages fit, omnibus ad unum cæsis, ne mulieribus quidem aut infantibus exceptis. Dehinc regem pessime affectum scuto efferunt, vitam num servaturus esset, necne incerti. Sunt qui scribant Critodemum medicum Coum, ex Æsculapii stirpe, resoluta plaga sa-

γὴν οἱ μὲν Κριτόδημον ἀνέγραψαν, ἰατρὸν Κῷον, τὸ γένος Ἀσκληπιάδην· οἱ δέ, Περδίκκαν τὸν σωματοφύλακα, οὐ παρόντος ἐν τῷ δεινῷ ἰατροῦ, ἐγκελευσαμένου Ἀλεξάνδρου τῷ ξίφει ἐπιτεμεῖν τὴν πληγὴν καὶ κομίσασθαι τὸ βέλος. (2) Ἐν δὲ τῇ κομιδῇ φορὰ αἵματος πολλοῦ γίγνεται, ὥστε λειποψυχῆσαι αὖθις Ἀλέξανδρον καὶ οὕτω σχεθῆναι αὐτῷ τὸ αἷμα ὑπὸ τῇ λειποψυχίᾳ. Πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα ἀναγέγραπται τοῖς ξυγγραφεῦσιν ὑπὲρ τοῦ παθήματος, καὶ ἡ φήμη παραδεξαμένη αὐτὰ κατὰ τοὺς πρώτους ψευσαμένους ἔτι καὶ εἰς ἡμᾶς διασώζει, οὐδὲ ἀφήσει παραδιδοῦσα καὶ ἐφεξῆς ἄλλοις τὰ ψεύδη, εἰ μὴ ὑπὸ τῆσδε τῆς ξυγγραφῆς παύσεται.

3. Αὐτίκα ἐν Ὀξυδράκαις τὸ πάθημα τοῦτο γενέσθαι Ἀλεξάνδρῳ ὁ πᾶς λόγος κατέχει· τὸ δὲ ἐν Μαλλοῖς, ἔθνει αὐτονόμῳ Ἰνδικῷ, ξυνέβη, καὶ ἥ τε πόλις Μαλλῶν ἦν καὶ οἱ βαλόντες Ἀλέξανδρον Μαλλοί· οἳ δὴ ἐγνώκεσαν μὲν ξυμμίξαντες τοῖς Ὀξυδράκαις οὕτω διαγωνίζεσθαι, ἔφθη δὲ διὰ τῆς ἀνύδρου ἐπ᾽ αὐτοὺς ἐλάσας πρίν τινα ὠφέλειαν αὐτοῖς παρὰ τῶν Ὀξυδρακῶν γενέσθαι ἢ αὐτοὺς ἐκείνοις τι ἐπωφελῆσαι. (4) Ἐπεὶ καὶ τὴν τελευταίαν μάχην τὴν πρὸς Δαρεῖον γενομένην, καθ᾽ ἥντινα ἔφυγε Δαρεῖος οὐδὲ πρόσθεν ἔληξε τῆς φυγῆς πρὶν ξυλληφθῆναι ὑπὸ τῶν ἀμφὶ Βῆσσον καὶ προσάγοντος ἤδη Ἀλεξάνδρου ἀποθανεῖν, πρὸς Ἀρβήλοις γενέσθαι ὁ πᾶς λόγος κατέχει, καθάπερ οὖν καὶ τὴν πρὸ ταύτης ἐν Ἰσσῷ, καὶ τὴν πρώτην ἱππομαχίαν πρὸς Γρανικῷ. (5) Ἀλλὰ πρὸς Γρανικῷ μὲν ξυνέβη μάχη ἱππικὴ καὶ πρὸς Ἰσσῷ ἡ αὖθις πρὸς Δαρεῖον μάχη· Ἄρβηλα δὲ τοῦ χώρου ἐν ᾧ τὴν ἐσχάτην μάχην Δαρεῖός τε καὶ Ἀλέξανδρος ἐμαχέσαντο οἱ μὲν τὰ πλεῖστα ξυγγράψαντες λέγουσιν ὅτι ἑξακοσίους σταδίους ἀπέχει, οἱ δὲ τὰ ἐλάχιστα, ὅτι ἐς πεντακοσίους. Ἀλλὰ ἐν Γαυγαμήλοις γὰρ γενέσθαι τὴν μάχην πρὸς τῷ ποταμῷ Βουμώδῳ λέγει Πτολεμαῖος καὶ Ἀριστόβουλος. (6) Πόλις δὲ οὐκ ἦν τὰ Γαυγάμηλα, ἀλλὰ κώμη μεγάλη, οὐδὲ ὀνομαστὸς ὁ χῶρος οὐδὲ ἐς ἀκοὴν ἡδὺ τὸ ὄνομα· ἔνθεν δέ μοι δοκεῖ πόλις οὖσα τὰ Ἄρβηλα ἀπηνέγκατο τὴν δόξαν τῆς μεγάλης μάχης. Εἰ δὲ πρὸς Ἀρβήλοις χρὴ οἴεσθαι γενέσθαι τὸ ἔργον ἐκεῖνο, ἐς τοσόνδε Ἀρβήλων ἀπέχον, καὶ τὴν ἐν Σαλαμῖνι γενομένην ναυμαχίαν πρὸς ἰσθμῷ τῷ Κορινθίων ἔξεστι λέγειν ὅτι ἐγένετο, καὶ τὴν ἐπ᾽ Ἀρτεμισίῳ τῆς Εὐβοίας πρὸς Αἰγίνῃ ἢ Σουνίῳ.

7. Καὶ μὴν ὑπὲρ τῶν ὑπερασπισάντων ἐν τῷ κινδύνῳ Ἀλεξάνδρου, Πευκέσταν μὲν γενέσθαι ξύμπαντες ὁμολογοῦσιν, ὑπὲρ Λεοννάτου δὲ οὐκέτι ξυμφέρονται οὐδὲ ὑπὲρ Ἀβρέου τοῦ διμοιρίτου. Καὶ οἱ μὲν ξύλῳ πληγέντα κατὰ τοῦ κράνους Ἀλέξανδρον καὶ ἰλιγγιάσαντα πεσεῖν, αὖθις δὲ ἀναστάντα βληθῆναι βέλει διὰ τοῦ θώρακος ἐς τὸ στῆθος· Πτολεμαῖος δ᾽ ὁ Λάγου ταύτην μόνην τὴν πληγὴν πληγῆναι λέγει τὴν ἐς τὸ στῆθος. (8) Τὸ δὲ δὴ μέγιστον πλημμέλημα τῶν ξυγγραψάντων τὰ ἀμφὶ Ἀλέξανδρον ἐκεῖνο τίθεμαι ἔγωγε.

gittam evulsisse : alii Perdiccam, corporis custodem, quum medicus urgente necessitate non adesset, jubente Alexandro ense vulnus rescidisse, telumque exemisse : (2) inque evulsione magnam sanguinis vim erupisse. Quumque Alexander rursum animo linqueretur, syncopen ipsam sistendo sanguini remedio fuisse. Multa præterea alia de hoc Alexandri casu ab historicis scripta sunt, quæ fama a primis mendacii auctoribus sparsa in hunc usque diem transmisit : neque desinet mendacii fides etiam in posteros propagari, nisi hoc scripto finis ei imponatur.

3. Ac primum quidem infortunium hoc in Oxydracis Alexandro obtigisse communis opinio est : quod tamen apud Mallos, liberam Indorum gentem, accidit. Nam et urbs Mallorum erat, et a Mallis ictus fuit Alexander. Porro statuerant quidem Malli Oxydracis sese conjungere, atque ita prælium inire, sed Alexander itinere per arida et siticulosa loca facto eos præverterat, priusquam aut Malli Oxydracis aut Oxydraci Mallis adjumento esse possent. (4) Sed et ultimam pugnam cum Dario commissam, in qua fugit Darius, neque prius destitit a fuga quam a Besso caperetur, atque adventante Alexandro interficeretur, apud Arbela accidisse publica opinio est, quemadmodum illam quæ ante hanc fuit, ad Issum, et primum equestre prælium ad Granicum commissum esse. (5) Contigit enim quidem equestris pugna ad Granicum et apud Issum altera cum Dario; Arbela vero ab eo loco, in quo Darius et Alexander postremo dimicarunt, qui plurimum prodidere, dicunt abesse sexcentis stadiis : qui minimum, quingentis. Sed apud Gaugamela ad flumen Bumodum pugnam eam fuisse commissam Ptolemæus et Aristobulus tradunt. (6) Atqui Gaugamela non oppidum est, sed vicus non magnus, neque locus celebris aut gratum auribus nomen præ se ferens. Quo factum puto ut Arbelis, utpote urbi celebri, gloria pugnæ apud illam commissæ adscripta fuerit. Si vero apud Arbela prælium hoc contigisse dicendum est, quum tanto spatio ab Arbelis distet : eodem modo et navale prælium apud Salamina gestum Isthmo Corinthio adscribere licebit : et id quod ad Artemisium Eubœæ, apud Æginam vel Sunium gestum fuisse dicetur.

7. Porro in iis qui Alexandrum in eo periculo scutis suis protexerunt Peucestam fuisse omnes profitentur : de Leonnato non omnes consentiunt, ut nec de Abrea duplario. Rursus alii Alexandrum fuste ad galeam ictum, caligine oculis oborta procidisse scribunt. Quumque se denuo erexisset, thorace trajectum sagittam pectore excepisse. Ptolemæus Lagi filius in pectore solum vulneratum fuisse tradit. (8) In eo autem præcipue mihi errasse videntur qui Alexandri res conscripserunt, quod Ptolemæum Lagi fi-

Πτολεμαῖον γὰρ τὸν Λάγου ἔστιν οἳ ἀνέγραψαν ξυναναβῆναί τε Ἀλεξάνδρῳ κατὰ τὴν κλίμακα ὁμοῦ Πευκέστᾳ καὶ ὑπερασπίσαι κειμένου, καὶ ἐπὶ τῷδε Σωτῆρα ἐπικληθῆναι τὸν Πτολεμαῖον· καίτοι αὐτὸς Πτολεμαῖος ἀναγέγραφεν οὐδὲ παραγενέσθαι τούτῳ τῷ ἔργῳ: ἀλλὰ στρατιᾶς γὰρ αὐτὸς ἡγούμενος ἄλλας μάχεσθαι μάχας καὶ πρὸς ἄλλους βαρβάρους. Ταῦτα μὲν δὴ ἐν ἐκβολῇ τοῦ λόγου ἀναγεγράφθω μοι, ὡς μὴ ἀταλαίπωρον γίγνεσθαι τοῖς ἔπειτα ἀνθρώποις τὴν ὑπὲρ τῶν τηλικούτων ἔργων τε καὶ παθημάτων ἀφήγησιν.

lium una cum Alexandro et Peucesta scalam conscendisse scribant, jacentemque objecto scuto protexisse, ideoque Ptolemæum Soterem *id est servatorem* a militibus appellatum fuisse; quum tamen Ptolemæus ipse scribat se huic pugnæ non interfuisse : sed eo tempore copiarum ducem adversus alios barbaros pugnasse. Hæc mihi per digressionem dicta sint; ut in tantorum facinorum et casuum expositione posteri plus diligentiæ adhibeant.

ΚΕΦ. ΙΒ'.

Photius Bibl. cod. 92 : Συνεγράφη δὲ αὐτῷ (Ἀρριανῷ) καὶ τὰ μετὰ Ἀλέξανδρον ἐν λόγοις δέκα, ἐν οἷς διαλαμβάνει τήν τε στάσιν τῆς στρατιᾶς καὶ τὴν ἀνάῤῥησιν Ἀῤῥιδαίου, ὃς ἐκ Φιλίνης τῆς Θεσσαλῆς Φιλίππῳ τῷ Ἀλεξάνδρου πατρὶ ἐγεγέννητο, ἐφ' ᾧ καὶ Ἀλέξανδρον, ὃν ἔμελλεν ἐξ Ἀλεξάνδρου τίκτειν Ῥωξάνη, συμβασιλεύειν αὐτῷ· ὃ καὶ γέγονεν εἰς φῶς ἀχθέντος τοῦ παιδός. Τὸν Ἀῤῥιδαῖον δὲ ἀνειπόντες μετωνόμασαν Φίλιππον. (2) Διεφέρετο δὲ ἐς ἀλλήλους τὸ πεζὸν καὶ τὸ ἱππικόν, ὧν οἱ μέγιστοι τῶν ἱππέων καὶ τῶν ἡγεμόνων Περδίκκας ὁ Ὀρόντου καὶ Λεοννάτος ὁ Ἄντους (Ἀντέου) καὶ Πτολεμαῖος ὁ Λάγου, τῶν δὲ μετ' ἐκείνους Λυσίμαχός τε ὁ Ἀγαθοκλέους καὶ Ἀριστόνους ὁ Πεισαίου καὶ Πίθων ὁ τοῦ Κρατεύα καὶ Σέλευκος ὁ Ἀντιόχου καὶ Εὐμένης ὁ Καρδιανός. Οὗτοι μὲν ἡγεμόνες τῶν ἱππέων, Μελέαγρος δὲ τῶν πεζῶν. (3) Εἶτα διαπρεσβεύονται πρὸς ἀλλήλους πολλάκις, καὶ τέλος συμβαίνουσιν οἵ τε τὸν βασιλέα ἀνειπόντες πεζοὶ καὶ οἱ τῶν ἱππέων ἡγεμόνες, ἐφ' ᾧ Ἀντίπατρον μὲν στρατηγὸν εἶναι τῶν κατὰ τὴν Εὐρώπην, Κρατερὸν δὲ προστάτην τῆς Ἀῤῥιδαίου βασιλείας, Περδίκκαν δὲ χιλιαρχεῖν χιλιαρχίας ἧς ἦρχεν Ἡφαιστίων (τὸ δὲ ἦν ἐπιτροπὴ τῆς ξυμπάσης βασιλείας), Μελέαγρον δὲ ὕπαρχον Περδίκκου. (4) Περδίκκας δὲ τὸν στρατὸν καθᾶραι σκηψάμενος τοὺς ἐπιφανεστάτους τῆς γενομένης συνέλαβε στάσεως, καὶ συλλαβὼν ὡς ἐκ προστάξεως Ἀῤῥιδαίου αὐτοῦ παρόντος ἀνεῖλε, δέος ἐμποιήσας τῷ λοιπῷ πλήθει. Ἀναιρεῖ δὲ οὐ πολλῷ ὕστερον καὶ Μελέαγρον. (5) Ἐξ ὧν Περδίκκας ὕποπτος ἐς πάντας ἦν καὶ αὐτὸς ὑπώπτευεν. Ὅμως ἐς σατραπείας ἀνειπεῖν οὓς ὑπώπτευεν, ὡς Ἀῤῥιδαίου κελεύοντος, ἔγνω. Καὶ δὴ Πτολεμαῖος μὲν ὁ Λάγου Αἰγύπτου καὶ Λιβύης, καὶ ὅσα τῆς Ἀράβων γῆς ξύνορα Αἰγύπτῳ, ἄρχειν ἐπετάχθη, Κλεομένης δὲ ὁ ἐξ Ἀλεξάνδρου τῆς σατραπείας ταύτης ἄρχειν τεταγμένος Πτολεμαίῳ ὕπαρχος εἶναι· τῆς δὲ ἐπὶ ταύτῃ Συρίας Λαομέδων, Φιλώτας δὲ Κιλικίας καὶ Πίθων Μηδίας, Εὐμένης δὲ ὁ Καρδιανὸς Καππαδοκίας καὶ Παφλαγονίας, καὶ ὅσα τοῦ Πόντου τοῦ Εὐξείνου σύνορα ἔστε ἐπὶ πόλιν Ἑλλάδα Τραπεζοῦντα, Σινωπέων ἄποικον· (6) Παμφύλων δὲ καὶ Λυκίων καὶ Φρυγίας τῆς μεγάλης Ἀντίγονος, Καρῶν δὲ Κάσανδρος, Λυδῶν δὲ Μένανδρος, τῆς δὲ ἐφ' Ἑλλησπόντῳ Φρυγίας Λεοννάτος, ἣν ἐξ Ἀλεξάνδρου μεν Κάλας ὄνομα κατέχει, ἔπειτα Δήμαρχος ἐπετέ-

DE REBUS
SUCCESSORUM ALEXANDRI
LIBRI DECEM.

LIB. I—V.

Scripsit idem (Arrianus) Res post Alexandrum gestas libris decem, quibus militarem exercitus seditionem complectitur, electionemque ea conditione factam Arridæi (quem Philippo patri Alexandri peperit Philine mulier Thessala) ut simul etiam Alexander, quem Roxane Alexandro paritura erat, regnaret : quod etiam evenit, edito in lucem infante. Igitur Arridæum regem renunciantes, Philippum cognominarunt. (2) Tumultuati vero sunt, et invicem dissenserunt pedites equitesque. In quibus et equitum et ducum principes erant, Perdiccas Oronti filius et Leonnatus Anteæ et Ptolemæus Lagi filius; post hos Lysimachus Agathoclis filius et Aristonus Pisæi filius et Pithon Crateuæ filius et Seleucus Antiochi filius et Eumenes Cardianus, qui quidem equitum ductores fuere : peditum vero Meleager. (3) Missæ dehinc variæ utrimque legationes : tandemque convenit inter pedites, qui jam antea regem nominarant, et equitum duces, ut Antipater in Europa belli imperator esset, Craterus regni Arridæi præfectus, Perdiccas vero legionis, quam Hephæstion duxerat, chiliarchus (quod quidem regni totius erat procurationem illi tutelamque committere), Meleager denique Perdiccæ vicarium præfectum ageret. (4) Deinde exercitum lustrare Perdiccas simulans, seditionis auctores præcipuos comprehendit, comprehensosque, tanquam jubente Arridæo, qui ipse præsens aderat, occidit. Quo ex facto terror reliquos pervasit. Paulo post Meleagrum quoque interfecit. (5) Hinc suspectus omnibus Perdiccas, ceteros quoque ipse suspectos habere cœpit : quos tamen ad præfecturas nihilo secius, tanquam Arridæo jubente, provehere statuit. Et Ptolemæus quidem Lagi filius Ægypto et Libyæ omnique illi Arabiæ parti quæ Ægypto adjacet, imperare jussus est; Cleomenes autem, qui ab Alexandro satrapa ibi constitutus fuerat, Ptolemæi vicarius præfectus fit; Syriæ deinde quæ huic satrapiæ subjacet, Laomedon impositus; Philotas Ciliciæ præfectus est, ut Pithon Mediæ; Eumenes vero Cardianus Cappadociam et Paphlagoniam quæque Ponto adjacent Euxino suscepit adusque Trapezuntem Græcam Sinopensium coloniam; (6) Pamphylis et Lyciis magnæque Phrygiæ Antigonus datus; Cares Cassandro obvenerunt; Lydi Menandro; Leonnato illa Phrygia, quæ pertinet ad Hellespontum, quam ab ipso Alexandro Calas quidam nomine obtinuerat, post quem Demarcho commissa erat.

τραπτο. Τὰ μὲν οὖν κατὰ τὴν Ἀσίαν ὧδε ἐνεμήθη. (7) Τῶν δὲ κατὰ τὴν Εὐρώπην, Θρᾴκης μὲν καὶ Χεῤῥονήσου, καὶ ὅσα Θρᾳξὶ σύνορα ἔθνη, ἔστε ἐπὶ θάλασσαν τὴν ἐπὶ Σαλμυδησσὸν τοῦ Εὐξείνου Πόντου καθήκοντα, Λυσιμάχῳ ἡ ἀρχὴ ἐπετράπη· τὰ δὲ ἐπέκεινα τῆς Θρᾴκης ὡς ἐπὶ Ἰλλυριοὺς καὶ Τριβαλλοὺς καὶ Ἀγριᾶνας καὶ αὐτὴ Μακεδονία καὶ ἡ Ἤπειρος ὡς ἐπὶ τὰ ὄρη τὰ Κεραύνια ἀνήκουσα καὶ οἱ Ἕλληνες σύμπαντες Κρατερῷ καὶ Ἀντιπάτρῳ ἐνεμήθη. (8) Καὶ ἡ μὲν νέμησις οὕτως· πολλὰ δὲ καὶ ἀδιανέμητα ἔμεινεν ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων ἀρχόντων, ὡς ἐτάχθησαν ὑπὸ Ἀλεξάνδρου ἐχόμενα. (9) Ἐν τούτῳ Ῥωξάνη κύει καὶ τίκτει, καὶ εἰς βασιλέα τὸ τεχθὲν ἀνεῖπε τὸ πλῆθος. Στάσεων δὲ μετὰ τὸν Ἀλεξάνδρου θάνατον πάντα ἐπληροῦτο. Καὶ πολεμεῖ Ἀντίπατρος πρός τε Ἀθηναίους καὶ τοὺς ἄλλους Ἕλληνας, Λεωσθένους αὐτοῖς στρατηγοῦντος. Καὶ τὰ πρῶτα ἡττώμενος καὶ εἰς ἀπορίαν συγκλειόμενος, ὕστερον ἐκράτει. Ἀλλὰ πίπτει καὶ Λεοννάτος ἐπιβοηθεῖν δοκῶν Ἀντιπάτρῳ. (10) Καὶ Λυσίμαχος δὲ Σεύθῃ τῷ Θρᾳκὶ πολεμῶν ὑπὲρ τῆς ἀρχῆς παραβόλως (σὺν ὀλίγοις γάρ) καὶ εὐδοκιμῶν ὅμως ἀνῃρέθη. (11) Πολεμεῖ δὲ καὶ Περδίκκας Ἀριαράθῃ τῷ Καππαδοκίας, ὅτι Εὐμένει ἄρχειν ἐπιτετραμμένῳ τῆς ἀρχῆς οὐκ ἐξίστατο· καὶ δυσὶ νικήσας μάχαις καὶ συλλαβὼν ἐκρέμασεν, Εὐμένει τὴν ἀρχὴν ἀποκαταστήσας. (12) Κρατερὸς δὲ συμμαχῶν Ἀντιπάτρῳ κατὰ τῶν Ἑλλήνων αἴτιος τῆς νίκης, ἧς ἐνίκησαν αὐτούς, γέγονεν· ἐξ οὗ καὶ ἅπαντα, ἅπερ ἂν αὐτοῖς Κρατερὸς ἐπέταττε καὶ Ἀντίπατρος, ἀπροφασίστως ἐπράττετο. Καὶ ταῦτα μέχρι τοῦ πέμπτου βιβλίου.

Atque Asia quidem hocce modo est distributa. (7) Per Europam vero, Thraciæ quidem et Cherroneso gentibus que Thraciæ finitimis usque ad mare quod Salmydessum Ponti Euxini urbem attingit, Lysimachus præfectus datus. At quæ ultra Thraciam usque ad Illyrios et Triballos et Agrianos pertinent, ipsaque Macedonia et Epirus ad Ceraunios usque montes pertingens cum Græcia universa Cratero et Antipatro obvenerunt. (8) Ita hæc divisio facta: permulta autem loca, ut ab Alexandro constitutum erat, indigenis parentia præfectis indivisa permanserunt. (9) Interea Roxane prægnans parit filium, quem mox regem militaris turba renunciavit. Seditionibus post Alexandri mortem omnia replebantur. Etenim Antipater cum Atheniensibus ceteraque Græcia, quam Leosthenes imperator defendebat, bellum gessit: primumque victus et in angustias adductus, superior tandem evasit, amisso tamen Leonnato, qui suppetias Antipatro attulerat. (10) Lysimachus quoque cum Seutha Thrace nimis audacter conflixit pro imperio. Cum paucis enim pugnans, etsi strenue se gerebat, tamen confectus est. (11) Perdiccas item cum Ariarathe Cappadociæ præfecto bellum conseruit, quod Eumeni ibi imperare jusso non cessisset. Uno itaque hic et altero prœlio superior, captum illum suspendit, Eumenemque in regnum restituit. (12) Craterus vero Antipatro portans adversus Græciam auxiliares copias, victoriæ illius auctor, qua victi Græci, exstitit. Quamobrem utrique dicto audientes, imperata deinceps absque tergiversatione fecerunt. Et hæc quidem libris quinque comprehenduntur.

ΒΙΒΛ. Ϛʹ—Θʹ.

13. Ἐν δὲ τῷ ἕκτῳ διαλαμβάνει ὅπως ἐξ Ἀθηνῶν οἱ ἀμφὶ Δημοσθένην καὶ Ὑπερείδην ἔφυγον, Ἀριστόνικός τε ὁ Μαραθώνιος καὶ Ἱμεραῖος ὁ Δημητρίου τοῦ Φαληρέως ἀδελφός, τὰ μὲν πρῶτα εἰς Αἴγιναν· ἐκεῖ δὲ διαγόντων θάνατον αὐτῶν κατέγνω τὸ Ἀθηναίων πλῆθος, εἰπόντος Δημάδου, καὶ Ἀντίπατρος εἰς ἔργον ἤγαγε τὸ ψήφισμα. (14) Καὶ ὡς Ἀρχίας ὁ Θούριος εἰς τὸν θάνατον αὐτῶν ὑπουργήσας, ἐν ἐσχάτῃ πενίᾳ καὶ ἀτιμίᾳ κατατρίψας ἐτελεύτησε τὸν βίον. Καὶ ὡς Δημάδης οὐ πολλῷ ὕστερον ἐς Μακεδονίαν ἀχθεὶς ὑπὸ Κασάνδρου ἐσφάγη, τοῦ παιδὸς ἐν τοῖς κόλποις προαποσφαγέντος· αἰτίαν δ' ἐπῆγε Κάσανδρος, ὅτι τὸν αὐτοῦ πατέρα ἐξυβρίσειεν ἐν οἷς ἔγραψε Περδίκκᾳ σώζειν τοὺς Ἕλληνας ἀπὸ σαπροῦ καὶ παλαιοῦ στήμονος ἠρτημένους, οὕτω τὸν Ἀντίπατρον ἐπιχλευάζων. (15) Δείναρχος δὲ ὁ Κορίνθιος ὁ κατήγορος ἦν. Ἀλλ' ὅ γε Δημάδης τῆς αὐτοῦ δωροδοκίας καὶ προδοσίας καὶ ἐς πάντα ἀπιστίας τὴν ἀξίαν ἀπέτισε δίκην.

16. Διαλαμβάνει δὲ καὶ ὡς Θίβρων ὁ Λακεδαιμόνιος Ἅρπαλον τὸν τὰ Ἀλεξάνδρου χρήματα ζῶντος ἐκείνου

LIB. VI—IX.

13. Sextus refert Demosthenem et Hyperidem Athenis aufugisse, Aristonicum item Marathonium et Himeræum Demetrii Phalerei fratrem, Æginamque primum venisse, ubi dum versarentur, accusante Demade, capitis sententia ab Atheniensibus esse damnatos; quod decretum Antipater perficiendum curarit. (14) Deinde ut Archias Thurius, qui eorum necem perpetrarat, ad extremam redactus inopiam atque infamiam, vita decesserit: utque Demades non ita multo post in Macedoniam delatus, a Casandro interfectus sit, primum filio ejus in sinu et oculis parentis jugulato. Causam vero cædis Casandrum allegasse, quod parentem suum Demades olim injuria affecisset, quum Perdiccæ scripsisset, ut Græcos e putri ac vetere filo pendentes servare vellet, Antipatrum nimirum his verbis irridendo. (15) Dinarchum Corinthium horum indicium fecisse, atque ita Demadem aliquando corruptionis ac proditionis et in re quaque perfidiæ meritas dedisse pœnas.

16. Refert etiam hæc. Thibro Lacedæmonius Harpalum (qui superstite etiamnum Alexandro opes ejus furatus,

ἁρπάσαντα καὶ φυγόντα πρὸς τὰς Ἀθήνας, τοῦτον ἐκεῖνος ἀποκτείνας, καὶ ὅσα ὑπελείπετο λαβὼν χρήματα, πρῶτα μὲν ἐπὶ Κυδωνίας τῆς ἐς Κρήτην ἐστάλη, ἔνθεν δὲ ἐς Κυρήνην διέβαλε μετὰ στρατιᾶς εἰς ἑξακισχιλίους συντελούσης· ἐπῆγον δὲ αὐτὸν τῶν ἐκ Κυρήνης καὶ Βαρκέων οἱ φυγάδες. (17) Ἐν οἷς πολλαῖς μὲν μάχαις πολλαῖς δὲ ἐπιβουλαῖς ἄλλοτε μὲν κρατῶν ἐνίοτε δὲ ἡττώμενος, τέλος φεύγων ὑπὸ Λιβύων τινῶν συνωρίδας ἀγόντων συνελήφθη, καὶ παρ' Ἐπικύδην ἄγεται τὸν Ὀλύνθιον εἰς Τεύχειρα, ᾧ τὴν πόλιν ἐκείνην Ὀφελλᾶς ἐπετετρόφει, ἀνὴρ Μακεδών, ὃς ὑπὸ Πτολεμαίου τοῦ Λάγου ἐπὶ βοηθείᾳ τῶν Κυρηναίων ἐτύγχανε σταλείς. (18) Οἱ δὲ Τευχειρῖται, Ὀφελλᾶ τὴν ἐξουσίαν δόντος, ᾐκίσαντό τε τὸν Θίβρωνα καὶ εἰς τὸν τῶν Κυρηναίων ἔπεμψαν κρεμασθῆναι λιμένα. (19) Ἔτι δὲ τῶν περὶ Κυρήνην στασιαζόντων, Πτολεμαῖος ἐπελθὼν καὶ πάντα καταστησάμενος ὀπίσω ἀπέπλευσε.

20. Περδίκκας δὲ Ἀντιγόνῳ ἐπιβουλεύων εἰς δικαστήριον ἐκάλει· ὁ δὲ εἰδὼς ἐπιβουλεύεσθαι οὔτε ὑπήκουσε, καὶ εἰς ἔχθραν ἀλλήλοις κατέστησαν. (21) Ἐν τούτῳ δὲ παρὰ τὸν Περδίκκαν ἐκ Μακεδονίας ἧκον Ἰόλλας τε καὶ Ἀρχίας, ἄγοντες αὐτῷ τὴν Ἀντιπάτρου παῖδα Νίκαιαν εἰς γυναῖκα. Ἀλλά γε καὶ Ὀλυμπιὰς ἡ Ἀλεξάνδρου μήτηρ ἔπεμπε παρ' αὐτὸν κατεγγυωμένη τὴν θυγατέρα Κλεοπάτραν. Καὶ ὁ μὲν Εὐμένης ὁ Καρδιανὸς συνεβούλευεν ἄγειν Κλεοπάτραν, Ἀλκέτᾳ δὲ τῷ ἀδελφῷ εἰς Νίκαιαν ἔτεινεν ἡ συμβουλή· καὶ νικᾷ τὸ Νίκαιαν μᾶλλον ἀγαγεῖν. (22) Οὐ πολὺ δὲ ὕστερον καὶ τὸ περὶ Κυνάνην πάθος συνηνέχθη, ὃ Περδίκκας τε καὶ ὁ ἀδελφὸς Ἀλκέτας διεπράξαντο. Ἡ δὲ Κυνάνη Φίλιππον μὲν εἶχε πατέρα, ὃν καὶ Ἀλέξανδρος, ἐκ δὲ μητρὸς Εὐρυδίκης ἦν, γυνὴ δὲ Ἀμύντου, ὃν ἔφθη Ἀλέξανδρος κτεῖναι, ὁπότε εἰς τὴν Ἀσίαν διέβαινεν. Οὗτος δὲ Περδίκκου παῖς ἦν, ἀδελφὸς δὲ Φιλίππου Περδίκκας· ὡς εἶναι Ἀμύνταν τὸν ἀνῃρημένον Ἀλεξάνδρου ἀνεψιόν. (23) Ἦγε δὲ ἡ Κυνάνη Ἀδέαν τὴν αὑτῆς θυγατέρα, ἥτις ὕστερον Εὐρυδίκη μετωνομάσθη, τῷ Ἀρριδαίῳ εἰς γυναῖκα· ἣν καὶ ὕστερον ἠγάγετο Περδίκκα διαπραξαμένου, ἐφ' ᾧ παῦσαι τὴν Μακεδόνων στάσιν, ἥτις ἐπὶ τῷ Κυνάνης πάθει ἀναφθεῖσα ἐπὶ μέγα κακὸν προεχώρει. (24) Ἀντίγονος δὲ ἐς Μακεδονίαν παρὰ Ἀντίπατρον καὶ Κρατερὸν ἔφυγε, καὶ τὴν εἰς αὐτὸν ἐπιβουλήν, ἣν Περδίκκας ἐβούλευε, διηγήσατο, καὶ ὡς κατὰ πάντων ἡ αὐτὴ αὐτῷ μελέτη σπουδάζεται· ἀνεδίδαξέ τε καὶ τὸ τῆς Κυνάνης ἐκτραγῳδήσας πάθος. Καὶ ταῦτα διαθέμενος, εἰς πόλεμον αὐτῷ τούτους κατέστησε.

25. Καὶ Ἀρριδαῖος δὲ ὁ τὸ τοῦ Ἀλεξάνδρου σῶμα φυλάσσων, παρὰ γνώμην αὐτὸ Περδίκκου λαβών, πρὸς Πτολεμαῖον παραγίνεται τὸν Λάγου, ἀπὸ Βαβυλῶνος διὰ Δαμασκοῦ ἐπ' Αἴγυπτον ἐλαύνων· ὃς πολλὰ μὲν ὑπὸ Πολέμωνος τοῦ προσοιχειουμένου Περδίκκᾳ κωλυθεὶς, ἐνίκησεν ὅμως εἰς τὸ τὴν ἑαυτοῦ γνώμην ἔργῳ ἐξενεγκεῖν.

Athenas se receperat) interemit, et sublato quidquid illi pecuniarum reliquum erat, primum quidem in Cydoniam Cretæ urbem venit : sed deinde in Cyrenen cum exercitu sex millium trajecit, accersitus a Cyrenæorum Barcensiumque exsulibus. (17) Apud quos dum variis pugnis variisque insidiis interdum vincit interdum vincitur, in fuga tandem ab Afris quibusdam bigas agentibus comprehensus, ad Epicydem Olynthium Teuchiram adducitur. Huic enim urbem illam curandam commiserat Ophellas, vir Macedo, qui a Ptolemæo Lagi filio Cyrenæis auxilio missus fuerat. (18) Teuchiritæ ergo, Ophella illis permittente, Thibronem flagellis cæsum, in Cyrenæorum portum de cruce suspendendum mittunt. (19) At quum Cyrenæi nihilominus in rebellione perstarent, ipse denique Ptolemæus accessit, rebusque omnibus compositis, domum renavigavit.

20. Perdiccas insuper Antigonum insidiose in jus vocabat; verum ille, ut peti se insidiis cognovit, parere recusavit : atque hinc ortæ invicem inimicitiæ. (21) Hoc item tempore e Macedonia Iollas et Archias ad Perdiccam venerunt, adducentes ad matrimonium illi Nicæam Antipatri filiam. Verum Olympias quoque Magni Alexandri mater mittit ad eundem despondetque Cleopatram filiam. Ibi Eumenes Cardianus Cleopatram ducere suadebat : Alcetæ vero fratris consilium ad Nicææ magis nuptias inclinabat, ejusque sententia pervicit. (22) Non multo post Cynanes cædes accidit, quam Perdiccas ejusque frater Alcetas intulerunt. Hæc Cynane eundem cum Alexandro patrem Philippum habuit, sed matrem Eurydicen, atque Amyntæ illius uxor fuit, quem Alexander e medio sustulit, quum in Asiam expeditionem facturus erat. Interemptus ille Amyntas, Perdiccæ Philippi fratris filius, Alexandri patruelis erat. (23) Nunc itaque Cynane filiam suam Adeam, quæ post Eurydices cognomen tulit, Arridæo uxorem adducebat, quam revera ille postea duxit, ipso transigente Perdicca, quo per illas nuptias Macedonum sedaretur seditio, quæ ob sublatam Cynanen accensa abibat in deterius. (24) Antigonus interim in Macedoniam ad Antipatrum et Craterum profugit, sibique a Perdicca structas insidias exponit, ac tantumdem eum in omnes summo studio meditari affirmat. Similiter Cynanes quoque infortunium tragice exaggerat. Quibus ita expositis, ab bellum ipsos contra Perdiccam gerendum adduxit.

25. Porro Arridæus Alexandri apud se corpus servans, contra sententiam Perdiccæ, cum eo ad Ptolemæum Lagi filium se confert, a Babylone per Damascum in Ægyptum proficiscens ; ac sæpenumero a Polemone Perdiccæ familiari impeditus, pervicit tamen, ut rem ex animi sui sententia gereret.

26. Ἐν τούτῳ καὶ Εὐμένης παρὰ Περδίκκου δῶρα πρὸς Κλεοπάτραν ἐς Σάρδεις ἐκόμισε, καὶ ὅτι ἐγνωσμένον εἴη Περδίκκᾳ Νίκαιαν μὲν ἐκπέμπειν, ἀντ' ἐκείνης δὲ ταύτην ἄγεσθαι. Οὗ μηνυθέντος (Μένανδρος δὲ ὁ Λυδίας σατράπης ἐμήνυσεν Ἀντιγόνῳ) καὶ δι' αὐτοῦ τοῖς περὶ Ἀντίπατρον καὶ Κρατερὸν δημοσιωθέντος, ἐπὶ μᾶλλον αὐτοῖς τὰ πρὸς Περδίκκαν ἐξεπεπολέμωτο. Περαιοῦται δὴ Ἀντίπατρος καὶ Κρατερὸς ἀπὸ τῆς Χερρονήσου τὸν Ἑλλήσποντον, τοὺς τὸν πόρον φυλάσσοντας διὰ πρεσβείας ὑπαγόμενοι. Πρεσβεύονται δὲ καὶ πρὸς Εὐμένη καὶ πρὸς Νεοπτόλεμον, τοὺς ὑπὸ Περδίκκᾳ· καὶ Νεοπτόλεμος μὲν πείθεται, Εὐμένης δὲ οὐκ ἀνέχεται.

27. Ὑποπτεύεται Εὐμένει Νεοπτόλεμος, καὶ συγκροτεῖται πρὸς ἀλλήλους πόλεμος, καὶ νικᾷ κατὰ κράτος Εὐμένης. Φεύγει δὲ Νεοπτόλεμος παρὰ Ἀντίπατρον καὶ Κρατερὸν σὺν ὀλίγοις, καὶ πείθει τούτους ἐπὶ συμμαχίαν κατὰ Εὐμένους ἐλθεῖν αὐτῷ Κρατερόν· καὶ πολεμοῦσιν ἄμφω Εὐμένη. Καὶ πάντα ποιήσας Εὐμένης ὥστε λαθεῖν τοὺς σὺν αὐτῷ Κρατερὸν αὐτῷ πολεμεῖν, ἵνα μὴ τῇ περὶ αὐτὸν ἁλόντες φήμῃ ἢ προσχωρήσωσιν αὐτῷ ἢ καὶ μένοντες ἀτολμότεροι εἶεν, καὶ κρατήσας τοῖς τεχνάσμασι, κρατεῖ καὶ τῷ πολέμῳ· καὶ πίπτει μὲν Νεοπτόλεμος τῇ αὐτοῦ Εὐμένους τοῦ γραμματέως δεξιᾷ, ἀνὴρ στρατιωτικὸς καὶ πολέμοις ἠριστευκώς, Κρατερὸς δὲ ὑπό τινων Παφλαγόνων, ἀφειδῶς πρὸς πάντα μαχόμενος καὶ χωρῶν ὥστε γνωσθῆναι· ἀλλ' ἔφθη πεσὼν μὴ γνωσθείς, καίτοι καὶ τὴν καυσίαν τῆς κεφαλῆς ἀφελών. Ἡ μέντοι πεζὴ στρατιὰ σῶα πρὸς Ἀντίπατρον ἐκ τοῦ πολέμου παρεγένετο, ὃ καὶ τὸ πολὺ τῆς ἀθυμίας ἐπεκούφισε.

28. Παραγίνεται ἀπὸ Δαμασκοῦ Περδίκκας ἐπ' Αἴγυπτον σὺν τοῖς βασιλεῦσι καὶ τῇ δυνάμει Πτολεμαίῳ πολεμῆσαι. Κατηγορήσας δὲ Πτολεμαίου κἀκείνου ἐπὶ τοῦ πλήθους ἀπολυομένου τὰς αἰτίας, καὶ δόξας μὴ δίκαια ἐπικαλεῖν, ὅμως καὶ τοῦ πλήθους οὐχ ἑκόντος πολεμεῖ. Καὶ δὶς ἡττηθείς, καὶ τραχὺς πρὸς τοὺς παρὰ Πτολεμαῖον ἐθέλοντας χωρῆσαι λίαν καταστάς, καὶ τἄλλα τῇ στρατιᾷ ὑπερογκότερον ἢ κατὰ στρατηγὸν προσφερόμενος, ὑπὸ τοῦ οἰκείου πλήθους τῶν ἱππέων ἀναιρεῖται, μαχόμενος καὶ αὐτός. (29) Πτολεμαῖος δὲ μετὰ τὴν ἀναίρεσιν Περδίκκου πρός τε τοὺς βασιλεῖς ἐπεραιώθη τὸν Νεῖλον, καὶ δώροις φιλοφρονησάμενος καὶ τῇ ἄλλῃ θεραπείᾳ, οὐ μόνον δὲ ἀλλὰ καὶ τοὺς ὅσοι ἐν τέλει Μακεδόνων. Ὁ δὲ καὶ τοῖς Περδίκκου φίλοις συναχθόμενός τε δῆλος ἐγένετο, καὶ ὅσοις τι κινδύνου ἔτι ἐκ Μακεδόνων ὑπελείπετο, καὶ τούτους ἀπαλλάξαι τοῦ δέους παντὶ τρόπῳ διεσπούδασεν· ἐφ' οἷς παραυτίκα τε καὶ ἐς τὸ ἔπειτα εὐδοκιμῶν ἐγινώσκετο.

30. Συνεδρίου δὲ κροτηθέντος ἄρχοντες μὲν τῆς πάσης δυνάμεως ἀντὶ Περδίκκου Πίθων καὶ Ἀῤῥιδαῖος ἐν τῷ τέως ἀνεῤῥήθησαν, τῶν δὲ περὶ Εὐμένη τε καὶ Ἀλκέταν ἐς πεντήκοντα κατεγνώσθησαν, μάλιστα ἐπὶ τῇ Κρατεροῦ ἀναιρέσει τῶν Μακεδόνων πρὸς αὐτοὺς ἐκ-

26. Interea Eumenes Perdiccæ munera Sardes ad Cleopatram attulit, nuntians decretum jam esse Perdiccæ, Nicæa repudiata, ejus in locum Cleopatram ducere. Quod ubi innotuit (Menander Lydiæ satrapa Antigono significavit, et per eum Antipatro quoque et Cratero res publicata), eo etiam vehementius illi ad Perdiccam bello persequendum incitati sunt. Antipater itaque et Craterus e Chersoneso Hellespontum trajiciunt, trajectus custodibus clam per legatos subactis. Mittuntur ab iisdem etiam ad Eumenem ac Neoptolemum, Perdiccæ obnoxios, legati : quibus Neoptolemus quidem assentitur, Eumenes vero minime.

27. Hinc Eumeni suspectus esse cœpit Neoptolemus, et bellum inter eos conflatum est, in quo viribus superante Eumene, fugit cum paucis Neoptolemus ad Antipatrum Craterumque, quibus persuadet, ut sibi in bello adversus Eumenem socius Craterus daretur. Ambo igitur bellum Eumeni inferunt. Dedit vero operam omnem Eumenes, ut ignorarent sui Craterum adversus se belligerare : ne fama adducti vel castris suis desertis ad illum transirent, vel etiamsi manerent, minus tamen audaces essent; qui quum illi dolus atque astus processisset, prœlio quoque victor evasit. Atque Neoptolemus ipsius Eumenis scribæ manu cæsus cecidit, vir militaris et bello strenuus : Craterus autem in obvium quemque intrepide pugnans, atque ita incedens ut cognosci potuerit, nihilo tamen secius a Paphlagonibus quibusdam incognitus occiditur, tametsi ille etiam causiam capite dejecisset. Attamen pedestres copiæ salvæ ad Antipatrum e prælio redierunt; quæ res ad sublevandam animi ægritudinem multum contulit.

28. Perdiccas Damasco profectus, adversus Ptolemæum Lagi filium dimicaturus in Ægyptum cum regibus et copiis venit. Etenim Ptolemæum quum accusasset, atque ille objecta crimina coram multitudine ita purgasset, ut injuste accusatus videretur, bellum tamen, repugnante licet militum vulgo, Perdiccas infert. Quo in bello bis victus, iisque asperior factus qui ad Ptolemæum transire volebant, cetera etiam in castris superbior quam imperatorem deceret, a suis ipse equitibus inter pugnandum occiditur. (29) Ptolemæus vero, sublato Perdicca, Nilum transgressus ad reges proficiscitur, donisque allatis, et variis obsequiis tam eos quam ceteros Macedonum proceres amanter complexus est. Immo et ipsorum Perdiccæ amicorum vicem dolere se palam ostendit : et quibuscumque ex Macedonibus periculum adhuc aliquod imminere videretur, eos ille omni ope ac ratione metu liberare studuit. Quo factum est ut jam tum atque in posterum omnium ore laudaretur.

30. Habito dein conventu, Pithon et Arridæus copiis universis Perdiccæ loco præfecti renunciati in præsens sunt, et ex Eumenis atque Alcetæ sectatoribus ad quinquaginta damnati, idque maxime ob Craterum interfectum, quum Macedones inter se mutuis prœliis dissiderent. Antigonus

πολεμωθέντων. Μετεκαλεῖτο δὲ καὶ Ἀντίγονος ἐκ Κύπρου, καὶ Ἀντίπατρος δὲ, ἐπιταχῦναι πρὸς τοὺς βασιλέας. (31) Οὔπω δὲ καταλαβόντων, ἡ Εὐρυδίκη Πίθωνα καὶ Ἀῤῥιδαῖον μηδὲν ἄνευ αὐτῆς ἠξίου πράττειν. Οἱ δὲ τὰ πρῶτα μὲν οὐκ ἀντεῖπον, ἔπειτα δὲ μηδὲν αὐτὴν ἐπικοινωνεῖν τοῖς δημοσίοις ἀντέλεγον πράγμασιν· αὐτοῖς γὰρ, ἕως Ἀντίγονος καὶ Ἀντίπατρος παραγένωνται, μελήσειν περὶ πάντων. (32) Ὧν παραγεγονότων, εἰς Ἀντίπατρον ἡ δυναστεία περιίσταται. Καὶ ὁ στρατὸς αἰτεῖ τὰ παρὰ Ἀλεξάνδρου ὑποσχεθέντα αὐτοῖς ἐπὶ τῇ συστρατείᾳ χρήματα, καὶ Ἀντίπατρος παραυτίκα μὲν μηδὲν ἔχειν ἀποκρίνεται φράζειν ἀκριβὲς, ἐξετάσας δὲ τούς τε βασιλείους θησαυροὺς καὶ τοὺς ὅσοι ἀλλαχόθι που κείμενοι ὦσι, τηνικαῦτα τὸν δυνατὸν τρόπον μὴ ἂν αὐτοῖς ἐπίμεμπτος νομισθῆναι· ἐφ' ὧν οὐχ ἡδέως ἡ στρατιὰ ἤκουσεν. (33) Εὐρυδίκης δὲ συλλαμβανούσης ταῖς κατὰ Ἀντιπάτρου διαβολαῖς, τῷ ἀπὸ τοῦ πλήθους ἄχθει στάσις γίνεται. Καὶ δημηγορεῖ Εὐρυδίκη κατ' αὐτοῦ, τοῦ γραμματέως Ἀσκληπιοδώρου ὑπηρετησαμένου τῷ λόγῳ· καὶ Ἄτταλος δέ. Καὶ ῥύεται μόλις Ἀντίπατρος τῆς σφαγῆς, Ἀντιγόνου καὶ Σελεύκου τῇ παρακλήσει Ἀντιπάτρου ἀντιδημηγορησάντων ἐν τῷ πλήθει· οἳ καὶ αὐτοὶ διὰ τοῦτο ἐγγὺς ἐγένοντο τοῦ κινδύνου. Ῥυσθεὶς δὲ Ἀντίπατρος τοῦ θανάτου πρὸς τὸ οἰκεῖον ὑπεχώρησε στρατόπεδον. Καὶ οἱ ἵππαρχοι, Ἀντιπάτρου καλοῦντος, πρὸς αὐτὸν ἧκον, καὶ μόλις τῆς στάσεως πεπαυμένης, Ἀντίπατρον πάλιν, ὡς καὶ πρόσθεν, ἄρχειν εἵλοντο.

34. Καὶ ποιεῖται νέμησιν καὶ αὐτὸς τῆς Ἀσίας, τὰ μὲν τῆς προτέρας νεμήσεως ἐπικυρῶν, τὰ δὲ, τοῦ καιροῦ βιαζομένου, νεωτερίζων. Αἴγυπτον μὲν γὰρ καὶ Λιβύην καὶ τὴν ἐπέκεινα ταύτης τὴν πολλὴν, καὶ ὅ τι περ ἂν πρὸς τούτοις δόριον ἐπικτήσηται πρὸς δυομένου ἡλίου, Πτολεμαίου εἶναι· Λαομέδοντι δὲ τῷ Μυτιληναίῳ Συρίαν ἐπιτετράφθαι. Φιλόξενον δὲ ἐπὶ Κιλικίας ἔταξεν, ἣν καὶ πρῶτον εἶχεν. (35) Τῶν δὲ ἄνω σατραπειῶν τὴν μὲν μέσην τῶν ποταμῶν γῆν καὶ τὴν Ἀρβηλῖτιν Ἀμφιμάχῳ τῷ τοῦ βασιλέως ἀδελφῷ ἔνειμε· Σελεύκῳ δὲ τὴν Βαβυλωνίαν προσέθηκεν. Ἀντιγένει δὲ τῷ πρώτῳ μὲν ἐπιθεμένῳ Περδίκκα, τῶν δὲ ἀργυρασπίδων Μακεδόνων ἡγουμένῳ, τῆς Σουσιανῆς συμπάσης ἄρχειν· Πευκέστᾳ δὲ ἐβεβαίου τὴν Περσίδα. Καρμανίαν δὲ Τληπολέμῳ ἔνειμε, καὶ Μηδίαν Πίθωνι, ἔστ' ἐπὶ πύλας τὰς Κασπίους, Φιλίππῳ δὲ τὴν Παρθυαίων γῆν· (36) Ἀρείων δὲ καὶ τῆς Δραγγηνῶν χώρας Στάσανδρον καθίστη ἡγεμόνα, τῆς δὲ Βακτριανῆς καὶ Σογδιανῆς Στασάνορα τὸν Σόλιον, Ἀραχώτων δὲ Σιβύρτιον· καὶ Παραπαμισάδας Ὀξυάρτῃ τῷ Ῥοξάνης πατρί· τῆς δὲ Ἰνδῶν γῆς τὰ μὲν σύνορα Παραπαμισάδαις Πίθωνι τῷ Ἀγήνορος, τὰς δὲ ἐχομένας σατραπείας, τὴν μὲν παρὰ τὸν Ἰνδὸν ποταμὸν καὶ Πάταλα τῶν ἐκείνῃ Ἰνδῶν πόλεων τὴν μεγίστην Πώρῳ τῷ βασιλεῖ ἐπεχώρησε· τὴν δὲ παρὰ τὸν Ὑδάσπην ποταμὸν Ταξίλῃ, καὶ τούτῳ Ἰνδῷ, ἐπεὶ μηδὲ ῥᾴδιον μετακινῆσαι αὐτοὺς ἐξ Ἀλεξάνδρου

ad hæc e Cypro evocatus, et Antipater ad reges festinare jubentur. (31) Nondum vero adventantibus illis, Eurydice Pithonem et Arrhidæum nihil se inconsulta volebat agere. Qui primo quidem non repugnarunt; post tamen, nihil illi commune cum rerum publicarum administratione esse responderunt : sibi, dum Antigonus et Antipater veniant, summam rerum curæ fore cordique. (32) Illi igitur quum accessissent, Antipatro summum imperium commissum : exercitusque ab Alexandro promissa militiæ præmia poscit. Antipater in præsentia quidem se non posse respondit disertius aliquid de his pronuntiare, verum post exploratos regios thesauros atque reliquos, qui alibi reconditi essent, tum se, quoad ejus fieri posset, curaturum ne reprehendendus ipsis videretur. Quæ quidem oratio parum jucunda fuit exercitui. (33) Quare quum Eurydice quoque criminationes adversus Antipatrum foveret, plebe indignante, seditio cooritur. Quo tempore et ipsa in eum concionatur, Asclepiodoro scriba sermonem ei suppeditante, et præter eam item Attalus. Ac vix cædi ereptus Antipater est, patrocinatis apud plebem Antigono et Seleuco, quorum advocationem Antipater postularat, quique etiam ipsi propterea non parum periclitati sunt. Morti ergo ereptus Antipater, ad suum se recepit exercitum, et equitum præfecti dein evocati eum convenerunt, vixque tandem seditioni fine dato, Antipatrum rursum, ut antea, summæ præesse rei jubent.

34. Ibi ab ipso quoque Asiæ facta divisio est, qua priorem illam partim ratam habuit, partim, ubi temporum necessitas exigeret, innovavit. Nam Ægyptum quidem et Libyam vastamque ultra Africam, et quidquid præterea bello partum ad occidentem solem jacet, Ptolemæi esse pronunciat; Laomedonti vero Mytilenæo Syriam assignat. Philoxenus Ciliciam, quam antea provinciam sortitus erat, retinuit. (35) Inter superiores satrapias, Mesopotamiam et Arbelitin Amphimacho regis fratri attribuit; Seleucus vero Babyloniæ præficitur; Antigeni, qui primus Perdiccam invaserat, et Macedonum argyraspidarum ductor erat, præfectura totius Susianæ data; in Perside Peucestes confirmatur; Carmaniæ Tlepolemus præponitur, ut Mediæ usque ad Caspias portas Pithon; Philippus Parthis; (36) Ariis vero et Drangenorum regioni Stasander præfectus venit; Bactrianæ et Sogdianæ Stasanor Soliensis, Arachotarum vero Sibyrtius venit; Oxyartæ, Rhoxanes patri, Parapamisadæ dantur; Indorum autem ea regio, quæ Parapamisadis adjacet, Pithoni Agenoris filio tributa; de proximis deinde satrapiis ea quæ ad Indum flumen est, et Patala urbs, quæ in illa India est maxima, Poro regi cessit : at quæ ad Hydaspen flumen pertinet, Taxilæ item Indo attribuitur, quandoquidem non facile esset ipsos dimovere, qui ab Alexandro

τε ἐπιτετραμμένους τὴν ἀρχὴν καὶ δύναμιν ἱκανὴν ἔχοντας. (37) Τῶν δὲ ἀπὸ τοῦ Ταύρου ὄρους ὡς ἐπὶ τὴν ἄρκτον φερόντων Καππαδόκας μὲν Νικάνορι ἐπέτρεψεν, ἐπὶ δὲ Φρυγίας τῆς μεγάλης καὶ ἐπὶ Λυκάοσί τε καὶ Παμφύλοις καὶ Λυκίοις, ὡς καὶ πρόσθεν, Ἀντίγονον. Καρίαν δὲ Ἀσάνδρῳ ἔνειμε, Λυδία δὲ Κλείτῳ ἐδόθη, καὶ Ἀῤῥιδαίῳ Φρυγία ἡ πρὸς Ἑλλησπόντῳ. (38) Τῇ δὲ κατακομιδῇ τῶν ἐν Σούσοις χρημάτων Ἀντιγένην ἔταξε, καὶ τούτῳ τῶν στασιασάντων Μακεδόνων τοὺς μάλιστα τρισχιλίους παρέδωκε· σωματοφύλακας δὲ τοῦ βασιλέως, Αὐτόλυκόν τε τὸν Ἀγαθοκλέους παῖδα καὶ Ἀμύνταν τὸν Ἀλεξάνδρου παῖδα, Πευκέστου δὲ ἀδελφὸν, καὶ Πτολεμαῖον τὸν Πτολεμαίου καὶ Ἀλέξανδρον τὸν Πολυσπέρχοντος, Κάσανδρον δὲ τὸν ἑαυτοῦ παῖδα χιλιάρχην τῆς ἵππου, τῆς δυνάμεως δὲ τῆς πρόσθεν ὑπὸ Περδίκκᾳ τεταγμένης Ἀντίγονον ἡγεμόνα ἀπέφηνε, καὶ τούτῳ τοὺς βασιλέας φρουρεῖν τε καὶ θεραπεύειν προστάξας, τὸν πόλεμον ἅμα τὸν πρὸς Εὐμένη διαπολεμῆσαι αὐτῷ αἱρουμένῳ ἐπέτρεπεν. Ἀντίπατρος δὲ αὐτὸς πολλὰ ὑπὸ πάντων ἕνεκα πάντων ἐπαινούμενος ἐπ' οἴκου ἀνεχώρει. Ἐν οἷς καὶ ὁ θ' λόγος.

in imperio constituti, magnam satis potentiam nacti essent. (37) Ad hæc qui a Tauro monte ad Boream vergebant, Cappadoces Nicanori attribuit; Magnam vero Phrygiam, Lycaoniam, Pamphyliam et Lyciam, ut antea, Antigonus retinuit; Cariam Asander accepit; Lydia Clito data, ut Arrhidæo ea quæ ad Hellespontum jacet Phrygia. (38) Pecuniæ Susis colligendæ Antigenes præficitur; eidem e Macedonibus, qui maxime tumultuati fuerant, ad tria millia traditi. Corporis præterea regis custodes ac stipatores nominavit Autolycum Agathoclis, Amyntam Alexandri filium et Peucestæ fratrem, Ptolemæum item Ptolemæi filium et Alexandrum Polysperchontis filium; Casandrum vero suum filium, equitum chiliarcham; iisdemque copiis, quibus antea Perdiccas præfuerat, Antigonum præfectum constituit, cui etiam regum curam custodiamque mandans, bellum cum Eumene gerendum atque conficiendum volenti commisit. Antipater ipse, valde ab omnibus ob res bene gestas laudatus, domum revertit. Atque in his nonus clauditur liber.

ΒΙΒ. Γ'.

39. Ὁ δὲ δέκατος διαλαμβάνει, ὡς Εὐμένης τὰ περὶ Περδίκκαν μαθὼν, ὅτι καὶ πολέμιος ἐψηφίσθη Μακεδόσιν, ἐπὶ πόλεμον παρεσκευάζετο. Καὶ ὡς Ἀλκέτας ὁ Περδίκκου ἀδελφὸς διὰ ταῦτα ἔφυγε. Καὶ Ἄτταλος ὁ τῆς κατὰ Ἀντιπάτρου στάσεως οὐδενὸς φέρων τὰ δεύτερα, καὶ αὐτὸς φυγὼν συνέμιξε τοῖς ἄλλοις φυγάσι. Καὶ συνήχθη Ἀττάλῳ στρατὸς, πεζοὶ μὲν μύριοι, ἱππεῖς δὲ ὀκτακόσιοι. Καὶ ὡς Ἄτταλος καὶ οἱ σὺν αὐτῷ, ἐπιθέσθαι Κνίδῳ καὶ Καύνῳ καὶ Ῥοδίοις ἐπιχειρήσαντες, ὑπὸ Ῥοδίων καρτερῶς ἀπεκρούσθησαν, Δημαράτου ναυαρχοῦντος αὐτοῖς. (40) Διαλαμβάνει δὲ καὶ ὡς Εὐμένης, Ἀντιπάτρου ἐς Σάρδεις ἰόντος, εἰς χεῖρας ἐλθεῖν ἐγγὺς ἦν, Κλεοπάτρα δὲ ἡ τοῦ Ἀλεξάνδρου ἀδελφὴ, ἵνα μὴ ἐς τὸ τῶν Μακεδόνων πλῆθος ἐν διαβολῇ γένηται ὡς αὐτὴ τὸν πόλεμον αὐτοῖς ἐπάγουσα, παραινεῖ καὶ πείθει Εὐμένη ἀποχωρῆσαι τῶν Σάρδεων. Ἀλλ' ὅμως οὐδὲν ἧττον ὁ Ἀντίπατρος παραγενόμενος αὐτὴν ἐπωνείδιζε τῆς ἐς Εὐμένη καὶ Περδίκκαν φιλίας. Ἡ δὲ πρός τε ταῦτα κρεῖσσον ἢ κατὰ γυναῖκα ἀπελογεῖτο, καὶ πολλὰ ἄλλα ἀντεπεκάλει· τέλος δὲ εἰρηνικῶς ἀλλήλων ἀπηλλάγησαν.

41. Ὅτι Εὐμένης ἐπελθὼν ἀπροσδοκήτως τοῖς οὐχ ὑπ' αὐτῷ προσχώροις, καὶ λείαν πολλὴν καὶ χρήματα συλλαβὼν, τὸν οἰκεῖον στρατὸν κατεπλούτει. Διαπρεσβεύεται δὲ καὶ πρὸς Ἀλκέταν καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ ἐς ταὐτὸν τὰς δυνάμεις ἀναγαγεῖν ἀξιῶν, καὶ οὕτω τοῖς κοινοῖς ἐχθροῖς μάχεσθαι· οἱ δὲ, ἄλλων ἄλλα συμβουλευσαμένων, τέλος οὐ πείθονται. Ὅτι Ἀντίπατρος Εὐμένει μὲν πολεμεῖν τέως οὐκ ἐθάῤῥει, κατὰ δὲ Ἀττάλου

LIB. X.

39. Decimus porro narrat Eumenem, cognito quæ Perdiccæ accidissent, seque hostem a Macedonibus judicatum, quæ ad bellum essent necessaria, comparasse, et Alcetam Perdiccæ fratrem, fuga salutem ob hæc ipsa quæsiisse. Attalum quoque, qui in civili ab Antipatro defectione nemini secundus fuerat, fugientem pariter ceteris sese exulibus miscuisse, exercitumque tandem conflasse peditum decem millium, equitum octingentorum; ac cum his Cnidum, Caunum et Rhodum invadere conantem, a Rhodiis fortiter, Demarato apud eos classis præfecto, repulsum fuisse. (40) Refert etiam parum abfuisse, quum Sardes peteret Antipater, quin ad manus cum eo Eumenes venerit. At Cleopatram Alexandri sororem (ne apud Macedonum vulgus, quasi belli ipsis causa foret, in crimen illa vocaretur) suasisse ac persuasisse Eumeni, Sardibus ut discederet. Antipatrum tamen eam nihilominus, quum advenisset, ob amicitiam societatemque cum Eumene atque Perdicca increpuisse: illamque supra quam ab muliere exspectari poterat, sese defendisse, aliaque plurima vicissim objecisse; ac tandem pacatos eos discessisse.

41. Eumenem necopinato in vicinorum eorum agrum, qui ei non parerent, irrumpentem præda multa et pecunia potitum esse, quibus exercitum suum ditarit. Nuncios insuper ad Alcetam ejusque socios misisse, qui copias omnes in unum adducere, atque ita junctis viribus communem hostem oppugnare rogarent. Illos vero, aliis aliud suadentibus, tandem minime esse assensos. Antipatrum cum Eumene pugnare tum non ausum, misisse tamen Asandrum, qui

καὶ Ἀλκέτα πέμπει πολεμήσοντα Ἄσανδρον· καὶ ἀγχωμάλου τῆς μάχης γεγενημένης, ἡττᾶται Ἄσανδρος.

42. Ὅτι διαφέρεται Κάσανδρος πρὸς Ἀντίγονον, καὶ παύεται Κάσανδρος τῆς κατὰ Ἀντιγόνου ἀταξίας, Ἀντιπάτρου τοῦ πατρὸς διακωλύσαντος. Ὅμως οὖν ὁ Κάσανδρος περὶ Φρυγίαν συμβαλὼν τῷ πατρὶ, ἀναπείθει μήτε πόῤῥω τῶν βασιλέων ἀποχωρεῖν καὶ Ἀντίγονον δι' ὑπονοίας ἔχειν. Ὁ δὲ τῇ τε μετριοφροσύνῃ καὶ τῇ ἄλλῃ θεραπείᾳ καὶ ἀρετῇ τὸν δυνατὸν τρόπον διέλυε τὴν ὑπόνοιαν. (43) Καὶ Ἀντίπατρος ἐπικλασθεὶς τῆς τε ξυνδιαβάσης αὐτῷ ἐς τὴν Ἀσίαν δυνάμεως πεζοὺς μὲν ἐπιτρέπει αὐτῷ Μακεδόνας ὀκτακισχιλίους καὶ πεντακοσίους, καὶ ἱππέας τῶν ἑτέρων ἴσους, ἐλέφαντας δὲ τῶν πάντων τοὺς ἡμίσεας ο', ὡς ῥᾷον διαπολεμήσειεν τὸν πρὸς Εὐμένη πόλεμον. (44) Καὶ Ἀντίγονος μὲν τοῦ πολέμου ἥπτετο, Ἀντίπατρος δὲ ἀναλαβὼν τοὺς βασιλεῖς καὶ τὴν ἄλλην δύναμιν ᾔει ὡς περαιωσόμενος ἐπὶ Μακεδονίαν. Καὶ στασιάζει πάλιν ὁ στρατὸς, αἰτῶν τὰ χρήματα. Ἀντίπατρος δὲ, ἐπειδὰν ἔλθῃ εἰς Ἄβυδον, ὡμολόγησε πποριεῖν αὐτὰ, καὶ δώσειν τυχὸν μὲν πάντα, ὅση ἡ δωρεὰ, εἰ δὲ μὴ, τήν γε πλείστην. (45) Καὶ ταύταις αὐτοὺς ταῖς ἐλπίσιν ἀναρτήσας, ἀστασιάστως τὸ λοιπὸν καταλαμβάνει τὴν Ἄβυδον. Ἐκεῖ δὲ τέχνῃ τούτους παρακρουσάμενος, νυκτὸς ἅμα τοῖς βασιλεῦσι περαιοῦται τὸν Ἑλλήσποντον παρὰ Λυσίμαχον. Τῇ δὲ ὑστεραίᾳ καὶ αὐτοὶ ἐπεραιώθησαν, ὑπὲρ τῆς ἀπαιτήσεως τῶν χρημάτων παραυτίκα ἡσυχάσαντες. Ἐν οἷς καὶ τοῦ δεκάτου λόγου τὸ τέλος.

---

46. Ἔστι μὲν οὖν ὁ ἀνὴρ οὐδενὸς τῶν ἄριστα συνταξαμένων ἱστορίας δεύτερος. Ἀπαγγεῖλαί τε γὰρ καὶ μετὰ συντομίας κράτιστος, καὶ παρεκτροπαῖς ἀκαίροις οὐδὲ παρενθήκαις τὸ συνεχὲς τῆς ἱστορίας οὐδαμοῦ λυμαινόμενος, καινοπρεπὴς δὲ συνθήκῃ λόγου μᾶλλον ἢ λέξει, καὶ οὕτως ὥστε μὴ ἂν ἄλλως μήτε σαφέστερον μήτε ἐναργέστερον τὸ διήγημα δηλωθῆναι. Εὐσήμῳ δὲ καὶ εὐήχῳ καὶ τῷ τῶν λέξεων ἀποκεχρημένος στρογγύλῳ, καὶ τὸ λεῖον ἔχει τῷ μεγέθει συγκιρνάμενον. Καὶ ἡ καινότης τῶν λέξεων οὐχὶ εἰς τὸ πόῤῥω νεωτερίζεται, ἀλλ' ἔγγιστά τε καὶ εἰς τὸ ἐμφατικώτατον, ὡς σχηματισμὸν εἶναι λέξεως, ἀλλ' οὐχὶ ἐναλλαγὴν συνήθους ὀνόματος. Διὸ καὶ τὸ σαφὲς συνεφέλκεται οὐκ ἐν τούτῳ μόνον, ἀλλὰ κἂν τῇ διασκευῇ καὶ τάξει καὶ καταστάσει μάλιστα τοῦ διηγήματος· ὅπερ ἐστὶ καὶ τῆς σαφηνείας τὸ ἔντεχνον· ἡ γάρ τοι χρῆσις ἡ κατὰ τὰς εὐθείας τῶν περιόδων καὶ τοῖς ἰδιώταις πρόσεστι μάλιστα, καὶ εἰς ὑπτιότητα καὶ ταπεινότητα λίαν καταβιβάζει τὸν λόγον, ἄκρατος μάλιστα γινομένη. Ὅπερ οὗτος, εἰ καὶ τοῦ σαφοῦς εἶναι δοκεῖ, οὐ προσήκατο. Καὶ τῷ ἐλλείποντι δὲ τῶν τρόπων οὕτω κέχρηται, οὐ κατὰ τὰς περιοδικὰς ἐλλείψεις τοῦτο ποιῶν, ἀλλὰ κατά γε τὰς τῶν λέξεων, ὥστε μηδ' ἐλλείπειν διδόναι συναίσθησιν· καὶ

cum Attalo atque Alceta dimicaret; certatum esse prœlio ambiguo, ita tamen, ut inferior Asander discesserit.

42. Casandrum ab Antigono dissensisse, verum destitisse a seditione, Antipatro patre filium inhibente. In Phrygia tamen Casandrum cum parente congressum, ne a regibus longius discederet, sed Antigonum suspectum haberet, hortatum esse. Illum vero quum temperata sua prudentia, tum variis obsequiis atque virtute sua suspicionem pro viribus sustulisse. (43) Mitigatum itaque Antipatrum, de illis copiis, quas in Asiam secum transvexerat, peditum Macedonum Antigono octo millia et quingentos tradidisse, equitum vero externorum parem numerum, elephantorum quoque dimidiam partem, id est septuaginta, quo facilius bellum cum Eumene conficeret. (44) Ita Antigonum bellum hoc administrare exorsum esse; Antipatrum vero, acceptis regibus ceterisque copiis, in Macedoniam trajecturum abiisse. Tum iterum tumultuantes milites pecuniam postulasse, Antipatrumque promisisse, ubi Abydum pervenisset, illam sese curaturum, præbiturumque fortasse donativum universum; sin minus, majorem certe partem accepturos. (45) Hac ergo spe lactatos, absque seditione deinceps Abydum pervenisse; unde ipse noctu, deceptis astu militibus, una cum regibus Hellespontum trajecerit ad Lysimachum se conferens: postridie vero ipsos quoque transiisse, de pecunia poscenda in præsens quiescentes. Atque hoc libri decimi extremum est.

---

46. Est sane scriptor hic nemini eorum qui historiam optime contexuerunt postponendus. Nam et narrationum brevitate præstat, et importunis digressionibus aut crebra parenthesi continentem historiæ tenorem minime lædit. Novitatem habet orationis compositione potius quam verbis, idque ita, ut nullo modo neque clarior neque dilucidior fieri narratio possit. Dum vero significantes sonantesque ac teretes adhibet dictiones, æqualitate non minus quam granditate orationem temperat. Verborum item innovatio non est illi longe, sed e propinquo petita, et quæ lumen orationi vel maximum addat, ut sit dictionis quasi habitus quidam ac gestus potius quam mutatio consuetorum verborum. Quo fit ut et perspicuitas exoriatur, non in hac solum parte, sed etiam in apparatu, ordine et narrationis maxime compositione: quod ipsum est totum perspicuitatis artificium. Nam usus tractatioque simplicium ac rectarum periodorum vel apud indoctos plerumque reperitur, et ad supinum atque humile dicendi genus orationem nimium demittit, si merus ille atque impermistus usus. Quod hic noster (etsi ad perspicuitatem illud facere videatur) non admisit unquam. Tropis item ellipseos non ambitum ipsum verborum concidendo, sed voces singulas supprimendo ita utitur, ut ne percipiendi quidem

εἴ τις τὸ λεῖπον ἐπιχειροίη προσθεῖναι, εἰς τὸ παρέλκον ἂν ἐπιτεῖναι δόξαι, ἀλλὰ μὴ τοῦ ἐλλιποῦς ἐξευρεῖν τὴν ἀναπλήρωσιν. Ἄριστα δὲ αὐτοῦ καὶ τὸ πολυσχημάτιστον ἔχει, οὐκ ἀθρόον μεταβαλλόμενον ἀπὸ τῆς αὐτοσχηματίστου χρήσεως, ἀλλ' ἠρέμα καὶ ἐξ ἀρχῆς συμπλεκόμενον, ὡς μήτε τῷ προσκορεῖ ἀνιᾶν, μήτε τῷ ἀθρόῳ ποιεῖν ἐκταράττεσθαι. Καὶ ἁπλῶς, εἴ τις κατ' αὐτὸν ἐπὶ τοὺς ἱστορικοὺς ἀναχθείη λόγους, πολλοὺς καὶ τῶν ἀρχαίων ἴδοι τῆς αὐτοῦ τάξεως ἱσταμένους ταπεινότερον.

defectus vestigium ullum relinquat · idque adeo, ut si quis quod deest addere tentet, supervacaneum potius addidisse, quam defectum supplevisse merito censeatur. Schematum etiam copia optime orationem suam adornat; non enim repente et simul omnium obvium ac nativum usum immutat, sed sensim atque ab initio statim hæc commiscet. Ita neque satietate molestiam affert, neque repentina mutatione turbat. Denique ut semel dicam, si quis ad ceteros historicos accedens Arrianum comparaverit, multos etiam antiquorum humiliores eo deprehendat.

ΠΑΡΘΙΚΑ

ΕΝ ΒΙΒΛ. ΙΖ'.

PARTHICA

LIBRIS XVII.

Photius Bibl. cod. 58: Ἀνεγνώσθη Ἀῤῥιανοῦ Παρθικὰ ἐν βιβλίοις ιζ'. Οὗτος δὲ συντάττει πάντων ἄμεινον καὶ τὰ κατὰ Ἀλέξανδρον τὸν Μακεδόνα, ἔτι δὲ καὶ ἄλλην πραγματείαν, τὰ πάτρια τῆς Βιθυνίας, ἐξ ἧς καὶ αὐτὸς ἔφυ, ἐπιγράψας τὸ βιβλίον Βιθυνιακά· συγγράφεται δὲ καὶ τὰ κατὰ Ἀλανούς, ἣν ἐπέγραψεν Ἀλανικήν.

2. Διέρχεται δὲ ἐν ταύτῃ τῇ πραγματείᾳ τοὺς πολέμους, οὓς ἐπολέμησαν Ῥωμαῖοι καὶ Πάρθοι, Ῥωμαίων αὐτοκράτορος ὄντος Τραϊανοῦ. Φησὶ δὲ τὸ Πάρθων γένος Σκυθικὸν, ἀποστῆναι δὲ τῆς τῶν Μακεδόνων ἐπικρατείας, ἅμα Περσῶν καταστραφέντων, πάλαι δουλωθὲν, δι' αἰτίαν τοιαύτην. Ἀρσάκης καὶ Τηριδάτης ἤστην ἀδελφὼ Ἀρσακίδαι, τοῦ υἱοῦ Ἀρσάκου τοῦ Φριαπίτου ἀπόγονοι. Οὗτοι Φερεκλέα τὸν ὑπὸ Ἀντιόχου τοῦ βασιλέως (θεὸν αὐτὸν ἐπίκλην ὠνόμαζον) σατράπην αὐτῶν τῆς χώρας καταστάντα, ἐπεὶ τὸν ἕτερον τῶν ἀδελφῶν αἰσχρῶς ἐπείρασε βιασάμενος, οὐκ ἐνεγκόντες τὴν ὕβριν, ἀνεῖλόν τε τὸν ὑβρίσαντα, καὶ ἑτέροις πέντε τὴν πρᾶξιν ἀνακοινωσάμενοι· καὶ τὸ ἔθνος Μακεδόνων ἀπέστησαν, καὶ καθ' ἑαυτοὺς ἦρξαν, καὶ ἐπὶ μέγα δυνάμεως ἤλασαν, ὡς καὶ Ῥωμαίοις ἀντιῤῥόπους μάχας θέσθαι, ἐνίοτε δὲ καὶ μεθ' ἑαυτῶν τὴν νίκην ἔχοντας τοῦ πολέμου ἀπελθεῖν. (3) Πάρθους δέ φησιν ἐπὶ Σεσώστριδος τοῦ Αἰγυπτίων βασιλέως καὶ Ἰανδύσου τοῦ Σκυθῶν ἀπὸ τῆς σφῶν χώρας Σκυθίας εἰς τὴν νῦν μετοικῆσαι. Οὓς ὁ Ῥωμαίων αὐτοκράτωρ Τραϊανὸς κατὰ κράτος ταπεινώσας ὑποσπόνδους ἀφῆκεν, αὐτὸς αὐτοῖς τὸν βασιλέα καταστησάμενος.

4. Οὗτος ὁ Ἀῤῥιανὸς φιλόσοφος μὲν ἦν τὴν ἐπιστήμην, εἷς τῶν ὁμιλητῶν Ἐπικτήτου, κατὰ δὲ τοὺς χρόνους Ἀδριανοῦ καὶ Ἀντωνίνου τοῦ Πίου καὶ Μάρκου τοῦ Ἀντωνίνου ἐγνωρίζετο. Ἐπωνόμαζον δὲ αὐτὸν Ξενοφῶντα νέον. Διὰ δὲ τὸ τῆς παιδείας ἐπίσημον ἄλλας τε πολιτικὰς ἀρχὰς ἐπιστεύθη, καὶ εἰς τὸ τῶν ὑπάτων ἀνέβη τέλος. (5) Ἔγραψε δὲ βιβλία καὶ ἕτερα, τῶν μὲν Διατριβῶν Ἐπικτήτου τοῦ διδασκάλου ὅσα ἴσμεν βιβλία ὀκτώ,

Lecti sunt Arriani *Parthicorum libri septemdecim*. Hic item omnium optime *res gestas Alexandri* regis Macedonum conscripsit. Aliud item opus de Bithynia patria (hinc enim oriundus est) composuit, *Bithynicorum* titulo. Scripsit etiam res ab Alanis gestas, quem librum *Alanicam* inscripsit.

2. In primo illo opere bella a Parthis et Romanis gesta refert, ductu atque auspiciis Trajani imperatoris. Parthos ait a Scythis originem ducere, Macedonum autem imperium excussisse, Persis una rebellantibus, quum pridem servitutem servissent, hac de causa. Arsaces et Teridates fratres erant, Arsacidæ, filii Arsacis, Phriapitæ nepotes. Hi Phereclem ab Antiocho rege (quem Deum cognomento appellabant) terræ eorum satrapam constitutum, quod altero fratre abuti per vim fœde conaretur, contumeliam non ferentes necarunt, consciis etiam aliis quinque. Gentem itaque Macedonum pellentes, imperium ipsi arripuerunt, magnamque sunt potentiam consecuti, adeo ut vel cum Romanis æquo sæpe Marte contenderint, interdum etiam victoria potiti superiores discesserint. (3) Narrat ad hæc Parthos Sesostridis Ægyptiorum regis tempore, et Iandysi Scytharum, ex Scythia in eum, quem nunc tenent, locum demigrasse. Quibus Trajanus Romanorum imperator per vim fractis, fœdere icto, libertatem reliquit regemque ipse constituit.

4. Hic Arrianus professione philosophus, unus ex Epicteti familiaribus, Adriani et Antonini Pii et Marci Antonini Impp. temporibus viguit. Novi Xenophontis tulit cognomen. Ob singularem doctrinam quum alios magistratus gessit, tum ad ipsum quoque consulatum pervenit. (5) Scripsit et alia volumina: *Dissertationum Epicteti* præceptoris, quos novimus, *libros octo*: *Sermonum* vero ejusdem *Epicteti li-*

τῶν δὲ Ὁμιλιῶν τοῦ αὐτοῦ Ἐπικτήτου βιβλία δώδεκα. Ἰσχνὸς δὲ τὴν φράσιν ἐστὶ, καὶ μιμητὴς ὡς ἀληθῶς Ξενοφῶντος. Φασὶ δὲ αὐτὸν καὶ ἕτερα γράψαι, ἃ οὔπω εἰς ἡμετέραν ἀφίκετο γνῶσιν. Δῆλον δὲ ὡς οὐδὲ ῥητορικῆς σοφίας τε καὶ δυνάμεως ἀπελείπετο.

bros duodecim. Exilis illi dicendi character, et vere Xenophontis imitator est. Alia item scripsisse ferunt, quæ tamen in cognitionem nostram nondum pervenerunt. Certum sane illud, rhetoricæ nequaquam sapientiæ ac facultatis imperitum fuisse.

ΒΙΘΥΝΙΑΚΑ

ΕΝ ΒΙΒΛΙΟΙΣ. Η′.

Photius Bibl. cod. 93 : Ἀνεγνώσθη τοῦ αὐτοῦ τὰ Βιθυνιακὰ, ἐν βιβλίοις ὀκτὼ, ἐν οἷς τά τε μυθικὰ τὰ περὶ Βιθυνίας καὶ τἆλλα, ὅσα συνέστη περὶ αὐτὴν, εἰς λεπτὸν ἀναγράφει, τῇ πατρίδι δῶρον ἀναφέρων τὰ πάτρια. Νικομήδειον γάρ τι τὸ γένος αὐτοῦ ἐν ταύτῃ τῇ συγγραφῇ διορίζει, ἐν αὐτῇ τε γεννηθῆναι καὶ τραφῆναι καὶ παιδευθῆναι, καὶ ἱερέα τῆς Δήμητρος καὶ τῆς παιδὸς αὐτῆς, αἷς καὶ τὴν πόλιν ἀνακεῖσθαί φησι, χρηματίσαι. (2) Μέμνηται δὲ ἐν ταύτῃ τῇ συγγαφῇ καὶ ἑτέρων πραγματειῶν. Ὧν ἡ μὲν, ὅσα Τιμολέοντι τῷ Κορινθίῳ κατὰ Σικελίαν ἐπράχθη, διαλαμβάνει· ἡ δὲ τὰ Δίωνι τῷ Συρακουσίῳ ὅσα ἀξιαφήγητα ἔργα ἐπετελέσθη, ἡνίκα τὰς Συρακούσας καὶ πᾶσαν Σικελίαν ἀπὸ τοῦ δευτέρου Διονυσίου, ὃς ἦν παῖς τοῦ προτέρου, ἠλευθέρου, καὶ τῶν βαρβάρων, οὓς ὑπὲρ τοῦ βεβαίως τυραννεῖν Διονύσιος ἐπηγάγετο. (3) Φαίνεται δὲ τετάρτην γράφων τὴν τῆς πατρίδος ἀφήγησιν· μετὰ γὰρ τὰ περὶ Ἀλέξανδρον καὶ Τιμολέοντα, καὶ Δίωνα [μετὰ τὰς περὶ αὐτοὺς ἱστορίας] ἥδε αὐτῷ ἡ συγγραφὴ ἐξεπονήθη, ἐξ ἀρχῆς μὲν, ἀφ' οὗ γράφειν ἴσχυσε, ταύτην ἐνστήσασθαι καὶ συντάξαι τὴν ὑπόθεσιν βουληθέντι, τῆς δὲ παρασκευῆς τῷ ἐνδεῶς αὐτὸν ἔχειν παρατεινάσης τὸν χρόνον· ταύτην γὰρ αὐτὸς τῆς ἐπὶ τούτῳ βραδυτῆτος ἀποδίδωσιν αἰτίαν. (4) Ἄρχεται μὲν οὖν, ὥσπερ εἴρηται, ἀπὸ τῶν μυθικῶν τῆς ἱστορίας, κάτεισι δὲ μέχρι τελευτῆς τοῦ ἐσχάτου Νικομήδους, ὃς τελευτῶν τὴν βασιλείαν Ῥωμαίοις κατὰ διαθήκας ἀπέλιπεν, οὔπω βασιλευομένοις μετὰ τὴν τοῦ Ταρκυνίου ἐξέλασιν.

BITHYNICA

LIBRIS VIII.

Legi *Bithynica* ejusdem *libris octo*, quibus de Bithynia fabulosas narrationes ceteraque ad eam pertinentia accurate perscribit : patriæ nimirum patriam historiam offerens. Nicomedia enim genus se ducere hoc opere ostendit ; eaque in urbe natum, educatum et tum litteris imbutum, sacerdotium Cereris ejusque filiæ Proserpinæ (quibus sacram esse urbem scribit) gessisse. (2) Meminit vero hoc ipso in libro et aliorum operum : quorum alterum quidem *Timoleontis Corinthii res in Sicilia gestas* continet; alterum vero *res Dionis Syracusani* memoratu dignas refert, quum Syracusas hic omnemque adeo Siciliam a Dionysii secundi, qui primi filius fuit, tyrannide liberavit, insuperque a barbaris, quos ut tyrannidem firmaret, Dionysius eo adduxerat. (3) Apparet vero hoc opus, quo patriam descripsit, post Alexandri Magni, Timoleontis et Dionis rerum gestarum historias, quarto loco confectum esse. Quamquam enim quum primum vires ad scribendum nactus esset, hoc argumentum tractandum sibi proposuisset, serius tamen id absolvisse, quoniam materia necessaria tum nondum congesta esset. Hanc enim ipsemet cessationis causam affert. (4) Incipit igitur, uti jam diximus, a mythicæ historiæ temporibus, descendit vero usque ad finem Nicomedis ultimi, qui moriens Romanis regnum testamento reliquit, qui quidem Romani jam inde a Tarquinii expulsione regibus parere desierant.

ΕΚΤΑΞΙΣ ΚΑΤ' ΑΛΑΝΩΝ.

Ἡγεῖσθαι μὲν τῆς πάσης στρατιᾶς τοὺς κατασκόπους ἱππέας ἐπὶ δυοῖν τεταγμένους σὺν τῷ οἰκείῳ ἡγεμόνι. Ἐπὶ τούτοις δὲ τοὺς ἱπποτοξότας τοὺς Πετραίους, καὶ τούτους ἐπὶ δυοῖν. Ἀγόντων δὲ αὐτοὺς οἱ δεκαδάρχαι. Ἐπὶ δὲ τούτοις ἐπιτετάχθων οἱ ἀπὸ τῆς εἴλης ᾗτινι Ἰσαυριανοὶ ὄνομα. Συντετάχθων δὲ αὐτοῖς οἱ τῆς σπείρης τῆς τετάρτης τῶν Ῥαίων [Ῥαιτῶν?] ἧς ἄρχων Δάφνης Κορίνθιος. Ἐπὶ τούτοις δὲ οἱ ἀπὸ τῆς εἴλης, ᾗ ὄνομα Κολῶνες [Κολωνεῖς?]. Συντετάχθων δὲ αὐτοῖς Ἰτυραῖοι καὶ Κυρηναῖοι καὶ οἱ ἀπὸ τῆς πρώτης Ῥαιτικῆς. Συμπάντων δὲ τούτων ἀρχέτω Δημήτριος. (2) Ἐπὶ τούτοις δὲ οἱ Κελτοὶ ἱππεῖς, καὶ αὐτοὶ ἐπὶ δυοῖν, καὶ τούτων ἡγείσθω ἑκατόνταρχος, ὥσπερ ἐπὶ στρατοπέδου.

3. Πεζοὶ δὲ ἐπὶ τούτοις τετάχθων, τὰ σημεῖα ἀνατεταμένα πρὸ σφῶν ἔχοντες, οἵ τε Ἰταλοὶ καὶ Κυρηναίων οἱ παρόντες. Πάντων δὲ ἡγείσθω Πούλχερ, ὅσπερ ἄρχει τοῖς Ἰταλοῖς. Βοσπορανοὶ δὲ ἐπὶ τούτοις πεζοὶ ἰόντων, ἡγεμόνα παρεχόμενοι Λαμπροκλέα, καὶ οἱ Νομάδες ἐπὶ τούτοις ὑποτεταγμένοι Βήρῳ τῷ σφετέρῳ ἄρχοντι. (4) Ἡ τάξις δὲ ἔστω εἰς ὁπλίτας τέσσαρας. Αὐτῶν δὲ τούτων ὅσοι τοξόται ἡγείσθων. Τὰς δὲ πλευρὰς τῆς τάξεως φυλαττόντων ἑκατέρωθεν οἱ ἱππεῖς οἱ Ἀκεῖοι [Ἀκαῖοι? Ἀχαιοί?]. Ἐπὶ δὲ τούτοις οἱ ἐπίλεκτοι ἱππεῖς ἴτωσαν, καὶ ἐπὶ τούτοις οἱ ἀπὸ τῆς φάλαγγος ἱππεῖς. Ἔπειτα οἱ καταπέλται. (5) Ἔπειτα τὸ σημεῖον τῆς πεντεκαιδεκάτης φάλαγγος, καὶ ἀμφ' αὐτῷ δὲ ὁ ἡγεμὼν τῆς φάλαγγος Οὐάλης, καὶ ὁ ὕπαρχος καὶ οἱ χιλιάρχαι οἷς τέτακται καὶ ἑκατόνταρχοι [καὶ] οἱ τῆς πρώτης σπείρης ἐπιστάται. Πρὸς δὲ τοῦ σημείου τοῦ τῶν πεζῶν οἱ ἀκοντισταὶ τετάχθων. Αὐτοὺς δὲ τοὺς πεζοὺς ἐπὶ δ' τεταγμένους εἶναι. (6) Ἐπὶ δὲ τῇ ιε' φάλαγγι τετάχθω τὸ σημεῖον τῆς δωδεκάτης φάλαγγος, καὶ χιλιάρχαι ἀμφ' αὐτῷ καὶ ἑκατοντάρχαι. Ἐπὶ δ' ὡσαύτως καὶ ἥδε ἡ φάλαγξ ἴτω τεταγμένη.

7. Ἐπὶ δὲ τῷ ὁπλιτικῷ τετάχθω τὸ συμμαχικὸν, οἵ τε ἀπὸ τῆς μικρᾶς Ἀρμενίας καὶ Τραπεζουντίων οἱ ὁπλῖται καὶ Κόλχοι καὶ Ῥιζιανοὶ οἱ λογχοφόροι. Ἐπιτετάχθων δὲ αὐτοῖς οἱ Ἀπλανοὶ [Ἀλβανοὶ?] πεζοί. Παντὸς δὲ τοῦ συμμαχικοῦ ἡγεμὼν ἔστω Σεκουλῖνος, ὅσπερ τῶν Ἀπλανῶν ἡγεῖται. (8) Ἐπὶ τούτοις δὲ τὰ σκευοφόρα ἑπέσθω. Οὐραγείτω δὲ ἡ εἴλη τῶν Γετῶν καὶ ὁ ταύτης εἰλάρχης. (9) Τὰς πλευρὰς δὲ τοῦ πεζικοῦ κοσμούντων μὲν καὶ ἑκατοντάρχαι καὶ [οἱ] ἐπὶ τῷδε τεταγμένοι, φυλακῆς δὲ ἕνεκα, εἴλη ἡ Ἀλλακτικὴ [Καλακτικὴ?] παριππευέτω ἐπὶ ἕνα στοῖχον ἑκατέρωθεν τεταγμένη, καὶ οἱ τῶν Ἰταλῶν ἱππεῖς. Ὁ δὲ εἰλάρχης αὐτῶν ἐπιφοιτάτω ταῖς πλευραῖς. (10) Ὁ δὲ ἡγεμὼν τῆς πάσης

ACIES CONTRA ALANOS.

Præeant universum exercitum equites speculatores, qui bini collocentur suo sub duce. Post hos ponantur sagittarii equites Petræi, bini item, quos ducant decuriones. His subjungatur turma Isaurianorum. Componatur iis manipulus quartus *Rhætorum,* cujus dux Daphnes Corinthius. Post hos turma Colonensium. Adjungantur iis Ituræi et Cyrenæi et primus manipulus Rhæticus. Hisce omnibus imperet Demetrius. (2) Post eos collocentur Celtæ equites, ipsi quoque bini, quos ducat centurio, sicuti in castris.

3. Sequantur pedites, erectis ante se signis, Itali et Cyrenæi, quotquot adsunt. Eos omnes ducat Pulcher, Italorum præfectus. Post hos incedant Bosporiani pedites sub Lamprocle duce et subjuncti iis Numidæ sub Vero præfecto suo. (4) Acies sit hoplitarum quaternorum. Hos ipsos præcedant quotquot sunt sagittariorum. Latera aciei utrimque tueantur equites Acæi. Post hos selecti equites legionis. Deinde catapultæ. (5) Deinde signum legionis decimæ quintæ, et juxta id dux legionis Valens et legatus et chiliarchæ, quibus jussum est, et centuriones et primæ cohortis epistatæ. Ante signum vero peditum jaculatores collocentur. Ipsi pedites ponantur per ordines quaternorum. (6) Post decimam quintam legionem collocetur signum legionis duodecimæ, et juxta id chiliarchæ et centuriones. Quaterni item hujus quoque legionis milites incedant ordinati.

7. Post hunc gravis armaturæ exercitum collocentur socii ex Armenia minori et Trapezuntiorum graviter armati et Colchi et Rhiziani lancearii. Subjungantur iis Aplani (?) pedites. Totius autem sociorum exercitus dux sit Seculinus, qui est Aplanorum præfectus. (8) Deinde sequantur impedimenta. Agmen claudat turma Getarum sub duce suo. (9) Latera exercitus pedestris ordinent centuriones et qui ad hoc constituti. Præsidii gratia turma *Calactica* ad utrumque latus equitet uno versu ordinata, nec non Itali equites. Præfectus eorum lateribus adequitet. (10) Dux vero

στρατιᾶς Ξενοφῶν τὸ πολὺ μὲν πρὸ τῶν σημείων τῶν πεζικῶν ἡγείσθω, ἐπιφοιτάτω δὲ πάσῃ τῇ τάξει, καὶ ἐπισκοπείτω ὅπως τεταγμένοι ἴωσι, καὶ τοὺς μὲν ἀτακτοῦντας εἰς τάξιν ἐπαναγέτω, τοὺς δὲ ἐν κόσμῳ ἰόντας ἐπαινείτω.

11. Οὕτω μὲν τεταγμένους ἰέναι. Ἐλθόντας δὲ εἰς τὸ ἀποδεδειγμένον χωρίον, τὴν μὲν ἵππον πᾶσαν περιστῆναι ἐν κύκλῳ εἰς τετράγωνον τάξιν, τοὺς κατασκόπους δὲ πέμψαι εἰς τὰ ὑπερδέξια χωρία, ἀποσκοπῆς ἕνεκα τῶν πολεμίων. Ἐνταῦθα δὲ ἀπὸ σημείου ὁπλίζεσθαι σιγῇ, ὁπλισαμένους δὲ εἰς τάξιν καθίστασθαι. (12) Ἡ τάξις δὲ ἔστω ἥδε. Τὸ μὲν κέρας ἑκάτερον τῶν πεζῶν τὰ ὑπερδέξια ἐχέτω τῶν χωρίων, ὅτι ἐν τοιῷδε ἡ ἔκταξις ἔσται. Ἐπετετάχθων δὲ τῷ κέρατι τῷ μὲν δεξιῷ οἱ ἀμφὶ Οὐασάκην καὶ Ἄρβηλον Ἀρμένιοι, τὸ ὑπερδεξιώτατον τοῦ κέρως ἔχοντες, ὅτι τοξόται εἰσὶν οἱ σύμπαντες. (13) Προτετάχθων δὲ αὐτῶν οἱ τῆς σπείρης τῆς Ἰταλικῆς πεζοί. Πάντων δὲ ἡγείσθω Πούλχερ, ὅστις καὶ τῆς σπείρης τῆς Ἰταλικῆς ἄρχει. Καὶ τούτῳ ἐπιτετράφθω αὐτός τε καὶ ὁ Οὐασάκης καὶ Ἄρβηλος καὶ τὸ ἐκείνων ἱππικόν τε καὶ πεζικόν.

14. Ἐπὶ δὲ τοῦ ἀριστεροῦ τετάχθων καὶ οὗτοι τὸ ὑπερδεξιώτατον τοῦ κέρως ἔχοντες οἵ τε ἀπὸ τῆς μικρᾶς Ἀρμενίας σύμμαχοι καὶ οἱ Τραπεζουντίων γυμνῆτες καὶ οἱ Ῥιζιανοὶ λογχοφόροι. (14) Προτετάχθων δὲ καὶ τούτων οἱ Ἀπλανοὶ οἱ διακόσιοι, καὶ Κυρηναῖοι οἱ ἑκατὸν, ὡς προβολὴν μὲν εἶναι πρὸ τῶν ἀκοντιστῶν τοὺς ὁπλίτας, τοὺς δὲ ὑπερακοντίζειν ἐκ τοῦ ὑπερδεξιοῦ. (15) Τὸ δὲ ἐν μέσῳ σύμπαν τὸ μὲν δεξιὸν ἐχέτω ἡ πεζικὴ φάλαγξ ἡ πεντεκαιδεκάτη ὑπὲρ τὸ μέσον τοῦ παντὸς χωρίου, ὅτι πολὺ πλείονες πλήθει οὗτοί εἰσι. Τὸ δὲ ὑπόλοιπον τοῦ ἀριστεροῦ ἐκπληρούντων οἱ τῆς δωδεκάτης φάλαγγος πεζοὶ ἔστε ἐπὶ τὸ ἄκρον τοῦ κέρως τοῦ ἀριστεροῦ· τετάχθω δὲ ἐπὶ ὀκτὼ, καὶ πυκνὴ αὐτοῖς ἔστω ἡ σύγκλεισις. (16) Καὶ αἱ μὲν πρῶται τέσσαρες τάξεις ἔστωσαν κοντοφόρων, ὧν δὴ κοντοῖς μακρὰ καὶ ἐπιλεπτὰ τὰ σιδήρια προῆπται. Καὶ τούτους οἱ μὲν πρωτοστάται εἰς προβολὴν ἐχόντων, ὡς εἰ πελάζοιεν αὐτοῖς οἱ πολέμιοι, κατὰ τὰ στήθη μάλιστα τῶν ἵππων τίθεσθαι τῶν κόντων τὸν σίδηρον. (17) Οἱ δευτεροστάται δὲ καὶ οἱ τῆς τρίτης καὶ τετάρτης τάξεως, εἰς ἀκοντισμὸν προβεβλήσθων τοὺς κόντους, ὅπου ἂν τύχοιεν καὶ ἵππους τρώσοντες, καὶ ἱππότην κατακανοῦντες, καὶ θυρεῷ καὶ καταφράκτῳ θώρακι ἐμπαγέντος τοῦ κόντου, καὶ διὰ μαλακότητα τοῦ σιδήρου ἐπικαμφθέντος, ἀχρεῖον τὴν ἀναβάτην ποιήσοντες. (18) Αἱ δὲ ἐφεξῆς τάξεις τῶν λογχοφόρων ἔστωσαν. Ἐνάτη δὲ ἐπὶ τούτοις ἔστω τάξις οἱ πεζοὶ τοξόται, οἱ τῶν Νομάδων καὶ Κυρηναίων καὶ Βοσποριανῶν τε καὶ Ἰτουραίων. (19) Μηχαναὶ δὲ ἐφεστηκέτωσαν τῷ κέρατι ἑκατέρῳ, ὡς πορρωτάτω προσιόντων τῶν πολεμίων ἐξακοντίζειν, καὶ κατόπιν τῆς πάσης φάλαγγος.

20. Τὸ δὲ ἱππικὸν ξύμπαν κατὰ εἴλας καὶ λόχους ὀκτὼ ξυντεταγμένον ἐφεστάτω τοῖς πεζοῖς, τὸ μὲν τοῖς

universi exercitus Xenophon utplurimum ante signa peditum se teneat, interdum vero totam aciem percurrens videat ut bene ordinati procedant : qui locum suum deseruerint, eos in ordinem reducat; ordinem uti decet servantes collaudet.

11. Hunc in modum dispositi progrediantur. Quum autem venerint in locum designatum, equitatus universus circumcirca collocetur acie quadrata. Speculatores vero in loca editiora mittantur, qui hostem observent. Tum dato signo arment se silentio, armatique suum quisque locum obtineant. (12) Ordinatio autem aciei hæc sit. Cornu utrumque peditum editiora loca occupet, quandoquidem in ejusmodi regione erit aciei instructio. Ad dextrum cornu collocentur qui sub Vasace et Arbelo sunt Armenii, summamque hujus cornu partem teneant, quum omnes sint sagittarii. (13) Ante eos collocentur pedites cohortis Italicæ. Omnes hos ducat Pulcher, cohortis Italicæ præfectus, eique committantur et sua ipsius manus et qui cum Vasace et Arbelo sunt equites peditesque.

14. In sinistro cornu item summam ejus partem tenentes collocentur ex Armenia minori socii et Trapezuntiorum levis armaturæ milites et Riziani lancearii. Ante hos quoque ponantur Aplani ducenti et Cyrenæi centum, qui gravis armaturæ milites propugnaculi loco sint jaculatoribus supra capita eorum ex editiore tela emittentibus. (15) Spatii intermedii dextrum latus universum obtineat pedestris legio decima quinta, supra medium totius loci se extendens, quippe quæ numero longe superior sit. Quod restat spatium sinistri lateris expleant duodecimæ legionis pedites usque ad extremum cornu sinistrum. Ordines sint octo, iique densi collocentur. Ac priores quidem ordines quattuor contos gestantium sunto, qui longa et tenuia contis ferramenta præfixa habent. (16) Contos protostatæ ante se teneant projectos ita, ut si appropinquarint iis hostes, contra pectora maxime equorum ferrum dirigatur. (17) Qui vero secundi stant et tertii quartique, ad ejaculationem contos paratos teneant, ut, ubicumque possint, et equos vulnerent et equites vel occidant vel in clypeum et loricatum thoracem conto impacto, ubi ferrum propter mollitiem se inflexerit, ad pugnam inutilem sessorem reddant. (18) Sequentes ordines (*quattuor*) hastatorum sunto. Nonus vero post hos ordo sit peditum sagittariorum, Nomadum scilicet et Cyrenæorum et Ituræorum. (19) Porro machinæ ponantur et in cornu utroque, unde quam longissime in hostem accedentem missilia jaciant, et pone omnem phalangem.

20. Equitatus universus in turmas et lochos octo distributus post pedites locum obtineat : atque in cornubus qui-

κέρασιν ἑκατέροις προβολὴν ἔχον τοὺς ὁπλίτας πρὸ σφῶν καὶ τοὺς τοξότας, λόχοι δύο· τὸ δὲ τῇ μέσῃ φάλαγγι, λόχοι ἕξ * μημων [ἐπιστήτω? ἐπιστήτωσαν?]. (21) Τούτων δὲ ὅσοι μὲν ἱπποτοξόται πλησίον τῆς φάλαγγος ἐφεστηκέτωσαν, ὡς ὑπερτοξεύειν ὑπὲρ αὐτῆς· ὅσοι δὲ λογχοφόροι ἢ κοντοφόροι ἢ μαχαιροφόροι ἢ πελεκοφόροι εἰς τὰ πλάγιά τε ἑκατέρωθεν ὁρώντων (ἢ) καὶ τὸ ξύνθημα προσμενόντων. (22) Οἱ δὲ ἐπίλεκτοι ἱππεῖς ἀμφ' αὐτὸν Ξενοφῶντα ἔστωσαν, καὶ τῶν ἀπὸ τῆς φάλαγγος τῶν πεζῶν ὅσον εἰς διακοσίους, οἱ σωματοφύλακες, καὶ ἑκατοντάρχαι, ὅσοι τοῖς ἐπιλέκτοις ξυντεταγμένοι ἢ τῶν σωματοφυλάκων ἡγεμόνες, καὶ δεκάρχαι οἱ τῶν ἐπιλέκτων. (23) Ἔστωσαν δὲ ἀμφ' αὐτὸν * ας [καὶ ἐς?] ἑκατὸν κούφων λογχοφόρων, ὡς πᾶσαν ἐπιφοιτῶν τὴν φάλαγγα ὅπου τι ἐνδεὲς καταμανθάνοι, ἐκεῖνο ἴδοι καὶ θεραπεύοι. (21) Ἡγείσθω δὲ τοῦ μὲν δεξιοῦ κέρως παντὸς ξὺν τῷ ἱππικῷ Οὐάλης, ὅσπερ καὶ τῆς πεντεκαιδεκάτης φάλαγγος ἡγεμών ἐστιν· τοῦ δὲ ἀριστεροῦ οἱ χιλιάρχαι τῆς δωδεκάτης.

25. Οὕτω δὲ ταχθέντων, σιγὴ ἔστω ἔστ' ἂν πελάζωσιν ἐντὸς βέλους οἱ πολέμιοι· πελαζόντων δὲ ἤδη, ὡς μέγιστον καὶ φοβερώτατον ἀλαλάξειν ξύμπαντας τῷ ἐνυαλίῳ. Καὶ βέλη τε ἀπὸ μηχανῶν καὶ λίθους ἀφίεσθαι, καὶ βέλη ἀπὸ τόξων, καὶ λόγχας οἱ λογχοφόροι ἀκοντιζέτωσαν, οἵ τε ψιλοὶ καὶ οἱ θειρασταί [θυρεαφόροι?]. Φερέσθωσαν δὲ καὶ λίθοι εἰς τοὺς πολεμίους ἀπὸ τοῦ ξυμμαχικοῦ ἐκ τῶν ὑπερδεξίων· καὶ τὸ πᾶν ἀκροβολισμὸς ἔστω πανταχόθεν ὡς ἔνι πυκνότατος εἰς ταραξίν τε τῶν ἵππων καὶ ὄλεθρον τῶν πολεμίων ἱππέων. (26) Καὶ ἐλπὶς μὲν ὑπὸ τοῦ ἀδιηγήτου πλήθους τῶν βελῶν μὴ ἐπὶ πλεῖον πελάσειν τῇ πεζικῇ φάλαγγι ἐπελαύνοντας τοὺς Σκύθας· εἰ δὲ δὴ πελάζοιεν, ἐγχρίμψαντας ταῖς ἀσπίσι καὶ τοῖς ὤμοις ἀντερείσαντας δέχεσθαι τὴν προσβολὴν ὡς καρτερώτατα καὶ τῇ συγκλείσει πυκνοτάτῃ τὰς πρώτας τρεῖς τάξεις ξυνερειδούσας σφίσιν ὡς βιαιότατον οἷόν τε· τὴν τετάρτην δὲ ὑπερακοντίζειν τὰς λόγχας· καὶ τὴν τρίτην (?) παίειν ἢ ἀκοντίζειν τοῖς κόντοις ἀφειδῶς, ἔς τε ἵππους καὶ αὐτούς. (27) Ἀπωσθέντων δέ, εἰ μὲν φυγὴ λαμπρὰ γένηται, διαχωρεῖν δεῖ τὰς πεζικὰς τάξεις καὶ ἐπελαύνειν τοὺς ἱππέας, μὴ πάντας τοὺς λόχους, ἀλλὰ τοὺς ἡμίσεας. Τετάχθαι δὲ πρώτους, οἵτινες καὶ πρῶτοι ἐπελάσουσιν. (28) Τοὺς δὲ ἄλλους ἡμίσεας ἕπεσθαι μὲν τοῖς ἐπελαύνουσιν, ἐν τάξει δὲ καὶ μὴ παντελεῖ τῇ διώξει χρωμένους, ὡς εἰ μὲν φυγὴ καρτερὰ κατέχοι, ἐκδέξασθαι τὴν πρώτην δίωξιν ἀκμήτοις τοῖς ἵπποις, εἰ δέ τις ἐπιστροφὴ καταλαμβάνοι, ἐπιτίθεσθαι τοῖς ἐπιστρέφουσιν· (29) ὁμοῦ δὲ οἵ τε Ἀρμένιοι τοξόται ἐπελαύνοντες τοξευόντων, ὡς μὴ παρασχεῖν ἀναστροφὴν τοῖς φεύγουσι, καὶ οἱ λογχοφόροι οἱ γυμνῆτες δρόμῳ ἑπέσθωσαν· μένειν δὲ μηδὲ τὴν πεζικὴν τάξιν ἐν χώρᾳ ἔτι, ἀλλὰ προχωρεῖν θᾶττον ἢ βάδην, ὡς εἴ τι καρτερώτερον ἀπαντοίη ἀπὸ τῶν πολεμίων, αὖθις εἶναι προβολὴν πρὸ τῶν ἱππέων.

dem utrisque propugnaculi loco graviter armatos et sagittarios ante se habentes lochi duo, in media autem phalange lochi sex *collocentur*. (21) Ex his equitibus quicumque sagittarii sunt proxime adstent phalangi, ut supra eam sagittas transmittant; quotquot vero hastas vel contos vel gladios vel secures gestant, in transversum utrimque vultus obvertant signumque exspectent. (22) Selecti autem equites circa ipsum Xenophontem sunto, et ex peditibus phalangis circiter ducenti corporis custodes, atque centuriones qui vel selectis vel corporis custodibus præpositi sunt, nec non decuriones selectorum. (23) Præterea Xenophonti adjungantur etiam centum *circiter* leves lancearii, ut omnem obiens aciem, ubi quid deficere compererit, id inspicere possit et curare. (24) Dextrum cornu totum cum equitatu ducat Valens legioni decimæ quintæ præfectus; sinistrum ducant chiliarchæ legionis duodecimæ.

25. Ordinato hunc in modum exercitu, silentium sit usque dum intra teli jactum hostes accesserint. Ubi vero jamjam in propinquo sunt, tum summum maximeque horrendum cuncti edant clamorem; telaque e machinis lapidesque et ex arcubus sagittæ immittantur, lanceasque jaculentur lancearii atque velites simul et *scutigeri*. Lapides quoque de locis editioribus in hostes sociorum manu conjiciantur; ac omnino undique sit telorum emissio quam potest creberrima in terrorem equorum atque perniciem equitum adversariorum. (26) Ita spes est fore ut propter immanem telorum multitudinem propius accedere ad pedestrem phalangem irruentes Scythæ non audeant. Sin nihilominus hostis appropinquet, tum priores tres ordines objectis clypeis et humeris se fulcientes impetum fortissime, et dense admodum se constipantes summa qua fieri potest vi sustineant; quartus autem supra priores jacula transmittat. Etiam tertius sine intermissione feriat et jaculetur contis in equos ipsosque equites. (27) Repulsus hostis si aperte fugam capessat, tum equites per peditum ordines digressi insequantur, non omnes tamen lochi, sed dimidia tantum pars. Primique eorum ponantur qui primi etiam impetum facturi sunt. (28) Altera pars dimidia sequatur quidem, sed agmine composito et ab insecutione prorsus abstinens, ut, si longior fuga fiat, priorem partem in negotio excipere possit equis integris; sin vertant se hostes, in vertentes impetum faciat. (29) Simul vero Armenii sagittarii incurrentes sagittis hostes appetant, ut nulla fugientibus convertendi se detur potestas. Porro lancearii quoque leves cursu sequantur. Neque ipsa jam pedestris phalanx diutius in loco suo maneat, sed accelerato gressu procedat, ut si fortius aliquid ab hoste agatur, iterum præsidio esse equitibus possit.

30. Τάδε μὲν γίνεσθαι, εἰ ἀπὸ τῆς πρώτης προσβολῆς φυγὴ κατάσχοι τοὺς ἐναντίους· εἰ δὲ ἐπιστραφέντες ἐς κύκλους ὑπὲρ τὰ κέρατα παρελαύνειν ἐθέλοιεν, ἀνατείνεσθαι μὲν [ἐς] τὰ ὑπερδεξιώτερα ἔτι τὰ κέρατα αὐτῆς τῆς ψιλῆς τοξείας· ὡς οὐ δοκιμάζω μήποτε ἀσθενῆ τῇ ἀνατάσει τὰ κέρατα γινόμενα ἰδόντες δι' αὐτῶν ὤσαιντο καὶ διακόψαιεν τὸ πεζικόν. (31) Ὑπερβαλλόντων δὲ τὰ κέρατα ἑκάτερα, ἢ τὸ ἕτερον οὖν, πᾶσα ἤδη ἀνάγκη πλαγίους μὲν αὐτοῖς γίνεσθαι τοὺς ἵππους, πλαγίους δὲ τοὺς κόντους. Ἐνταῦθα δὴ ἐμβαλλόντων ἐς αὐτοὺς οἱ ἱππεῖς, μὴ ἀκοντισμῷ ἔτι, ἀλλὰ ταῖς σπάθαις αὐτῶν συμφερόμενοι, οἱ δὲ ταῖς πελέκεσιν. Οἱ δὲ Σκύθαι γυμνοί τε ὄντες καὶ τοὺς ἵππους γυμνοὺς ἔχοντες * * *

30. Atque hæc quidem fiant, si post primum statim impetum in fugam se hostis dederit. Sin conversione facta circumire cornua tentet, in ulterius adhuc cornua leviter armatorum extendantur. Neque enim probabile mihi videtur hostes cornua extensione ista rare facta videntes perrupturos per ea adeoque discissuros esse exercitum pedestrem. Sin vero superant cornu vel utrumque vel alterutrum, necesse prorsus est ut transversi iis statuantur equites contique. Tum autem irrumpentes equites non jaculis jam, sed gladiis vel etiam securibus eos adoriantur Scythæ quum corpora nullis tecta armis præbeant, neque equos munitos habeant, ***

ΑΡΡΙΑΝΟΥ ΕΠΙΣΤΟΛΗ

ΠΡΟΣ ΤΡΑΙΑΝΟΝ [ΑΔΡΙΑΝΟΝ]

ΕΝ Ἧ ΚΑΙ

ΠΕΡΙΠΛΟΥΣ ΕΥΞΕΙΝΟΥ ΠΟΝΤΟΥ.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΙ ΚΑΙΣΑΡΙ ΤΡΑΙΑΝΩι ΑΔΡΙΑΝΩι ΣΕΒΑΣΤΩι ΑΡΡΙΑΝΟΣ ΧΑΙΡΕΙΝ.

I. Εἰς Τραπεζοῦντα ἥκομεν, πόλιν Ἑλληνίδα, ὡς λέγει ὁ Ξενοφῶν ἐκεῖνος, ἐπὶ θαλάττῃ ᾠκισμένην, Σινωπέων ἄποικον. Καὶ τὴν μὲν θάλασσαν τὴν τοῦ Εὐξείνου ἄσμενοι κατείδομεν, ὅθενπερ καὶ Ξενοφῶν ἐκεῖνος καὶ σύ. (2) Καὶ οἱ βωμοὶ ἀνεστᾶσιν ἤδη, λίθου μέντοι γε τοῦ τραχέος, καὶ τὰ γράμματα διὰ τοῦτο οὐκ εὔδηλα κεχάρακται· τὸ δὲ Ἑλληνικὸν ἐπίγραμμα καὶ ἡμαρτημένως γέγραπται, οἷα δὴ ὑπὸ βαρβάρων γραφέν. Ἔγνωκα οὖν τούς τε βωμοὺς λίθου λευκοῦ ἀναθεῖναι, καὶ τὰ ἐπιγράμματα ἐγχαράξαι εὐσήμοις τοῖς γράμμασιν. (3) Ὁ μὲν γὰρ ἀνδριὰς ἕστηκεν ὁ σὸς τῷ μὲν σχήματι ἡδέως· ἀποδείκνυσι γὰρ τὴν θάλατταν· τὴν δὲ ἐργασίαν οὔτε ὅμοιός σοι οὔτε ἄλλως καλός· (4) ὥστε πέμψον ἀνδριάντα ἄξιον ἐπονομάζεσθαι σὸν ἐν τῷ αὐτῷ τούτῳ σχήματι· τὸ γὰρ χωρίον ἐπιτηδειότατον εἰς μνήμην αἰώνιον.

II. Πεποίηται δὲ καὶ ὁ νεὼς λίθου τετραγώνου, οὐ φαῦλος· ἀλλὰ τὸ τοῦ Ἑρμοῦ ἄγαλμα οὔτε τοῦ νεὼ ἄξιόν ἐστιν οὔτε αὐτοῦ τοῦ χωρίου. Εἰ δέ σοι δοκεῖ, πέμψον μοι πεντάπουν μάλιστα Ἑρμοῦ ἄγαλμα· τηλικοῦτον γάρ μοι δοκεῖ ἔσεσθαι ὥς γε πρὸς τὸν νεὼν σύμμετρον· καὶ ἄλλο τοῦ Φιλησίου τετράπουν. (2) Οὐ γὰρ ἀπὸ τρόπου δοκεῖ μοι σύνναος καὶ σύμβωμος ἔσεσθαι τῷ προπάτορι. Καὶ ὁ μέν τις τῷ Ἑρμῇ, ὁ δὲ τῷ Φιλησίῳ, ὁ δὲ καὶ ἀμφοῖν θύσει παριών. Χαριοῦνται δὲ καὶ οὗτοι κἀκεῖνοι τῷ τε Ἑρμῇ καὶ τῷ Φιλησίῳ· τῷ μὲν Ἑρμῇ, ὅτι τὸν ἔγγονον αὐτοῦ τιμῶσιν· τῷ δὲ Φιλησίῳ, ὅτι τὸν αὐτοῦ προπάτορα· (3) ὡς ἔγωγε καὶ ἐβουθύτησα ἐνταῦθα, οὐχ ὥσπερ ὁ Ξενοφῶν ἐν Κάλπης λιμένι ὑφ' ἁμάξης βοῦν λαβὼν δι' ἀπορίαν ἱερείων, ἀλλὰ τῶν Τραπεζουντίων αὐτῶν παρασκευασάντων ἱερεῖον οὐκ ἀγεννές· καὶ ἐσπλαγχνευσάμεθα αὐτόθι καὶ ἐπὶ τοῖς σπλάγχνοις ἐπεσπείσαμεν. (4) Ὅτῳ δὲ πρώτῳ τἀγαθὰ ηὐχόμεθα, οὐ λανθάνομέν σε τόν τε τρόπον τὸν ἡμέτερον οὐκ ἀγνοοῦντα καὶ σαυτῷ συνειδότα, ὅτι ἄξιος εἶ ὑπὲρ ὅτου πάντες εὔξαιντο τἀγαθὰ, καὶ ὅσοι ἡμῶν ἔλαττον ὑπὸ σοῦ εὖ πεπόνθασιν.

III. Ἐκ Τραπεζοῦντος δὲ ὁρμηθέντες τῇ μὲν πρώτῃ εἰς Ὕσσου λιμένα κατήραμεν καὶ τοὺς πεζοὺς τοὺς

ARRIANI EPISTOLA

AD TRAJANUM [ADRIANUM]

IN QUA ETIAM

PERIPLUS PONTI EUXINI.

IMPERATORI CÆSARI TRAJANO ADRIANO AUGUSTO ARRIANUS S.

I. Trapezuntem pervenimus, urbem, ut Xenophon noster inquit (*Anab.* 7, 8, 22.), Græcam, maris in ora sitam, Sinopensium coloniam. Atque mare Euxinum summa cum voluptate conspeximus eodem ex loco, unde Xenophon quoque et tu (illud olim fuistis contemplati). (2) Stantque ibi jam aræ erectæ, ex aspero tamen lapide, quo fit ut literæ illis incisæ minus appareant; præterea Græca inscriptio vitiose exarata est, utpote a barbaris delineata. Statui igitur et aras albo lapide dedicare, et inscriptiones perspicuis literis insculpere. (3) Porro signum tuum habitu quidem est jucundo; mare enim monstrat; sed opere neque similis tui neque alias elegans. (4) Quare mittas statuam dignam quæ tuo nomine appelletur, hoc eodem corporis habitu: locus enim ad memoriæ æternitatem valde accommodatus.

II. Templum quoque ibi exstructum est ex quadrato lapide, haud contemnendum opus: at Mercurii statua neque fanum neque locum illum decet. Quocirca, si ita tibi videatur, aliud mihi Mercurii simulacrum mittas, quod quidem quinque fere sit pedum: hujusmodi enim magnitudo mihi videtur templo conveniens fore: atque aliud Philesii, quod quattuor sit pedum. (2) Haud enim mihi a ratione videtur alienum, hunc ejusdem cum progenitore suo templi et aræ esse participem. Sic alius Mercurio, alius Philesio, alius etiam utrique sacra præteriens offeret. Pergrati autem erunt et hi et illi Mercurio simul et Philesio: Mercurio, dum ejus nepotem honore prosequuntur; Philesio, dum progenitorem ejus colunt. (3) Quamobrem ipse etiam bovem illic immolavi, non quidem, ut Xenophon olim ad Calpes portum fecit, bove ex plaustro abrepto ob hostiarum penuriam, sed ipsis Trapezuntiis splendidam hostiam præbentibus. Extis ibidem inspectis, et fusis super exta libaminibus, (4) pro quonam primum vota nuncupaverimus, non te fugit, utpote mores nostros pernoscentem, et tibimet ipsi conscium, te dignum esse pro cujus salute omnes, etiam qui minoribus quam ego a te beneficiis affecti sunt, vota faciant.

III. Ex Trapezunte autem quum solvissemus, primo quidem die in Hyssi portum appulimus, ac pedites, qui ibi

ταύτῃ ἐγυμνάσαμεν· ἡ γὰρ τάξις αὕτη, ὡς οἶσθα, πεζῶν ἐστι καὶ ἱππέας εἴκοσιν ὅσον εἰς διακονίαν ἔχει· ἀλλὰ καὶ τούτους τὰς λόγχας ἀκοντίσαι ἐδέησεν. (2) Ἐνθένδε ἐπλέομεν, τὰ μὲν πρῶτα ταῖς αὔραις ταῖς ἐκ τῶν ποταμῶν πνεούσαις ἕωθεν καὶ ἅμα ταῖς κώπαις διαχρώμενοι· ψυχραὶ μὲν γὰρ ἦσαν αἱ αὖραι, ὡς λέγει καὶ Ὅμηρος, οὐχ ἱκαναὶ δὲ τοῖς ταχυναυτεῖν βουλομένοις. Εἶτα γαλήνη ἐπέλαβεν, ὥστε καὶ ἡμεῖς τῇ εἰρεσίᾳ μόνῃ ἐχρώμεθα. (3) Ἔπειτα δὲ ἄφνω νεφέλη ἐπαναστᾶσα ἐξεῤῥάγη κατ' εὖρον μάλιστα, καὶ ἐπήνεγκεν πνεῦμα ἐξαίσιον καὶ τοῦτο ἀκριβῶς ἐναντίον, ὅπερ καὶ μόνον οὐκ ὤλεσεν ἡμᾶς. Κοίλην μὲν γὰρ δι' ὀλίγου τὴν θάλατταν ἐποίησεν, ὡς μὴ κατὰ τὰς κώπας μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ τὰς παρεξειρεσίας ἐπεισρεῖν ἡμῖν ἑκατέρωθεν ἀφθόνως τοῦ ὕδατος. (4) Τοῦτο δὴ τὸ τραγικόν·

Καὶ τὸν μὲν ἐξηντλοῦμεν, ἡ δ' ἐπεισρέει·

ἀλλ' οὐ πλάγιόν γε ἦν τὸ κλυδώνιον· ταύτῃ καὶ ἠνύτομεν μόγις καὶ χαλεπῶς τῇ εἰρεσίᾳ, καὶ μέντοι πολλὰ παθόντες ἥκομεν εἰς τὰς Ἀθήνας.

IV. Ἔστι γάρ τοι καὶ ἐν Πόντῳ τῷ Εὐξείνῳ χωρίον οὕτω καλούμενον· καί τι καὶ Ἀθηνᾶς ἱερόν ἐστιν αὐτόθι Ἑλληνικὸν, ὅθεν μοι δοκεῖ καὶ τὸ ὄνομα εἶναι τοῦτο τῷ χωρίῳ· καὶ φρούριόν τι ἐστὶν ἠμελημένον. (2) Ὁ δὲ ὅρμος, οἷος ὥρᾳ ἔτους δέχεσθαι οὐ πολλὰς ναῦς καὶ σκέπην ταύταις παρέχειν ἀπὸ νότου ἀνέμου καὶ αὐτοῦ τοῦ εὔρου· σώζοιτο δ' ἂν καὶ ἀπὸ τοῦ βοῤῥᾶ τὰ ὁρμοῦντα πλοῖα, ἀλλὰ οὐ τοῦ γε ἀπαρκτίου, οὐδὲ τοῦ θρασκίου μὲν ἐν τῷ Πόντῳ, σκίρωνος δὲ ἐν τῇ Ἑλλάδι καλουμένου. (3) Εἰς δὲ τὴν νύκτα βρονταί τε σκληραὶ καὶ ἀστραπαὶ κατεῖχον· καὶ πνεῦμα οὐ τὸ αὐτὸ ἔτι, ἀλλὰ εἰς νότον μεθειστήκει, καὶ δι' ὀλίγου ἀπὸ τοῦ νότου εἰς λίβα ἄνεμον, καὶ ταῖς ναυσὶν οὐκ ἔτι ἀσφαλὴς ὁ ὅρμος ἦν. Πρὶν οὖν παντάπασιν ἀγριωθῆναι τὴν θάλασσαν, ὅσας μὲν αὐτὸ τὸ χωρίον, αἱ Ἀθῆναι, δέξασθαι ἠδύναντο, ταύτας αὐτοῦ ἐνεωλκήσαμεν, πλὴν τῆς τριήρους· αὕτη γὰρ πέτρᾳ τινὶ ὑφορμοῦσα ἀσφαλῶς ἐσάλευεν.

V. Τὰς δὲ πολλὰς ἐδόκει πέμπειν εἰς τοὺς αἰγιαλοὺς τοὺς πλησίον νεωλκηθησομένας. Καὶ ἐνεωλκήθησαν ὥστε ἀπαθεῖς διαγενέσθαι πάσας πλὴν μιᾶς, ἥντινα ἐν τῷ ὁρμίζεσθαι πρὸ τοῦ καιροῦ ἐπιστρέψασαν πλαγίαν ὑπολαβὸν τὸ κῦμα ἐξήνεγκεν εἰς τὴν ἠϊόνα καὶ συνέτριψεν. (2) Ἀπεσώθη μέντοι πάντα, οὐ τὰ ἱστία μόνον καὶ τὰ σκεύη τὰ ναυτικὰ καὶ οἱ ἄνθρωποι, ἀλλὰ καὶ οἱ ἧλοι, καὶ ὁ κηρὸς ἀπεξύσθη, ὡς μηδενὸς ἄλλου ἢ ξύλων δεῖσθαι ναυπηγησίμων εἰς τὴν κατασκευήν· ὧν παμπόλλη, ὡς οἶσθα, ἀφθονία ἐστὶ κατὰ τὸν Πόντον. (3) Οὗτος ὁ χειμὼν ἐπὶ δύο ἡμέρας κατεῖχεν, καὶ ἦν ἀνάγκη μένειν. Ἐχρῆν γὰρ ἄρα μηδὲ τὰς ἐν τῷ Πόντῳ Ἀθήνας παραπλεῦσαι ἡμᾶς, ὥσπερ τινὰ ὅρμον ἔρημον καὶ ἀνώνυμον.

VI. Ἐνθένδε ἄραντες ὑπὸ μὲν τὴν ἕω πλαγίου τοῦ

sunt, exercendos curavimus. Cohors enim ista, ut scis, est peditum, et habet equites viginti ministerii tantum causa : veruntamen hos quoque oportuit hastas jaculari. (2) Inde navigavimus primo quidem auris, quæ matutino tempore e fluminibus spirant, et simul remigio utentes; nam frigidæ quidem erant auræ, ut Homerus (*Od.* 5, 469) quoque ait, sed celeriter navigare volentibus haud sufficiebant. Deinde tranquillitas est subsecuta; ita ut remigio tantum usi simus. (3) Hinc nubes derepente exorta ab Euro potissimum erupit, ventumque violentum et nobis plane adversum excitavit, qui tantum non nos perdidit. Mare siquidem tumidum brevi reddidit, ita ut magna vis aquarum, non per eam tantum partem ubi remi sunt, verum etiam super partes extremas (*circa proram et puppim*) quæ sunt extra remos, in naves utrimque irrumperet. (4) Res plane tragica :

Hanc antlabamus, illa irrumpit denuo.

Quum tamen non transversi essent fluctus, vix tandem atque ægre remigio nos expedivimus, et multa quamvis perpessi Athenas pervenimus.

IV. Est enim in Ponto quoque Euxino locus sic dictus, nec non Minervæ fanum ibi Græcanicum, a quo locus ille nomen suum videtur accepisse; castellum quoque est illic derelictum; (2) porro statio æstiva, haud multarum navium capax, et perfugium eis præbens a Noto et ab ipso Euro tutum; fuerintque naves eo appellentes etiam a Borea tutæ, at non ab Aparctia, neque ab eo vento, qui in Ponto Thrascias, in Græcia Sciron appellatur. (3) Sub noctem tonitrua dira atque fulgura mari incubuere : nec ventus amplius idem, sed in Notum ac paulatim ex Noto in Africum conversus est; nec amplius navibus statio tuta exstitit. Itaque priusquam mare prorsus exasperaretur, quæcumque naves loco ipso, Athenis, excipi poterant, illas eo in aridum traximus, præter triremem : hæc enim postquam scopulum quendam subierat, tuto in ancoris fluctuabat.

V. Plerasque vero naves in vicina litora misimus in arenam trahendas, quæ quidem omnes salvæ permanserunt, una excepta, quam inter appellendum intempestive latus præbentem fluctus abripuit in oram et perfregit. (2) Omnia tamen servata sunt, non vela tantum et armamenta nautica atque homines, verum etiam clavi; ceram quoque abrasimus, ita ut ad constructionem nulla re alia quam lignis ad naves ædificandas aptis opus sit, quorum ingens, uti nosti, in Ponto copia est. (3) Hæc tempestas per biduum duravit, ita ut necessario nobis illic esset manendum. Neque enim videbatur esse conveniens, Athenas in Ponto Euxino sitas, ceu stationem quandam desertam et ignobilem, prætërnavigare.

VI. Inde quum sub auroram solvissemus, transversis

κλύδωνος ἐπειρώμεθα. Προϊούσης δὲ τῆς ἡμέρας, βοῤῥᾶς ἐπιπνεύσας ὀλίγος κατέστησε τὴν θάλατταν καὶ διατρεμῆσαι ἐποίησεν. Καὶ ἤλθομεν πρὸ τῆς μεσημβρίας σταδίους πλείονας ἢ πεντακοσίους εἰς Ἄψαρον, ἵναπερ αἱ πέντε σπεῖραί εἰσιν ἱδρυμέναι. (2) Καὶ τὴν μισθοφορὰν τῇ στρατιᾷ ἔδωκα καὶ τὰ ὅπλα εἶδον καὶ τὸ τεῖχος καὶ τὴν τάφρον καὶ τοὺς κάμνοντας καὶ τοῦ σίτου τὴν παρασκευὴν τὴν ἐνοῦσαν. Ἥντινα δὲ ὑπὲρ αὐτῶν τὴν γνώμην ἔσχον, ἐν τοῖς Ῥωμαϊκοῖς γράμμασιν γέγραπται. (3) Ὁ δὲ Ἄψαρος τὸ χωρίον λέγουσιν ὅτι Ἄψυρτος ἐκαλεῖτο πάλαι ποτέ· ἐνταῦθα γὰρ τὸν Ἄψυρτον ὑπὸ τῆς Μηδείας ἀποθανεῖν· καὶ τάφος Ἀψύρτου δείκνυται. Ἔπειτα διαφθαρῆναι τὸ ὄνομα ὑπὸ τῶν περιοίκων βαρβάρων, καθάπερ καὶ ἄλλα πολλὰ διέφθαρται· (4) ὁπότε καὶ τὰ Τύανα τὰ ἐν τοῖς Καππαδόκαις Θόανα λέγουσιν, ὅτι οὕτως ὠνομάζετο ἐπὶ Θόαντι, τῷ βασιλεῖ τῶν Ταύρων, ὃς τοὺς ἀμφὶ Ὀρέστην καὶ Πυλάδην διώκων ἄχρι τῆσδε τῆς χώρας ἐλθεῖν φημίζεται καὶ ἐνταῦθα νόσῳ ἀποθανεῖν.

VII. Ποταμοὺς δὲ παρημείψαμεν ἐν τῷ παράπλῳ τῷ ἀπὸ Τραπεζοῦντος τόν τε Ὕσσον, ὅτου ἐπώνυμος Ὕσσου λιμὴν, ὃς ἀπέχει Τραπεζοῦντος σταδίους ὀγδοήκοντα καὶ ἑκατόν· καὶ τὸν Ὄφιν, ὃς ἀπέχει Ὕσσου λιμένος ἐς ἐνενήκοντα σταδίους μάλιστα, καὶ ὁρίζει τὴν Κόλχων χώραν ἀπὸ τῆς Θιαννικῆς· (2) ἔπειτα τὸν Ψυχρὸν καλούμενον ποταμὸν διέχοντα ὅσον τριάκοντα σταδίους ἀπὸ τοῦ Ὄφεως· ἔπειτα τὸν Καλὸν ποταμόν· καὶ οὗτος τριάκοντα διέχει ἀπὸ τοῦ Ψυχροῦ. Ἐχόμενος δὲ ἐστὶν ὁ Ῥίζιος ποταμὸς, ἑκατὸν εἴκοσι στάδια διέχων ἀπὸ τοῦ Καλοῦ. (3) Καὶ ἀπὸ τούτου τριάκοντα Ἄσκουρος ἄλλος ποταμός· καὶ Ἀδιηνός τις ἀπὸ τοῦ Ἀσκούρου ἑξήκοντα· ἐνθένδε εἰς Ἀθήνας ὀγδοήκοντα καὶ ἑκατόν. Ταῖς δὲ Ἀθήναις Ζάγατις ποταμὸς ἑπτὰ μάλιστα στάδια ἀπ' αὐτῶν διέχων πρόσκειται. Ἀπὸ δὲ τῶν Ἀθηνῶν ὁρμηθέντες τὸν Πρύτανιν παρημείψαμεν, ἵναπερ καὶ τὰ τοῦ Ἀγχιάλου βασίλειά ἐστιν. Καὶ οὗτος ἀπέχει τεσσαράκοντα στάδια ἀπὸ τῶν Ἀθηνῶν. (4) Τοῦ Πρυτάνεως δὲ ἔχεται ὁ Πυξίτης ποταμός· στάδιοι ἐνενήκοντα ἐν μέσῳ ἀμφοῖν. Καὶ ἀπὸ τοῦ Πυξίτου ἐς Ἄρχαβιν ἄλλοι ἐνενήκοντα· ἀπὸ δὲ Ἀρχάβιος εἰς Ἄψαρον ἑξήκοντα. Ἀπὸ δὲ Ἀψάρου ἄραντες τὸν Ἄκαμψιν παρημείψαμεν νύκτωρ, ἐπὶ πεντεκαίδεκα σταδίους ἀπέχοντα τοῦ Ἀψάρου. (5) Ὁ δὲ Βαθὺς ποταμὸς ἑβδομήκοντα καὶ πέντε ἀπέχει τούτου· καὶ ὁ Ἀκινάσης ἀπὸ τοῦ Βαθέος ἐνενήκοντα· ἐνενήκοντα δὲ καὶ ἀπὸ Ἀκινάσου ὁ Ἶσις. Ναυσίποροι δὲ εἰσὶν ὅ τε Ἄκαμψις καὶ ὁ Ἶσις, καὶ αὔρας τὰς ἑωθινὰς ἰσχυρὰς ἐκπέμπουσιν. Ἀπὸ δὲ Ἴσιος τὸν Μῶγρον παρημείψαμεν. Ἐνενήκοντα στάδιοι μεταξὺ τοῦ Μώγρου εἰσὶ καὶ τοῦ Ἴσιος· καὶ οὗτος ναυσίπορος.

VIII. Ἐνθένδε εἰς τὸν Φᾶσιν εἰσεπλεύσαμεν ἐνενήκοντα τοῦ Μώγρου διέχοντα, ποταμῶν ὧν ἐγὼ ἔγνων κουφότατον ὕδωρ παρεχόμενον καὶ τὴν χροιὰν μάλιστα

usi fluctibus mare tentavimus. Procedente autem die, Boreas leniter spirans mare stravit et sedavit; et pervenimus ante meridiem plus quam quingenta stadia emensi Apsarum, ubi quinque cohortes collocatas habemus. (2) Stipendium militibus persolvi, et arma inspexi, propugnaculum, fossam, ægrotos et rei frumentariæ apparatum suppetentem. De quibus omnibus quæ mea sit sententia, Latinis literis perscriptum est. (3) Apsarum autem locum ferunt olim Apsyrtum appellatum; ibi enim Apsyrtum a Medea occisum; et Apsyrti sepulcrum monstratur: nomen illud postea a barbaris accolis vitiatum esse, sicuti etiam alia permulta vitiata sunt, (4) quandoquidem Tyana quoque in Cappadocia olim Thoana appellata fuisse dicunt de Thoante, Taurorum rege, qui Orestem atque Pyladem persequens ad illum usque locum pervenisse ibique morbo interiisse fertur.

VII. Fluvios præteriimus in præternavigatione a Trapezunte hosce: Hyssum, unde cognominis Hyssi portus, qui a Trapezunte stadia distat centum et octoginta; et Ophim, qui ab Hysso portu abest nonaginta circiter stadia, Colchorumque regionem a Thiannica separat; (2) deinde Psychrum (*Frigidum*) fluvium ab Ophi distantem triginta circiter stadia; postea Calum (*Pulchrum*) fluvium, qui triginta item stadiis a Psychro separatur. Vicinus est Rizius fluvius, a Calo centum et viginti stadia distans. (3) Ab hoc triginta stadia Ascurus alius fluvius; deinde Adienus quidam ab Ascuro distans stadia sexaginta. Inde Athenas usque sunt centum et octoginta stadia. Athenis fluvius Zagatis vicinus est, ab eis septem maxime stadiorum intervallo distans. Athenis autem quum solvissemus, Prytanim prætervecti sumus, ubi Anchiali est regia. Fluvius hic ab Athenis quadraginta stadia abest. (4) Prytani vicinus est Pyxites, nonaginta stadiorum spatio interposito. A Pyxite ad Archabin item sunt nonaginta; ab Archabi ad Apsarum sexaginta stadia. Ab Apsaro quum solvissemus, Acampsin quindecim circiter stadia ab Apsaro distantem noctu præterivimus. (5) Ab Acampsi Bathys (*Profundus*) fluvius abest septuaginta quinque, a Bathy Acinases nonaginta; ab Acinase Isis item nonaginta stadia. Acampsis autem et Isis fluvii sunt navigabiles, qui matutino tempore validas admodum auras emittunt. Ab Isi Mogrum præteriimus. Nonaginta stadia Mogrum inter et Isin sunt. Mogrus quoque navigabilis est.

VIII. Inde in Phasim navigavimus, nonaginta stadia a Mogro distantem et inter fluvios mihi cognitos levissimam aquam præbentem et colore maxime singularem. (5) Ac le-

ἐξηλλαγμένον· (2) τὴν μὲν γὰρ κουφότητα τῷ τε σταθμῷ τεκμαίροιτο ἄν τις καὶ πρὸ τούτου, ὅτι ἐπέπλει τῇ θαλάσσῃ, οὐχὶ δὲ συμμίγνυται· καθάπερ τῷ Πηνειῷ τὸν Τιταρήσιον λέγει ἐπιῤῥεῖν Ὅμηρος·

. . . . καθύπερθεν ἐπιῤῥέει ἠΰτ' ἔλαιον.

(3) Καὶ ἦν κατὰ μὲν τοῦ ἐπιῤῥέοντος βάψαντα γλυκὺ τὸ ὕδωρ ἀνιμήσασθαι· εἰ δὲ εἰς βάθος τις καθῆκεν τὴν κάλπιν, ἁλμυρόν. Καίτοι ὁ πᾶς Πόντος πολύ τι γλυκυτέρου τοῦ ὕδατός ἐστιν ἤπερ ἡ ἔξω θάλασσα· καὶ τούτου τὸ αἴτιον οἱ ποταμοί εἰσιν, οὔτε πλῆθος οὔτε μέγεθος σταθμητοὶ ὄντες. (4) Τεκμήριον δὲ τῆς γλυκύτητος, εἰ τεκμηρίων δεῖ ἐπὶ τοῖς αἰσθήσει φαινομένοις, ὅτι πάντα τὰ βοσκήματα [οἱ] προσοικοῦντες τῇ θαλάσσῃ ἐπὶ τὴν θάλασσαν κατάγουσιν καὶ ἀπ' αὐτῆς ποτίζουσιν· τὰ δὲ πίνοντά τε ἡδέως ὁρᾶται, καὶ λόγος κατέχει ὅτι καὶ ὠφέλιμον αὐτοῖς τοῦτο τὸ ποτόν ἐστι τοῦ γλυκέος μᾶλλον. (5) Ἡ δὲ χρόα τῷ Φάσιδι οἵα ἀπὸ μολίβδου ἢ καττιτέρου βεβαμμένου τοῦ ὕδατος· καταστὰν δὲ καθαρώτατον γίγνεται. Οὐ τοίνυν νενόμισται εἰσκομίσαι ὕδωρ εἰς τὸν Φᾶσιν τοὺς εἰσπλέοντας· ἀλλ' ἐπειδὰν εἰσβαίνωσιν ἤδη εἰς τὸν ῥοῦν, παραγγέλλεται πᾶν ἐκχέαι τὸ ἐνὸν ὕδωρ ἐν ταῖς ναυσίν· εἰ δὲ μή, λόγος κατέχει ὅτι οἱ τούτου ἀμελήσαντες οὐκ εὐπλοοῦσιν. Τὸ δὲ ὕδωρ τοῦ Φάσιδος οὐ σήπεται, ἀλλὰ μένει ἀκραιφνὲς καὶ ὑπὲρ δέκατον ἔτος, πλήν γε δὴ ὅτι εἰς τὸ γλυκύτερον μεταβάλλει.

IX. Εἰσβαλλόντων δὲ εἰς τὸν Φᾶσιν, ἐν ἀριστερᾷ ἵδρυται ἡ Φασιανὴ θεός. Εἴη δ' ἂν ἀπό γε τοῦ σχήματος τεκμαιρομένῳ ἡ Ῥέα· καὶ γὰρ κύμβαλον μετὰ χεῖρας ἔχει, καὶ λέοντας ὑπὸ τῷ θρόνῳ, καὶ κάθηται ὥσπερ ἐν τῷ Μητρῴῳ Ἀθήνησιν ἡ τοῦ Φειδίου. (2) Ἐνταῦθα καὶ ἡ ἄγκυρα δείκνυται τῆς Ἀργοῦς· καὶ ἡ μὲν σιδηρᾶ οὐκ ἔδοξέ μοι εἶναι παλαιά· καίτοι τὸ μέγεθος οὐ κατὰ τὰς νῦν ἀγκύρας ἐστίν, καὶ τὸ σχῆμα ἀμηγέπῃ ἐξηλλαγμένη· ἀλλὰ νεωτέρα μοι ἐφάνη εἶναι τοῦ χρόνου. Λιθίνης δέ τινος ἄλλης θραύσματα ἐδείκνυτο παλαιά, ὡς ταῦτα μᾶλλον εἰκάσαι ἐκεῖνα εἶναι τὰ λείψανα τῆς ἀγκύρας τῆς Ἀργοῦς. Ἄλλο δὲ οὐδὲν ὑπόμνημα ἦν ἐνταῦθα τῶν μύθων τῶν ἀμφὶ τὸν Ἰάσονα. (3) Τὸ μέντοι φρούριον αὐτό, ἵνα περ κάθηνται τετρακόσιοι στρατιῶται ἐπίλεκτοι, τῇ τε φύσει τοῦ χωρίου ὀχυρώτατον εἶναί μοι ἔδοξεν, καὶ ἐν ἐπιτηδειοτάτῳ κεῖσθαι πρὸς ἀσφάλειαν τῶν ταύτῃ πλεόντων. Καὶ τάφρος διπλῆ περιβέβληται τῷ τείχει, εὐρεῖα ἑκατέρα. (4) Πάλαι μὲν οὖν γήϊνον τὸ τεῖχος ἦν, καὶ οἱ πύργοι ξύλινοι ἐφεστήκεσαν· νῦν δὲ ἐκ πλίνθου ὀπτῆς πεποίηται καὶ αὐτὸ καὶ οἱ πύργοι· καὶ τεθεμελίωται ἀσφαλῶς, καὶ μηχαναὶ ἐφεστᾶσιν, καὶ ἐν ὀλίγῳ, πᾶσιν ἐξήρτυται πρὸς τὸ μηδὲ πελάσαι ἄν τινα αὐτῷ τῶν βαρβάρων, μήτιγε δὴ εἰς κίνδυνον καταστῆσαι πολιορκίας τοὺς ἐν αὐτῷ φρουροῦντας. (5) Ἐπειδὴ δὲ καὶ τὸν ὅρμον ἐχρῆν ἀσφαλῆ εἶναι ταῖς ναυσί, καὶ ὅσα ἔξω τοῦ φρουρίου κατῳκεῖτο ὑπό τε τῶν πεπαυμένων τῆς στρα-

vitatem quidem tum statera aliquis probaverit, tum facilius etiam inde, quod mari innatat, nec cum eo commiscetur; sicuti Titaresium Peneo innatare Homerus (*Il.* 2, 754) dicit his verbis:

Super innatat instar olei.

(3) Porro si quis in summum fluctum urnam immergeret, aquam hauriebat dulcem; si contra in profundum demitteret, salsam. Quanquam universus Pontus longe dulcioris est aquæ quam mare externum, propter immensam scilicet fluminum multitudinem magnitudinemque. (4) Dulcedinis autem argumentum (si modo argumentis opus est in iis quæ sensu percipiuntur), quod maris accolæ pecora omnia ad mare ducunt et ex illo aquantur. Illa vero cernuntur lubenter bibere, et fama obtinet dulci salubriorem eis hunc potum esse. (5) Color autem Phasidis similis aquæ plumbo vel stanno infectæ, quæ tamen ubi subsedit, purissima fit. Quamobrem mos obtinuit, ne ingredientes Phasim quicquam aquæ invehant; sed simul ac flumen ingressi fuerint, præcipitur, ut quicquid in navibus sit aquæ, effundatur: sin minus, fama invaluit inobedientibus haud felicem fore navigationem. Aqua Phasidis a putredine est immunis, ac plus quam decem annis incorrupta manet, nisi quod in dulciorem abit.

IX. Intrantibus Phasim a sinistra positum est signum deæ Phasianæ, quam ex forma et habitu argumentum petens Rheam esse dixeris: nam et cymbalum manibus tenet, et leones habet in ima throni parte, sedetque eodem modo atque illa in Metroo Atheniensi, Phidiæ opus. (2) Ibidem etiam ancora Argûs navis ostenditur: quæ tamen quum ferrea sit, non mihi visa est antiqua: quamquam magnitudine recedit ab hodiernis ancoris, et forma aliquid habet singulare: sed nihilominus istis Argonautarum temporibus recentior esse mihi visa est. At alterius cujusdam lapideæ ancoræ fragmenta vetusta ibidem monstrabant, ut has potius conjicias Argûs ancoræ reliquias esse. Nullum præterea ibi eorum, quæ de Iasone fabulis produntur, monumentum exstabat. (3) Ipsum vero castellum, in quo quadringenti electi milites sunt collocati, et loci natura munitissimum mihi visum est, et peropportune situm ad securitatem eo appellentium. Fossa murus cinctus est duplici lataque. (4) Olim terrenus fuit murus, ligneæque stabant turres; at nunc ille pariter atque turres ex latere coctili sunt exstructa: ipse murus probe fundatus est et machinas impositas habet atque uno verbo omnibus rebus ita est instructus, ut nullis barbaris aditus pateat, illiusque custodes ab omni sint oppugnationis periculo tuti. (5) Quoniam autem ipsum quoque portum oportuit navibus tutum esse, et quidquid locorum extra castrum incolitur ab iis qui mi-

τιᾶς καί τινων καὶ ἄλλων ἐμπορικῶν ἀνθρώπων, ἔδοξέ μοι ἀπὸ τῆς διπλῆς τάφρου, ἣ περιβέβληται τῷ τείχει, ἄλλην τάφρον ἐκβαλεῖν ὡς ἐπὶ τὸν ποταμὸν, ἣ τό τε ναύσταθμον περιέξει καὶ τὰς ἔξω τοῦ τείχους οἰκίας.

X. Ἀπὸ δὲ τοῦ Φάσιδος Χαρίεντα ποταμὸν παρημείψαμεν ναυσίπορον· στάδιοι μεταξὺ ἀμφοῖν ἐνενήκοντα· καὶ ἀπὸ τοῦ Χαρίεντος ἐς Χῶβον ποταμὸν εἰσεπλεύσαμεν, ἄλλους ἐνενήκοντα, ἵνα περ καὶ ὡρμίσθημεν. Ὧν δὲ ἕνεκα καὶ ὅσα ἐνταῦθα ἐπράξαμεν, δηλώσει σοι τὰ Ῥωμαϊκὰ γράμματα. (2) Ἀπὸ δὲ Χώβου Σιγγάμην ποταμὸν παρημείψαμεν ναυσίπορον· διέχει δὲ τοῦ Χώβου σταδίους ἐς δέκα καὶ διακοσίους μάλιστα. Ἔχεται δὲ τοῦ Σιγγάμου Ταρσούρας ποταμός· στάδιοι εἴκοσι καὶ ἑκατὸν μεταξὺ ἀμφοῖν. Ὁ δὲ Ἵππος ποταμὸς τοῦ Ταρσούρου πεντήκοντα σταδίους καὶ ἑκατὸν διέχει· καὶ τοῦ Ἵππου ὁ Ἀστέλεφος τριάκοντα. (3) Παραμείψαντες δὲ τὸν Ἀστέλεφον εἰς Σεβαστόπολιν ἥκομεν πρὸ μεσημβρίας, ἀπὸ Χώβου ὁρμηθέντες, σταδίους εἴκοσι καὶ ἑκατὸν τοὺς ἀπὸ Ἀστελέφου· ὡς καὶ τὴν μισθοφορὰν τοῖς στρατιώταις δοῦναι τῆς αὐτῆς ἡμέρας καὶ τοὺς ἵππους καὶ τὰ ὅπλα ἰδεῖν, καὶ τοὺς ἱππέας ἀναπηδῶντας ἐπὶ τοὺς ἵππους καὶ τοὺς κάμνοντας καὶ τὸν σῖτον, καὶ τὸ τεῖχος περιελθεῖν καὶ τὴν τάφρον. (4) Στάδιοι ἀπὸ μὲν Χώβου εἰς Σεβαστόπολιν τριάκοντα καὶ ἑξακόσιοι· ἀπὸ Τραπεζοῦντος δὲ εἰς Σεβαστόπολιν, ἑξήκοντα καὶ διακόσιοι καὶ δισχίλιοι. Ἡ δὲ Σεβαστόπολις πάλαι Διοσκουριὰς ἐκαλεῖτο, ἄποικος Μιλησίων.

XI. Ἔθνη δὲ παρημείψαμεν τάδε. Τραπεζουντίοις μὲν, καθάπερ καὶ Ξενοφῶν λέγει, Κόλχοι ὅμοροι. Καὶ οὓς λέγει τοὺς μαχιμωτάτους καὶ ἐχθροτάτους εἶναι τοῖς Τραπεζουντίοις, ἐκεῖνος μὲν Δρίλλας ὀνομάζει, ἐμοὶ δὲ δοκοῦσιν οἱ Σάννοι οὗτοι εἶναι. Καὶ γὰρ μαχιμώτατοί εἰσιν εἰς τοῦτο ἔτι καὶ τοῖς Τραπεζουντίοις ἐχθρότατοι, καὶ χωρία ὀχυρὰ οἰκοῦσιν, καὶ ἔθνος ἀβασίλευτον. (2) Πάλαι μὲν καὶ φόρου ὑποτελὲς Ῥωμαίοις, ὑπὸ δὲ τοῦ λῃστεύειν οὐκ ἀκριβοῦσι τὴν φοράν· ἀλλὰ νῦν γε διδόντος θεοῦ ἀκριβώσουσιν, ἢ ἐξελοῦμεν αὐτούς. Τούτων δὲ ἔχονται Μαχέλονες καὶ Ἡνίοχοι· βασιλεὺς δ᾽ αὐτῶν Ἀγχίαλος. Μαχελόνων δὲ καὶ Ἡνιόχων ἐχόμενοι Ζυδρεῖται· Φαρασμάνου οὗτοι ὑπήκοοι· Ζυδρειτῶν δὲ Λάζαι· βασιλεὺς δὲ Λαζῶν Μαλάσσας, ὃς τὴν βασιλείαν παρὰ σοῦ ἔχει. (3) Λαζῶν δὲ Ἀψίλαι ἔχονται· βασιλεὺς δὲ αὐτῶν Ἰουλιανός· οὗτος ἐκ τοῦ πατρὸς τοῦ σοῦ τὴν βασιλείαν ἔχει. Ἀψίλαις δὲ ὅμοροι Ἀβασκοί· καὶ Ἀβασκῶν βασιλεὺς Ῥησμάγας· καὶ οὗτος παρὰ σοῦ τὴν βασιλείαν ἔχει. Ἀβασκῶν δὲ ἐχόμενοι Σανίγαι, ἵναπερ καὶ ἡ Σεβαστόπολις ᾤκισται· Σανίγων βασιλεὺς Σπαδάγας ἐκ σοῦ τὴν βασιλείαν ἔχει. (4) Μέχρι μὲν δὴ Ἀψάρου ὡς πρὸς ἠῶ ἐπλέομεν ἐν δεξιᾷ τοῦ Εὐξείνου. Ὁ δὲ Ἀψαρὸς πέρας ἐφάνη μοι εἶναι κατὰ μῆκος τοῦ Πόντου· ἔνθεν γὰρ ἤδη πρὸς ἄρκτον ὁ πλοῦς ἡμῖν ἐγίνετο ἔστε ἐπὶ Χῶβον ποταμὸν, καὶ ὑπὲρ τὸν Χῶβον ἐπὶ τὸν Σιγά-

litia sunt immunes, et ab aliis quibusdam mercaturam exercentibus, decrevi a duplici illa fossa murum cingente alteram ad flumen usque deducere, quæ et ipsam stationem et cetera, quæ sunt extra murum, ædificia complectatur.

X. A Phaside autem Charientem (*Jucundum*) fluvium navigabilem prætervecti sumus : stadia inter utrumque nonaginta : et a Chariente ad Chobum navigavimus, nonaginta pariter stadiis distantem, ubi etiam appulimus : qua autem de causa, quidque illic egerimus, ex Latinis literis cognosces. (2) A Chobo Singamem fluvium navigabilem prætervecti sumus, qui a Chobo ducentis circiter et decem stadiis abest Singami vicinus est Tarsuras fluvius : stadia inter utrumque centum et viginti. Hippus fluvius a Tarsura centum et quinquaginta stadiis distat; ab Hippo Astelephus triginta stadiis. (3) Astelephum vero prætervecti, Sebastopolim pervenimus ante meridiem, postquam a Chobo solvimus, peractis centum et viginti stadiis ab Astelepho : quamobrem eodem die et militibus stipendia persolvimus, et equos, arma, equites equis insilientes, ægros, annonam visimus, et murum circumivimus fossamque. (4) Stadia a Chobo ad Sebastopolim sexcenta et triginta ; a Trapezunte ad Sebastopolim duo millia ducenta et sexaginta. Sebastopolis autem Dioscurias olim fuit nominata, Milesiorum colonia.

XI. Gentes autem præternavigavimus hasce. Trapezuntiis, ut Xenophon quoque scribit, finitimi sunt Colchi. Atque quos ille bellicosissimos esse et Trapezuntiis infestissimos ait, ipse quidem Drillas vocat, mihi vero iidem esse Sanni videntur. Hi enim ad hoc usque temporis bellicosissimi ac Trapezuntiis inimicissimi sunt, et loca incolunt munita, regumque imperio gens caret. (2) Tributarii olim fuerunt Romanis, at nunc latrociniis dediti tributorum solutionem negligunt : quæ quidem posthac, deo juvante, accurate persolvent, aut eos exterminabimus. Hos attingunt Machelones et Heniochi, quorum rex est Anchialus. Machelonibus et Heniochis vicini Zydritæ, Pharasmano subjecti. Zydritis vicini Lazæ; rex Lazarum Malassas, qui a te regnum tenet. (3) Lazis finitimi Apsilæ, quibus Julianus imperat : hic a patre tuo regnum accepit. Apsilas excipiunt Abasci : Abascorum rex Rhesmagas; is quoque a te regnum obtinet. Abascis contermini Sanigæ, ubi Sebastopolis sita : Sanigarum rex Spadagas a te regnum habet. (4) Ad Apsarum usque orientem versus navigavimus in dextra parte maris Euxini. Apsarum autem agnovi terminum esse Ponti secundum ejus longitudinem. Illinc enim jam ad septentrionem fuit nostra navigatio ad Chobum usque

μην. Ἀπὸ δὲ Σιγάμου ἐκάμπτομεν εἰς τὴν λαιὰν πλευρὰν τοῦ Πόντου ἔστε ἐπὶ τὸν Ἵππον ποταμόν. (5) Ἀπὸ δὲ τοῦ Ἵππου ὡς ἐπ' Ἀστέλεφον καὶ Διοσκουριάδα κατείδομεν τὸν Καύκασον τὸ ὄρος, τὸ ὕψος μάλιστα κατὰ τὰς Ἄλπεις τὰς Κελτικάς. Καὶ τοῦ Καυκάσου κορυφή τις ἐδείκνυτο, Στρόβιλος τῇ κορυφῇ ὄνομα, ἵναπερ ὁ Προμηθεὺς κρεμασθῆναι ὑπὸ Ἡφαίστου κατὰ πρόσταξιν Διὸς μυθεύεται.

XII. Τὰ δὲ ἀπὸ Βοσπόρου τοῦ Θρᾳκίου ἔστε ἐπὶ Τραπεζοῦντα πόλιν ὧδε ἔχει. Κατὰ τὸν Θρᾴκιον Βόσπορον καὶ τὸ στόμα τοῦ Εὐξείνου Πόντου ἐν τοῖς δεξιοῖς τῆς Ἀσίας μέρεσιν, ἅπερ ἐστὶ τοῦ Βιθυνῶν ἔθνους, κεῖται χωρίον λεγόμενον Ἱερὸν, ἐν ᾧ ναός ἐστι Διὸς Οὐρίου οὕτω προσαγορευόμενον. Τοῦτο δὲ τὸ χωρίον ἀφετήριόν ἐστι τοῖς εἰς τὸν Πόντον πλέουσιν. (2) Τοῖς πλεύσασι δὲ εἰς τὸν Πόντον [ἐν] δεξιᾷ εἰς [ἔχουσι?] τὴν Ἀσίαν, τὸ λεγόμενον μέρος τοῦ Βιθυνῶν ἔθνους τὸ πρὸς Πόντον κείμενον, ὁ περίπλους οὕτως ἔχει. Τὸ Ἱερὸν τοῦ Διὸς τοῦ Οὐρίου διέχει ἀπὸ Βυζαντίου σταδίους εἴκοσι καὶ ἑκατόν. Καὶ ἔστι στενότατον ταύτῃ τὸ στόμα τοῦ Πόντου καλούμενον, καθότι εἰσβάλλει εἰς τὴν Προποντίδα. Ταῦτα μὲν εἰδότι σοι λέγω. (3) Ἀπὸ δὲ τοῦ Ἱεροῦ πλέοντι ἐν δεξιᾷ Ῥήβας ποταμός· σταδίους διέχει τοῦ Ἱεροῦ τοῦ Διὸς ἐννενήκοντα. Ἔπειτα Μέλαινα ἄκρα ὧδε καλουμένη, πεντήκοντα καὶ ἑκατόν. Ἀπὸ Μελαίνης ἄκρας ἐς Ἀρτάνην ποταμὸν, ἵνα καὶ ὅρμος ναυσὶ μικραῖς πρὸς ἱερῷ Ἀφροδίτης, πεντήκοντα ἄλλοι καὶ ἑκατόν. (4) Ἀπὸ δὲ Ἀρτάνης εἰς Ψίλιν ποταμὸν πεντήκοντα καὶ ἑκατόν· καὶ πλοῖα μικρὰ ὁρμίζοιτο ἂν πρὸς τῇ πέτρᾳ τῇ ἀνεχούσῃ οὐ πόρρω ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ τῶν ἐκβολῶν. Ἐνθένδε εἰς Κάλπης λιμένα δέκα καὶ διακόσιοι στάδιοι. (5) Ὁ δὲ Κάλπης λιμὴν ὁποῖόν τι χωρίον ἐστὶν, καὶ ὁποῖος ὅρμος, καὶ ὅτι πηγὴ ἐν αὐτῷ ψυχροῦ καὶ καθαροῦ ὕδατος, καὶ ὅτι ὗλαι πρὸς τῇ θαλάσσῃ ξύλων ναυπηγησίμων, καὶ αὗται ἔνθηροι, ταῦτα Ξενοφῶντι τῷ πρεσβυτέρῳ λέλεκται.

XIII. Ἀπὸ Κάλπης λιμένος εἰς Ῥόην στάδιοι εἴκοσι· ὅρμος ναυσὶ μικραῖς. Ἀπὸ Ῥόης εἰς Ἀπολλωνίαν νῆσον μικρὰν, ὀλίγον διέχουσαν τῆς ἠπείρου, ἄλλοι εἴκοσι. Λιμὴν ὑπὸ τῇ νησῖδι. Καὶ ἔνθεν εἰς Χηλὰς στάδιοι εἴκοσιν. Ἀπὸ Χηλῶν ὀγδοήκοντα καὶ ἑκατὸν, ἵνα περ Σαγγάριος ποταμὸς ἐσβάλλει εἰς τὸν Πόντον. (2) Ἐνθένδε εἰς τοῦ Ὑππίου τὰς ἐκβολὰς ἄλλοι ὀγδοήκοντα καὶ ἑκατόν. Εἰς δὲ Λίλλιον ἐμπόριον ἀπὸ τοῦ Ὑππίου στάδιοι ἑκατόν· καὶ ἀπὸ τοῦ Λιλλίου εἰς Ἐλαῖον ἑξήκοντα. Ἐνθένδε ἐς Κάλητα, ἄλλο ἐμπόριον, εἴκοσι καὶ ἑκατόν. (3) Ἀπὸ Κάλητος ἐς Λύκον ποταμὸν, ὀγδοήκοντα· ἀπὸ δὲ Λύκου εἰς Ἡράκλειαν πόλιν Ἑλληνίδα Δωρικὴν, Μεγαρέων ἄποικον, στάδιοι εἴκοσι· ἐν Ἡρακλείᾳ ὅρμος ναυσίν. Ἀπὸ δὲ Ἡρακλείας ἐπὶ μὲν τὸ Μητρῷον καλούμενον, στάδιοι ὀγδοήκοντα. (4) Ἔνθεν δὲ εἰς τὸ Ποσίδειον, τεσσαράκοντα· καὶ ἔνθεν εἰς Τυνδαρίδας, πέντε καὶ

fluvium, indeque ad Sigamen. A Sigame autem defleximus ad sinistrum Ponti latus ad Hippum usque fluvium; (5) ab Hippo ad Astelephum et Dioscuriadem usque vidimus Caucasum montem, altitudine prorsus Alpibus Celticis comparandum; et Caucasi jugum quoddam monstrabatur; Strobilus ei nomen; in quo Prometheum a Vulcano Jovis jussu suspensum fuisse fabulantur.

XII. Locorum autem atque itinerum a Bosporo Thracio usque ad Trapezuntem ratio sic se habet. Ad Thracium Bosporum atque os Euxini Ponti, in dextro latere Asiam adluente, ubi regio est Bithynorum, situs est locus Hieron dictus, ubi templum est Jovis Urii quem vocant. Hic locus est unde solvunt in Pontum navigaturi. (2) Ingressis autem Pontum, ita ut ad dextram habeant Asiæ partem, quæ est Bithynorum gentis Ponto adjacens, navigatio se habet hunc in modum. Hieron Jovis Urii a Byzantio distat centum et viginti stadia; atque est ibi os Ponti angustissimum, per quod in Propontidem labitur. At hæc quidem noscenti tibi dico. (3) Ab Hiero autem navigantibus a dextra occurrit Rhebas fluvius: nonaginta stadia ab Hiero Jovis distat. Ab hoc Acra Melæna (*Promontorium atrum*) quam vocant abest centum et quinquaginta stadia. Ab Acra Melæna ad Artanem fluvium, ubi et statio parvis navibus juxta fanum Veneris, centum pariter et quinquaginta stadia. (4) Ab Artane ad Psilim (*Psillim*) fluvium centum et quinquaginta; et navigia exigua commode appellere possint ad petram haud procul ab istius fluminis ostio imminentem. Inde ad portum Calpes ducenta et decem stadia. (5) Qualis autem locus sit portus Calpes, qualisque statio, et ibi fontem esse frigidæ ac limpidæ aquæ et silvas mari vicinas lignorum ad naves conficiendas illasque feris abundare, hæc Xenophon senior narravit.

XIII. A Calpes portu ad Rhoen, stationem parvis aptam navigiis, sunt viginti stadia. A Rhoe ad Apolloniam, insulam exiguam, non procul a continente remotam, alia viginti. Est portus in hac insula. Hinc ad Chelas viginti stadia. A Chelis usque ad id loci, ubi Sangarius fluvius in Pontum influit, centum et octoginta. (2) Inde ad Hyppii ostia, alia centum et octoginta. Ab Hyppio ad Lillium emporium, centum stadia, et a Lillio ad Elæum, sexaginta. Inde ad Caletem, aliud emporium, centum et viginti. (3) A Calete ad Lycum fluvium, octoginta. A Lyco ad Heracleam, urbem Græcam Doricam, Megarensium coloniam, viginti stadia: in Heraclea statio navium. Ab Heraclea ad Metroum, octoginta stadia. (4) Inde ad Posidium, quadraginta. Inde ad Tyndaridas, quadraginta

τεσσαράκοντα. Πέντε δὲ καὶ δέκα ἔνθεν ἐπὶ τὸ Νυμφαῖον· καὶ ἀπὸ τοῦ Νυμφαίου ἐπὶ τὸν Ὀξείναν ποταμὸν, τριάκοντα. Καὶ ἀπὸ Ὀξείνου εἰς Σανδαράκην, ἐνενήκοντα· Σανδαράκη ὅρμος ναυσὶ μικραῖς. (5) Ἐνθένδε εἰς Κρηνίδας, ἑξήκοντα. Καὶ ἀπὸ Κρηνίδων εἰς Ψύλλαν ἐμπόριον, τριάκοντα. Ἐνθένδε εἰς Τίον, πόλιν Ἑλληνίδα Ἰωνικὴν, ἐπὶ θαλάττῃ οἰκουμένην, Μιλησίων καὶ ταύτην ἄποικον, ἐνενήκοντα. Ἀπὸ δὲ Τίου εἰς Βιλλαῖον ποταμὸν, στάδιοι εἴκοσιν. Ἀπὸ δὲ Βιλλαίου ἐπὶ τὸν Παρθένιον ποταμὸν, στάδιοι ἑκατόν. (6) Μέχρι τοῦδε Θρᾷκες οἱ Βιθυνοὶ νέμονται· ὧν καὶ Ξενοφῶν ἐν τῇ συγγραφῇ μνήμην ἐποιήσατο, ὅτι μαχιμώτατοι εἶεν τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν, καὶ τὰ πολλὰ κακὰ ἡ στρατιὰ τῶν Ἑλλήνων ὅτι ἐν τῇδε τῇ χώρᾳ ἔπαθεν, ἐπειδὴ ἀπεχωρίσθησαν οἱ Ἀρκάδες ἀπό τε τῆς Χειρισόφου καὶ τῆς Ξενοφῶντος μερίδος.

XIV. Τὰ δὲ ἀπὸ τοῦδε ἤδη Παφλαγονία. Ἀπὸ Παρθενίου ἐς Ἄμαστριν πόλιν Ἑλληνίδα, στάδιοι ἐνενήκοντα· ὅρμος ναυσίν. Ἔνθεν εἰς Ἐρυθίνους, ἑξήκοντα. Καὶ ἀπὸ Ἐρυθίνων εἰς Κρῶμναν, ἄλλοι ἑξήκοντα. (2) Ἐνθένδε εἰς Κύτωρον ἐνενήκοντα· ὅρμος ναυσὶν ἐν Κυτώρῳ. Καὶ ἀπὸ Κυτώρου εἰς Αἰγιαλοὺς, ἑξήκοντα. Ἐς δὲ Θύμηνα, ἐνενήκοντα. Καὶ εἰς Κάραμβιν, εἴκοσι καὶ ἑκατόν. (3) Ἐνθένδε εἰς Ζεφύριον, ἑξήκοντα. Ἀπὸ δὲ Ζεφυρίου εἰς Ἀβώνου τεῖχος, πόλιν σμικρὰν, πεντήκοντα καὶ ἑκατόν. Ὅρμος ναυσὶν οὐκ ἀσφαλής· ἀλλ' εὔδοιεν [σαλεύοιεν?] ἂν ἀπαθεῖς, εἰ μὴ μέγας χειμὼν κατέχοι. Ἀπὸ δὲ Ἀβώνου τείχους εἰς Αἰγινήτην, ἄλλοι πεντήκοντα καὶ ἑκατόν. Ἐνθένδε εἰς Κίνωλιν ἐμπόριον, ἄλλοι ἑξήκοντα· καὶ ἐν Κινώλει σαλεύοιεν ἂν νῆες ὥρᾳ ἔτους. (4) Ἀπὸ δὲ Κινώλιος ἐς Στεφάνην, ὀγδοήκοντα καὶ ἑκατόν· ὅρμος ναυσὶν ἀσφαλής. Ἀπὸ δὲ Στεφάνης εἰς Ποταμοὺς, πεντήκοντα καὶ ἑκατόν. Ἐνθένδε εἰς Λεπτὴν ἄκραν, ἑκατὸν καὶ εἴκοσι. Ἀπὸ δὲ Λεπτῆς ἄκρας ἐς Ἀρμένην, ἑξήκοντα· λιμὴν αὐτόθι. Καὶ Ξενοφῶν τῆς Ἀρμένης ἐμνημόνευσεν. (5) Καὶ ἔνθεν εἰς Σινώπην, στάδιοι τεσσαράκοντα· Σινωπεῖς, Μιλησίων ἄποικοι. Ἀπὸ δὲ Σινώπης εἰς Κάρουσαν, πεντήκοντα καὶ ἑκατόν· σάλος ναυσίν. Ἐνθένδε εἰς Ζάγωρα, ἄλλοι αὖ πεντήκοντα καὶ ἑκατόν. Ἐνθένδε εἰς τὸν Ἅλυν ποταμὸν, τριακόσιοι.

XV. Οὗτος ὁ ποταμὸς πάλαι μὲν ὅρος ἦν τῆς Κροίσου βασιλείας καὶ τῆς Περσῶν· νῦν δὲ ὑπὸ τῇ Ῥωμαίων ἐπικρατείᾳ ῥέει, οὐκ ἀπὸ μεσημβρίας, ὡς λέγει Ἡρόδοτος, ἀλλὰ ἀπὸ ἀνίσχοντος ἡλίου. Καθότι δὲ εἰσβάλλει εἰς τὸν Πόντον, ὁρίζει τὰ Σινωπέων καὶ Ἀμισηνῶν ἔργα. (2) Ἀπὸ δὲ Ἅλυος ποταμοῦ ἐς Ναύσταθμον, στάδιοι ἐνενήκοντα· ἵναπερ καὶ λίμνη ἐστίν. Ἐνθένδε ἐς Κωνωπεῖον, ἄλλην λίμνην, ἄλλοι αὖ πεντήκοντα. Ἀπὸ δὲ Κωνωπείου ἐς Εὐσήνην, ἑκατὸν καὶ εἴκοσι. (3) Ἐνθένδε εἰς Ἀμισὸν ἑκατὸν καὶ ἑξήκοντα. Ἀμισὸς, πόλις Ἑλληνὶς, Ἀθηναίων ἄποικος, ἐπὶ θαλάττῃ οἰκεῖται. Ἀπὸ δὲ Ἀμισοῦ εἰς Ἀγκῶνα λιμένα, ἵνα-

quinque. Inde ad Nymphæum, quindecim; et a Nymphæo ad Oxinam fluvium, triginta. Ab Oxina ad Sandaracam nonaginta stadia: Sandaraca statio est parvis navibus. (5) Inde ad Crenidas saxaginta; et a Crenidibus ad Psyllam emporium, triginta. Inde ad Tium, urbem Græcam Ionicam, in maris ora sitam, Milesiorum coloniam, nonaginta. A Tio ad Billæum fluvium, viginti stadia. A Billæo ad Parthenium fluvium, centum stadia. (6) Hucusque Thraces Bithyni sedem tenent. Quorum Xenophon in sua historia (*Anab.* 6, 3) mentionem fecit, quos omnium Asiæ populorum bellicosissimos esse ait, quorumque in terra exercitum Græcorum multa mala perpessum esse testatur, postquam Arcades a Chirisophi atque Xenophontis partibus defecerant.

XIV. Hinc Paphlagoniæ est initium. A Parthenio ad Amastrim urbem Græcam, ubi navibus statio, nonaginta stadia. Inde ad Erythinos, sexaginta; et ab Erythinis ad Cromnam, sexaginta alia. (2) Hinc ad Cytorum, ubi statio navibus, nonaginta. A Cytoro ad Ægialos, sexaginta. Ad Thymena, nonaginta. Ad Carambin, centum et viginti. (3) Inde ad Zephyrium, sexaginta. A Zephyrio ad Aboni mœnia, urbem exiguam, centum et quinquaginta: statio illic navibus non admodum tuta; ubi tamen, si non magna sit tempestas, a damno immunes commorari queant. Ab Aboni mœnibus ad Æginetam, centum et quinquaginta. Inde ad Cinolim emporium, alia sexaginta, et in Cinoli naves æstate commorari possint. (4) A Cinoli ad Stephanen, ubi statio navibus tuta, centum et octoginta. A Stephane ad Potamos, centum et quinquaginta. Hinc ad Leptem Acram, centum et viginti. A Lepte Acra ad Harmenen sexaginta: portus illic; Harmenæ Xenophon (*An.* 6, 1, 9) quoque mentionem facit. (5) Inde ad Sinopen, stadia quadraginta: Sinopenses Milesiorum coloni. A Sinope ad Carusam, ubi salum navibus, centum et quinquaginta. Hinc item ad Zagora, centum et quinquaginta. Inde ad Halym fluvium, trecenta.

XV. Hic fluvius olim regni Crœsi et Persarum terminus fuit, nunc sub Romanorum imperio fluit; haud a meridie, ut Herodotus (I, 72) ait, sed ab ortu solis: ubi autem se exonerat in Pontum, Sinopensium et Amisenorum agros separat. (2) Ab Haly fluvio ad Naustathmum, ubi palus, nonaginta stadia. Hinc ad Conopeum, aliam paludem, item quinquaginta. A Conopeo ad Eusenen, centum et viginti. (3) Inde ad Amisum, centum et sexaginta: Amisus autem, urbs Græca, Atheniensium colonia, mari adjacet. Ab Amiso ad Anconem portum, ubi Iris in Pontum exonera-

περ καὶ ὁ Ἶρις εἰσβάλλει εἰς τὸν Πόντον, στάδιοι ἑξήκοντα καὶ ἑκατόν. Ἀπὸ δὲ τοῦ Ἴριος τῶν ἐκβολῶν ἐς Ἡράκλειον, ἑξήκοντα καὶ τριακόσιοι· ὅρμος ναυσίν. Ἐνθένδε ἐπὶ τὸν Θερμώδοντα ποταμὸν, τεσσαράκοντα. Οὗτος ὁ Θερμώδων ἐστὶν, ἵναπερ αἱ Ἀμαζόνες οἰκῆσαι λέγονται.

XVI. Ἀπὸ δὲ Θερμώδοντος εἰς Βῆριν ποταμὸν, στάδιοι ἐνενήκοντα. Ἐνθένδε εἰς Θόαριν ποταμὸν, ἑξήκοντα. Ἀπὸ δὲ Θοάριος ἐς Οἰνόην, τριάκοντα. Ἀπὸ Οἰνόης ἐς Φιγαμοῦντα ποταμὸν, τεσσαράκοντα. Ἐνθένδε εἰς Φαδισάνην φρούριον, πεντήκοντα καὶ ἑκατόν. (2) Ἐνθένδε εἰς Πολεμώνιον πόλιν, στάδιοι δέκα. Ἀπὸ Πολεμωνίου εἰς ἄκραν Ἰασόνιον καλουμένην, στάδιοι τριάκοντα καὶ ἑκατόν. Ἐνθένδε εἰς Κιλίκων νῆσον, πεντεκαίδεκα στάδιοι. (3) Ἀπὸ δὲ Κιλίκων νήσου ἐς Βοῶνα, πέντε καὶ ἑβδομήκοντα· ἐν Βοῶνι ὅρμος ναυσίν. Ἐνθένδε εἰς Κοτύωρα, ἐνενήκοντα. Ταύτης, ὡς πόλεως, Ξενοφῶν ἐμνημόνευσεν, καὶ λέγει Σινωπέων ἄποικον εἶναι· νῦν δὲ κώμη ἐστὶ, καὶ οὐδὲ αὐτὴ μεγάλη. Ἀπὸ Κοτυώρων ἐς Μελάνθιον ποταμὸν, στάδιοι μάλιστα ἑξήκοντα. Ἐνθένδε εἰς Φαρματηνὸν, ἄλλον ποταμὸν, πεντήκοντα καὶ ἑκατόν. Καὶ ἔνθεν εἰς Φαρνακείαν, εἴκοσιν καὶ ἑκατόν. (4) Αὕτη ἡ Φαρνακεία πάλαι Κερασοῦς ἐκαλεῖτο, Σινωπέων καὶ αὐτὴ ἄποικος. Ἐνθένδε ἐς τὴν Ἀρητιάδα νῆσον, τριάκοντα. Καὶ ἔνθεν ἐς Ζεφύριον, εἴκοσι καὶ ἑκατόν· ὅρμος ναυσίν. Ἀπὸ δὲ Ζεφυρίου εἰς Τρίπολιν, στάδιοι ἐνενήκοντα. Ἐνθένδε ἐς τὰ Ἀργύρια, στάδιοι εἴκοσι. (5) Ἐκ δὲ τῶν Ἀργυρίων εἰς Φιλοκάλειαν, ἐνενήκοντα. Ἐνθένδε ἐς Κόραλλα, ἑκατόν. Ἀπὸ δὲ Κοράλλων εἰς Ἱερὸν ὄρος, πεντήκοντα καὶ ἑκατόν. Ἀπὸ δὲ Ἱεροῦ ὄρους εἰς Κορδύλην, τεσσαράκοντα· ὅρμος ναυσίν. (6) Ἀπὸ δὲ Κορδύλης ἐς Ἑρμώνασσαν, πέντε καὶ τεσσαράκοντα· καὶ δεῦρο ὅρμος. Ἀπὸ δὲ Ἑρμωνάσσης εἰς Τραπεζοῦντα, στάδιοι ἑξήκοντα· ἐνταῦθα σὺ ποιεῖς λιμένα. Πάλαι γὰρ, ὅσον ἀποσαλεύειν ὥρᾳ ἔτους, ὅρμος ἦν.

XVII. Τὰ δὲ ἀπὸ Τραπεζοῦντος διαστήματα μέχρι Διοσκουριάδος, προείρηται διὰ τῶν ποταμῶν αναμετρηθέντα. Ἀθροίζοντες δὲ ἀπὸ Τραπεζοῦντος εἰς Διοσκουριάδα, τὴν νῦν Σεβαστόπολιν καλουμένην, στάδιοι δισχίλιοι διακόσιοι ἑξήκοντα. (2) Τάδε μὲν τὰ ἀπὸ Βυζαντίου πλεόντων ἐν δεξιᾷ ὡς ἐπὶ Διοσκουριάδα, ἐς ὅπερ στρατόπεδον τελευτᾷ Ῥωμαίοις ἡ ἐπικράτεια (ἐν δεξιᾷ ἐσπλεόντων εἰς τὸν Πόντον). (3) Ἐπεὶ δὲ ἐπυθόμην Κότυν τετελευτηκέναι, τὸν βασιλέα τοῦ Βοσπόρου τοῦ Κιμμερίου καλουμένου, ἐπιμελὲς ἐποιησάμην καὶ τὸν μέχρι τοῦ Βοσπόρου πλοῦν δηλῶσαί σοι· ὡς, εἴ τι βουλεύοιο περὶ τοῦ Βοσπόρου, ὑπάρχοι σοι καὶ τόνδε τὸν πλοῦν μὴ ἀγνοοῦντι βουλεύεσθαι.

XVIII. Ὁρμηθεῖσιν οὖν ἐκ Διοσκουριάδος, πρῶτος ἂν εἴη ὅρμος ἐν Πιτυοῦντι· στάδιοι τριακόσιοι πεντήκοντα. Ἐνθένδε ἐς τὴν Νιτικὴν, στάδιοι πεντήκοντα καὶ ἑκατόν· ἵναπερ πάλαι ᾤκει ἔθνος Σκυθικὸν, οὗ μνή-

tur, centum et sexaginta stadia. Ab Iris ostio ad Heracleum portum, trecenta et sexaginta, ubi statio navibus. Hinc ad Thermodontem fluvium, quadraginta : hic est ille fluvius, ubi Amazones sedem habuisse dicuntur.

Leon, Leontis filius, Byzantinus, Platonis vel secundum alios Aristotelis discipulus, præter Philippi et belli sacri historias aliaque nonnulla etiam Alexandri res conscripsit. Testatur Suidas v. Λέων, addens, uti solet, ineptias. Scilicet historicum hunc putat eundem cum Leonte rhetore Byzantino esse, quem ipse vivente adhuc Philippo vitam suspendio finiisse refert. Ex historiis illis nihil superstes. Ceterum quum Leonti eædem plane atque Callistheni historiæ tribuantur, nescio an suspicari liceat, Leontem Aristotelicum fuisse, qui Callisthenis scripta in publicum ediderit.

Lycum Rheginum, Lycophronis fratrem, de rebus Alexandri Magni scripsisse censet summus Creuzerus in libro De arte historica p. 364 ed. noviss., allato loco Stephani Byzantii, ubi hæc : Σκίδρος, πόλις Ἰταλίας· τὸ ἐθνικὸν Σκιδριανὸς, ὡς Λύκος (Λίκιος cod. Rhed.) ἐν τῷ Περὶ Ἀλεξάνδρου. Quæras tamen quomodo in Macedonis historia Lycus Scidri mentionem fecerit. Ad aliena auctorem aberrasse dicerem, nisi alia suaderet Scholiasta ad Aristoph. Pac. 925, qui ita habet : Περὶ δὲ τῶν λαρινῶν βοῶν Λύκος μὲν ὁ Ῥηγῖνος ἐπὶ ταῖς (ἐν τοῖς? ἐν ἐπιστολαῖς?) Πρὸς Ἀλέξανδρόν φησιν ἀπὸ Λαρίνου τινὸς βουκόλου ταύτην αὐτοὺς προσηγορίαν ἐσχηκέναι ... Τοὺς δὲ Ἠπειρωτικοὺς βοῦς οὕτω λέγουσιν ἀπὸ τινος Λαρίνου βουκόλου, παραλαβόντος παρὰ Ἡρακλέους τὰς Γηρυόνου βοῦς. Dubium vix est quin Stephanus et scholiasta idem respexerint opus, adeo ut alter ex altero corrigendus sit. Quodsi vero etiam concesserim apud schol. Arist. reponendum esse, ἐν τῷ Περὶ Ἀλεξάνδρου, tamen mentio urbis Italicæ bovumque Epiroticorum eo nos ducit, ut non de Macedone Alexandro, sed de Epirota et de expeditione ejus Italica auctorem egisse censeamus.

Hieronymus Cardianus apud Suidam scripsisse dicitur τὰ ἐπ' Ἀλεξανδρείᾳ πραχθέντα. Corrupta hæc Vossius, Fabricius, Mannertus, Kiesslingius emendari voluerunt in τὰ ἐπ' vel τὰ ὑπ' Ἀλεξάνδρου πραχθέντα. At quæ de Hieronymi historiis comperta habemus, flagitant τὰ ἐπ' Ἀλεξάνδρῳ πραχθέντα, uti sæpius viri docti monuerunt. Quamquam hæc tituli ratio insoliti quiddam habet.

Eratosthenem peculiare de rebus Alexandri opus scripsisse ex iis quæ leguntur apud Plutarch. Alex. c. 3, 31, De Alex. fortun. c. 3, Arrian. Exp. V, 3, colligi voluerunt Schmiederus, Heerenius, Santo-Crucius. Cujus decreti rationes idoneas desiderari, præeunte Bernhardyo, dixi in Eratosthenis Fragm. Chronol. (N° 16-19 ibiq. not.). Stat sententia.

Philoni Thebano et *Philippo Chalcidensi* si quis inter scriptores rerum Alexandri locum assignari velit, neque refelli sententia neque comprobari potest, quum omnis eorum memoria uno Plutarchi loco contineatur (V. Onesicrit. Fragm. 5, p. 48 ibique not.).

Nymphis Heracleota secundum Suidam posteritati mandavit Περὶ Ἀλεξάνδρου καὶ τῶν διαδόχων βιβλία κδ'. Ex quo opere præter unum locum (ap. Ælian. H. A. XVII. 3) e libro nono Περὶ Πτολεμαίων (i. e. περὶ διαδόχων) nihil superest.

Varroni epitomen historiæ Alexandri tribui Suidas Βάρρων (Βάρων ed. Med.) ait,

ἱστορικός. Ἐπιτομὴν τῶν κατ' Ἀλέξανδρον τὸν Μακεδόνα. Eundem auctorem citare Küstero videtur v. ἐγκατέσκηψαν, ubi: « Τὰ Αἰγυπτίων κακὰ τὰ ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ πόλει ἐγκατέσκηψε καὶ τῇ Ῥώμῃ. » Οὐάρων φησίν. Ceterum Terentius Varro si rerum Alexandri compendium græce scripsisset, haud dubie mentionem ejus fecisset auctor Itinerarii Alexandri cap. 6, ubi se Varronis Ephemeridem Pompejo scriptam imitari dicit. Quare si recte nomen historici se habet, de alio quodam Varrone cogitare malim. Sin corruptum est, fortasse latet mentio Batonis, quem Περσικὰ aliaque composuisse novimus.

Timagenem non solum dicendi genere sed argumento etiam historias Clitarchi imitatum esse collegeris ex Curtio IX, 5, 21 (V. Clitarchi fr. 11, p. 79). Porro Schwabius (*De Livio et Timagene historiarum æmulis*. Program. Stuttg. 1834) probabiliter admodum suspicatur Timagenem notari Livianis istis (IX, 18): *Id vero periculum erat quod levissimi ex Græcis, qui Parthorum quoque contra nomen Romanum gloriæ favent, dictitare solent, ne majestatem nominis Alexandri, quem ne fama quidem illis notum arbitror fuisse, sustinere potuerit populus Romanus, etc.* Quæ ipsa quidem de Alexandro loquens auctor protulisse videatur. Ceterum num peculiare de Alexandro opus justamque regis historiam elaboraverit nec ne, in medio relinquendum est. Quamquam proclivior in eam sum sententiam, de Alexandro Timagenem dixisse in libris Περὶ βασιλέων (V. Steph. Byz. v. Μιλύαι). De quo opere si Bonamyus (*Mém. de l'Ac.*, XIII, p. 50), quem Santo-Crucius (p. 55) sequitur, dicit: *C'était une histoire d'Alexandre et des rois qui divisèrent sa monarchie*, huic judicii confidentiæ haud patrocinatur species verisimilitudinis; nam titulus libri ex Græcorum loquendi usu in ejusmodi argumentum minime cadit, id quod Ebertus (in Diss. Sicul. p. 135) pluribus exposuit. Ego quidem Περὶ βασιλέων opus fuisse tale fere cogitarim, qualis umbram ostendit Cornelii Nepotis libellus *De regibus.* Sermo ibi fit de regibus Persarum, Lacedæmoniorum, Siculorum, Macedonum, deque ipso Alexandro nostro ejusque successoribus, non ita tamen ut continuam scriptor historiam contexat, sed eo potius consilio, ut personarum rebus gestis, animi dotibus, fatorum vicissitudine conspicuarum adumbret imagines. Ejusmodi vero argumentum Timagenis studiis rhetoricis per erat accommodatum.

Strabo (II, p. 70) postquam Indicorum scriptores Daimachum, Megasthenem et Onesicritum, Nearchum, alios, ψευδολόγους dixit, subjicit: Καὶ ἡμῖν δ' ὑπῆρξεν ἐπίπλεον κατιδεῖν ταῦτα ὑπομνηματιζομένοις τὰς Ἀλεξάνδρου πράξεις. Quibus item non peculiare opus indicari videtur, sed pars τῶν ὑπομνημάτων ἱστορικῶν, quæ ipse memorat lib. I, p. 13.

Potamo Mytilenæus præter alia etiam Alexandri historiam condidit, referente Suida. In ea narraverit quod audiisse se ex Potamone tradit Sotion ap. Plutarchum (Alex. c. 61), qui de urbe in Bucephali honorem condita locutus addit hæc: Λέγεται δὲ καὶ κύνα, Περίταν ὄνομα, τεθραμμένον ὑπ' αὐτοῦ καὶ στεργόμενον ἀποβαλὼν, κτίσαι πόλιν ἐπώνυμον. Τοῦτο δὲ Σωτίων φησὶ Ποτάμωνος ἀκοῦσαι τοῦ Λεσβίου.

Cephalion Musarum libro nono, *Urania* inscripto, narravit καὶ τὰ κατὰ Ἀλέξανδρον. Adhibuit vero ad contexendum hunc librum scripta συγγραφέων τριάκοντα, ἐν οἷς καὶ ἡ Κεφαλίωνος ἱστορία (Photius Bibl. cod. 68, p. 34 ed. Bekk.). Quæ ita intelligenda esse videntur, ut ipsum Musarum auctorem peculiari scripto de Alexandro exposuisse statuamus.

Hactenus de iis, qui data opera seorsim Alexandri res gestas tractarunt. Jam quod attinet historias sive universales sive miscellaneas atque opera geographica, quibus passim Alexander memoratur, porro scripta philosophica, quibus præcepta exemplis ex historia petitis illustrabantur, declamationes denique rhetorum, quibus Alexandri persona et fortuna argumentum erat, necnon collectiones epistolarum, quæ Alexandri vel de Alexandro circumferebantur, poetarumque deliramenta, iis omnibus locum in hoc volumine ratio instituti nostri denegavit. Vale, lector, faveque.

CAROLUS MÜLLER.

Parisiis, mense decembri MDCCCXLVI.

CALLISTHENES OLYNTHIUS.

Callisthenes Olynthius patrem habuit aut Demotimum aut Callisthenem (1), matrem Hero, quæ consobrina erat Aristotelis (2). Natales ejus quamquam certius constitui non possunt, probabiliter tamen ad Olymp. 103 (368-365) eos refert Sevinus (3). Educatus puer est (ἐτέθραπτο) apud Aristotelem, quem ne tunc quidem juvenis reliquisse videtur, quum ad Alexandrum instituendum Pellam philosophus se contulit (Ol. 109, 2. 343). Nam *condiscipulatu apud Aristotelem Alexandro familiaris* Callisthenes fuisse dicitur apud Justinum XII, 6 (4). Jam Aristotelem scimus Alexandri magistrum egisse usque ad Olymp. 110, 1. 340, deinde munere hoc perfunctum quattuor adhuc annos in Macedonia degisse, atque eo demum anno, quo expeditionem Asiaticam Alexander parabat (Ol. 111, 2. 335), Athenas esse reversum (v. Stahr. *Aristot.* I, p. 101 sqq.). Cum Aristotele Callisthenes quoque in Græciam profectus esse videtur Westermanno, propterea quod una cum Theophrasto operam philosopho dedisse perhibetur (Diog. L. V, 39. Cic. Tuscul. III, 10, 21) (5). « Etenim Theophrastus, ait, primum Leucippi auditor fuit, tum Platonem audivit, denique ad Aristotelem se contulit (Diog. L. V, 36). Ex quo consequitur ut puer non ab Aristotele una cum Alexandro et Callisthene institutus esse possit, sed ut aliquanto post ad eum accesserit; neque aliud restat huic accessioni accommodatum tempus quam quo relictis Stagiris Aristoteles iterum Athenas redux factus docuit (Ol. 111, 2 sqq). Cujus rei quum Theophrastus socium Callisthenem haberet, efficitur ut hic quoque, antequam in Asiam ad Alexandrum accederet, Athenas aliquando rediisse ibique amicitiam cum Theophrasto junxisse putandus sit (6). » Quod uti fieri potuisse non nego, sic nihil est quod ita statuere nos cogat. Quidni Theophrastus postremis annis, quos in Macedonia Aristoteles degit, ad eum accesserit? Num probabile est intimam amicitiam

(1) Suidas : Καλλισθένης, Δημοτίμου, οἱ δὲ Καλλισθένους, Ὀλύνθιος, μαθητὴς Ἀριστοτέλους καὶ ἀνεψιαδοῦς· ὃν ἔδωκεν ἕπεσθαι Ἀλεξάνδρῳ τῷ Μακεδόνι· ὁ δ' ἐν γαλεάγρᾳ σιδηρᾷ βαλὼν ἀνεῖλεν ἅμα Νεάρχῳ (debebat Νεόφρονι) τῷ τραγικῷ, διότι συνεβούλευε μὴ ἐπιζητεῖν ὑπὸ Ἀθηναίων καλεῖσθαι δεσπότης· τινὲς δὲ αὐτὸν ὡς ἐπιβουλεύοντα Ἀλεξάνδρῳ ἀνῃρῆσθαί φασιν ἅμα Νεάρχῳ (Νεόφρονι. cf. Suid. s. h. v.). Εὐφυὴς πρὸς τὸ αὐτοσχεδιάζειν καὶ ῥύμῃ πολλῇ φέρεσθαι. Καὶ φέρεται λόγος, ὡς ὁ Καλλισθένης ὑπὸ φθειρῶν ὑπερβλύσεως καὶ ἐκβράσεως τὸν βίον καταστρέφει· καὶ μαρτυρεῖ ὁ ἴαμβος οὗτος·

Καὶ φθειριῶσαν, ὡς ὁ πρὶν Καλλισθένης·
περὶ τῆς ἰατρικῆς τέχνης λέγων, ὡς ἠμέλητο πάνυ.

(2) Plutarch. Alex. c. 55 : Καὶ γὰρ ἐτέθραπτο Καλλισθένης παρ' αὐτῷ (τῷ Ἀριστοτέλει) διὰ τὴν συγγένειαν, ἐξ Ἡροῦς γεγονὼς, ἀνεψιᾶς Ἀριστοτέλους. WESTERMANNUS (*De Callisthene Olynthio et Pseudo-Callisthene qui dicitur Commentationes quattuor*. Pars I, Lips. 1838. Pars II, 1841 et 1842.) I, p. 3 : « Ipsum ἀνεψιᾶς vocabulum quo sensu intelligi voluerit Plutarchus paullulum dubitari potest, quoniam eo Græci, sicut v. *consobrinæ* Romani, et fratris sive sororis filiam et quamlibet affinem (cf. Plut. Solon. c. 1) significare solent. Prius si hoc loco præfers, Hero fuerit filia Arimnestæ, sororis Aristotelis, fratre unico Arimnesto sine liberis mortuo. Jam Aristoteles ipse natus est demum Ol. 99, 1. 384 a. C.; cujus etiamsi sororem natu majorem fuisse concedamus, tamen ex lege naturæ nepotem ante Ol. 107 ex ea nasci potuisse vix est credibile : hoc autem tempore Callisthenem jam aliquatenus adolevisse ex eis apparebit, quæ deinde disputabimus. Itaque veri similius est alterum, Hero fuisse quovis alio affinitatis gradu cum Aristotele conjunctam. »

(3) SEVIN. *Recherches sur la vie et les ouvrages de Callisthène* in *Mém. de l'Acad. des I. et belles L.* tom. IX, p. 198 sqq. Cf. GEIER. Alex. Histor. Script. p. 192, ubi disputat contra Westermannum, qui natales C. referri malebat ad Ol. 104 vel 105.

(4) Contra Seneca Suasor. I, p. 6 Bip. et Solinus c. 9, p. 29 Salm. Callisthenem Alexandri *præceptorem* et *rectorem* appellant. Cogitaverint illi de auctoritate, qua per aliquantum temporis Callisthenes apud Alexandrum valuit, vel potius sua hauserunt ex declamationibus istis et ῥητορείαις de nefando scelere, quod in philosophum rex juvenis perpetraverit. Nihilominus in errorem se induci passus est Sevinus l. l., ubi hæc : *Après un séjour de quelques années Aristote obtint la permission de se retirer. Callisthène qui l'avait accompagné, prit sa place, il fut déclaré précepteur du fils de Philippe.* Scilicet hoc inesse opinatus est verbis Diogenis Laert. V, 4 : Ἐπειδὴ δὲ ἐδόκει (Ἀριστοτέλης) ἐπιεικῶς αὐτῷ συγγεγενῆσθαι Ἀλεξάνδρῳ, ἀπῆρεν εἰς Ἀθήνας, συστήσας αὐτῷ τὸν συγγενῆ Καλλισθένη τὸν Ὀλύνθιον.

(5) Mutuæ amicitiæ et amoris testis luculentissimus est liber Καλλισθένης ἢ περὶ πένθους inscriptus, in quo sortem Callisthenis tristissimam Theophrastus ploravit.

(6) Idem Westermannus p. 4 not. errorem notat Stahrii (l. l. p. 121), qui cum nostro Callisthene male confudit eum Callisthenem, quem inter bonorum suorum heredes et ipsius testamenti curatores Theophrastus esse voluit (Diog. L. V, 53. 56).

virorum ex consuetudine derivare, cui jungendæ colendæque ex Westermanni rationibus tempus brevissimum, fortasse paucorum tantum mensium spatium concedi posset? Ac remansisse in Macedonia Callisthenem haud obscure innuunt verba Diogenis (V, 4; cf. not. 4): Ἀπῆρεν (Ἀριστοτέλης) εἰς Ἀθήνας, συστήσας αὐτῷ (τῷ Ἀλεξάνδρῳ) τὸν συγγενῆ Καλλισθένη τὸν Ὀλύνθιον, *commendans illi cognatum suum Callisthenem*. Quibus Diogenes idem procul dubio significari voluit, quod disertius eloquitur Suidas (not. 1) verbis: ὃν ἔδωκεν ἕπεσθαι Ἀλεξάνδρῳ τῷ Μακεδόνι. Contra si Justinum audias, non una cum Alexandro Callisthenes in Asiam trajecit, sed aliquanto post, quum de celebritate expeditionis e primis victoriis augurari liceret, hunc sibi gloriæ suæ præconem rex arcessivisse videtur. Scilicet Justinus XII, 6, quo loco de Alexandro agit propter Cliti cædem ingenti luctui indulgente, ad consolandum regem *multum profuere*, inquit, *et Callisthenis philosophi preces, condiscipulatu apud Aristotelem familiaris illi, et tunc ab ipso rege ad prodenda memoriæ acta ejus acciti*. (Particula *tunc* non premenda, sed ad prima expeditionis tempora referenda est.) Cum his fortasse conjungenda sunt quæ nescio quam recte tradit Plutarchus Alex. 53: Τοὺς πολίτας καταγαγεῖν καὶ κατοικίσαι πάλιν τὴν πατρίδα φιλοτιμούμενος (Καλλισθένης) ἀνέβη πρὸς Ἀλέξανδρον. Id. De Stoic. repugn. c. 20: Καλλισθένει τινὲς ἐγκαλοῦσιν ὅτι πρὸς Ἀλέξανδρον ἔπλευσεν, ἐλπίζων ἀναστήσειν Ὄλυνθον, ὡς Στάγειρα Ἀριστοτέλης (7).

Callisthenem quæ manserit sors, inter omnes constat. Cujus gloriam posteritati tradere venerat, ab eo mox in vincula conjectus, secundum nonnullos etiam affectus est supplicio. Cecidit vero non scelere oppressus, quippe quod nullum commisisse videatur, sed propterea quod ingenium domare moresque conditioni rerum attemperare non didicerat. « Qua indole Callisthenes fuerit (Westermanni p. 5 verbis utor) intelligetur maxime ex dicto Aristotelis ap. Diog. L. V, 2, 39: Λέγεται δ' ἐπ' αὐτοῦ (Θεοφράστου) τε καὶ Καλλισθένους τὸ ὅμοιον εἰπεῖν Ἀριστοτέλην, ὅπερ Πλάτωνα, καθὰ προειρηται, φασὶν εἰπεῖν ἐπί τε Ξενοκράτους καὶ αὐτοῦ τούτου· φάναι γὰρ τοῦ μὲν Θεοφράστου καθ' ὑπερβολὴν ὀξύτητος πᾶν τὸ νοηθὲν ἐξερμηνεύοντος, τοῦ δὲ νωθροῦ τὴν φύσιν ὑπάρχοντος, ὡς τῷ μὲν χαλινοῦ δέοι, τῷ δὲ κέντρου. In quibus νωθρὸν τὴν φύσιν, i. e. tardum ingenio et obtusum, erraret qui sic dictum acciperet, quasi omnem in eo animi alacritatem prorsus magister desiderasset. Scilicet nihil aliud sibi voluit Aristoteles quam Callisthenem, si compararetur cum Theophrasto, qui pro excellenti ingenii acumine cuncta facillime assequeretur et egregie exponeret, in ediscenda atque aliis tradenda philosophia longe fuisse inferiorem. Neque alia fuit sententia Platonis et Isocratis, quorum idem dictum traditur de Aristotele et Xenocrate (Diog. L. IV, 2, 6) ac de Theopompo et Ephoro (Cic. Brut. 56; Epist. ad Attic. VI, 1, 12); quippe Xenocrates et Ephorus per se quidem minime spernendi erant, immo suo uterque genere eruditionis aliis multis longe excellebat; sed præ divino Aristotelis ingenio acerrimoque animi ardore Theopompi, tardi tamen, hebetes et obtusi videbantur. Ac de Ephoro quidem non satis liquet, licet haud inepte illud Marxius (Fragm. Ephor. p. 12) ex communi Cumanorum stupore ingeniique tarditate, quæ pæne in proverbium abiit (cf. Strabo XIII, p. 622; Steph. Byz. v. Κύμη) explicet. Verum Xenocrates quo animo fuerit penitus perspectum habemus cum multis aliis ex locis veterum scriptorum, tum ex ejus vita, quæ legitur apud Diogenem L. IV, 2, isque eo rectius ad judicium de Callisthene ferendum a nobis adhibetur, quia iisdem verbis Xenocratis quoque animum describit § 6: Ἦν δὲ τὴν φύσιν ὥστε φασὶν λέγειν τὸν Πλάτωνα συγκρίνοντα αὐτὸν Ἀριστοτέλει, τῷ μὲν μύωπος δεῖ, τῷ δὲ χαλινοῦ, καί, ἐφ' οἷον ἵππον οἷον ὄνον ἀλείφω. Scilicet vir erat probus atque sanctus; quum testimonium aliquando publice dixisset et jurandi causa ad aram accederet, una voce omnes judices, ne juraret, reclamaverunt; integer atque incorruptus; contempsit dona a Philippo, Alexandro, Antipatro oblata; purus atque continens; gravis atque severus; virtutem summopere exaggeravit; cetera extenuavit et abjecit; dictione simplex atque invenustus; ore denique adeo tristi semper atque serio, ut sæpenumero Plato eum increparet, Ξενόκρατες, θῦε ταῖς Χάρισι. Ex quo consequitur νωθρότητα illam non tam ingenii hebetudinem significare quam animi atque morum rigorem atque severitatem, quam qui habent (suntque ii homines sane plerumque ingenio aliquantum tardiores), quoniam probitate nititur, nihil extimescere, vitæ dulcedinem contemnere, recta via ad

(7) « Quæ a diversis scriptoribus ejus rei caussæ proferuntur diversissimæ, eæ omnes fortasse aliquid veri in se habent, ut facile inter se conciliari possint... Igitur Alexander quum bellum contra Persas pararet sive in Asiam jam trajecisset [hoc probat Geierus] — quod in controversia relinquendum — accessit ad eum Callisthenes, amore patriæ et miseratione commotus ut Olynthum in pristinum honorem restitueretur petiturus. Commendavit eum ut socium atque comitem Aristoteles, quippe ipse quoque haud leve in eo habiturus rerum suarum adjumentum et subsidium. Alexander autem benigne exceptum condiscipulum, precibus ejus, ut videtur, neque exauditis neque plane spretis, ut rerum gerendarum optatissimum præconem retinuit et in Asiam secum duxit. » WESTERMANN. p. 7.

finem tendere, libere omnia eloqui, itaque hominibus mollioribus, potentibus inprimis, majori offensioni quam delectationi esse solent. Jam eandem fere Callisthenis quoque fuisse indolem, eandem animi fortitudinem, eandem in dicendo audaciam, eandem rerum mortalium contemtionem, ex iis intelligitur quæ de ejus vita memoriæ tradita accepimus. »

Atque minime aptum regum commercio fuisse Callisthenem ob linguam immodice et intempestive liberam Aristoteles bene perspexit. Etenim narrat Diogenes (V, 1, 5): Παῤῥησιαστικώτερον λαλοῦντα Καλλισθένη τῷ βασιλεῖ καὶ μὴ πειθόμενον αὐτῷ ἐπιπλήξαντα (Ἀριστοτέλη) εἰπεῖν·

Ὠκύμορος δή μοι, τέκος, ἔσσεαι, οἷ' ἀγορεύεις.

Porro Valerius Max. VII, 2, 11: *Aristoteles*, inquit, *Callisthenem auditorem suum ad Alexandrum dimittens monuit ut cum eo aut rarissime aut quam jucundissime loqueretur: quo scilicet apud regias aures vel silentio tutior, vel sermone esset acceptior.* (Addit: *At ille, dum Alexandrum Persica Macedonum salutatione gaudentem objurgat, et ad Macedonicos mores invitum revocare perseverat, spiritu carere jussus seram neglecti consilii pœnitentiam egit.* Cf. Ammian. Marcell. XVIII, 3, 7.)

Talis igitur Callisthenes ad Alexandrum accessit, a quo tum propter Aristotelis affinitatem tum propter doctrinæ et eloquentiæ laudem benigne acceptus est. Otium impendit et aliis studiis (*) et conscribendis rebus Alexandri, cujus tam studiosum se ostendit laudatorem, ut ne ea quidem, quibus vulgi credulitas vel servile obsequium vel admiratio supra humanam imbecillitatem regem evexit, facundissimus narrator in historias suas recipere spreverit. Verum si Alexandrum rerum gestarum magnitudine omnes mortales superantem ad deos usque efferre historicus haud verebatur, mox ubi supra hominem etiam superbire rex cœpit, philosophus noster ejusdem acerbissimus exstitit adversarius vel certe vituperator molestissimus. Jam evenerunt quæ eventura esse Aristoteles præviderat. Ac primum quidem opera Anaxarchi, aulici potius quam philosophi, factum esse dicitur, ut Alexandri animus a Callisthene abalienaretur. Scilicet post cædem Cliti quum regem ad vitam et ingenium revocare studerent amici, Καλλισθένη τε τὸν φιλόσοφον (Plutarchus ait Alex. c. 52) παρεισήγαγον Ἀριστοτέλους οἰκεῖον ὄντα, καὶ τὸν Ἀβδηρίτην Ἀνάξαρχον. Ὧν Καλλισθένης μὲν ἠθικῶς ἐπειρᾶτο καὶ πρᾴως, ὑποδυόμενος τῷ λόγῳ καὶ περιιὼν ἀλύπως, λαβέσθαι τοῦ πάθους· ὁ δ' Ἀνάξαρχος (1), ἰδίαν τινὰ πορευόμενος ἐξ ἀρχῆς ὁδὸν ἐν φιλοσοφίᾳ, καὶ δόξαν εἰληφὼς ὑπεροψίας καὶ ὀλιγωρίας τῶν συνήθων, εὐθὺς εἰσελθὼν ἀνεβόησεν· « Οὗτός ἐστιν Ἀλέξανδρος, εἰς ὃν ἡ οἰκουμένη νῦν ἀποβλέπει; κτλ.... Τοιούτοις τισὶ λόγοις χρησάμενος ὁ Ἀνάξαρχος τὸ μὲν πάθος ἐκούφισε τοῦ βασιλέως, τὸ δ' ἦθος εἰς πολλὰ χαυνότερον καὶ παρανομώτερον ἐποίησεν, αὐτὸν δὲ δαιμονίως ἐνήρμοσε, καὶ τοῦ Καλλισθένους τὴν ὁμιλίαν, οὐδ' ἄλλως ἐπίχαριν διὰ τὸ αὐστηρὸν οὖσαν, προσδιέβαλε.

Pergit Plutarchus: Λέγεται δέ ποτε παρὰ δεῖπνον ὑπὲρ ὡρῶν καὶ κράσεως τοῦ περιέχοντος λόγων ὄντων, τὸν Καλλισθένη, μετέχοντα δόξης τοῖς λέγουσι, τἀκεῖ μᾶλλον εἶναι ψυχρὰ καὶ δυσχείμερα τῶν Ἑλληνικῶν, ἐναντιουμένου τοῦ Ἀναξάρχου καὶ φιλονεικοῦντος, εἰπεῖν· « Ἀλλὰ μὴν ἀνάγκη σοι ταῦτ' ἐκείνων ὁμολογεῖν ψυχρότερα· σὺ γὰρ ἐκεῖ μὲν ἐν τρίβωνι διεχείμαζες, ἐνταῦθα δὲ τρεῖς ἐπιβεβλημένος δάπιδας κατάκεισαι. (2) « Τὸν μὲν οὖν Ἀνάξαρχον καὶ τοῦτο προσπαρώξυνε.

Cap. 53. Τοὺς δ' ἄλλους σοφιστὰς καὶ κόλακας ὁ Καλλισθένης ἐλύπει, σπουδαζόμενος μὲν ὑπὸ τῶν νέων διὰ τὸν λόγον, οὐχ ἧττον δὲ τοῖς πρεσβυτέροις ἀρέσκων διὰ τὸν βίον, εὔτακτον ὄντα καὶ σεμνὸν καὶ αὐτάρκη (3), καὶ βεβαιοῦντα τὴν λεγομένην τῆς ἀποδημίας πρόφασιν, ὅτι τοὺς πολίτας καταγαγεῖν καὶ κατοικίσαι πάλιν τὴν πατρίδα φιλοτιμούμενος ἀνέβη πρὸς Ἀλέξανδρον. Φθονούμενος δὲ διὰ τὴν δόξαν, ἔστιν ἃ καὶ καθ' αὐτοῦ τοῖς διαβάλλουσι παρεῖχε, τάς τε κλήσεις τὰ πολλὰ διωθούμενος ἔν τε τῷ συνεῖναι βαρύτητι καὶ σιωπῇ δοκῶν οὐκ

(*) Homeri Iliadem una cum Alexandro et Anaxarcho correxit; Hellenicorum suorum libros absolvit (v. infra); Babylone ad Aristotelem misit Chaldæorum observationes astronomicas, teste Simplicio ad Arist. De cœlo 2, p. 123. Cf. Ideler. *Handb. d. Chronol.* I, p. 21.

(1) De Anaxarchi declamatione cf. Arrian. Exp. IV, 9, 9; Plutarch. Ad princip. inerud. c. 4; p. 954 Didot.; Athenæus VI, p. 250 F. Arrianus l. l. de *Callisthenis* consolatione tacet, sed in eodem capite Anaxarcho oratione regis adorationem suadenti opponit Callisthenem τὸν τρόπον ὄντα ὑπαγροικότερον. Justini locum (XII, 6) huc pertinentem supra jam adscripsimus. Propter Arriani de Callisthene regis consolatore silentium, non multum ponderis Plutarchi narrationi tribuendum esse putat Geier. l. l. p. 200.

(2) « Quibus verbis mollitiem et avaritiam notavit miseri hominis cf liberalitate Alexandri impudenter abutentis (v. Plutarch. in Apophthegmat. in Alex. § 7), dum ipse paucis contentus viveret: ita ut in eum non quadrarit, quod, quum Callisthenem aliquis felicem prædicaret, quod magnificis ab Alexandro apparatibus exciperetur, Diogenes Sinopensis respondit, Κακοδαίμων μὲν οὖν ἐστιν, ὃς καὶ ἀριστᾷ καὶ δειπνεῖ ὅταν Ἀλεξάνδρῳ δοκῇ (Eadem Plutarch. De exil. c. 12). » Westermann. p. 10.

(3) De Callisthenis sobrietate curaque sanitatis cf. Chares (fr. 7) ap. Athenæum p. 434, D, ubi poculo per orbem eunte Callisthenes bibere noluisse narratur eamque ob rem interpellatus respondisse: οὐδὲν δέομαι Ἀλεξάνδρου πιὼν τοῦ Ἀσκληπιοῦ δεῖσθαι. Ejusmodi prudentia invisa turbæ potatorum. Plutarch. Sympos. I, 6, 1: Δοκεῖ δὲ καὶ Καλλισθένης ἐν διαβολῇ γενέσθαι πρὸς αὐτὸν ὡς δυσχεραίνων δειπνεῖν διὰ τὸν πότον. Vide Krügerum in Censura libri Droyseniani (Alexander) in *Jahn. Jahrb.* 1835, tom. XV, p. 189 sq.

ἐπαινεῖν οὐδ' ἀρέσκεσθαι τοῖς γινομένοις,' ὥστε καὶ τὸν Ἀλέξανδρον εἰπεῖν ἐπ' αὐτῷ·

Μισῶ σοφιστὴν, ὅστις οὐχ αὑτῷ σοφός (4).

Λέγεται δέ ποτε, πολλῶν παρακεκλημένων ἐπὶ τὸ δεῖπνον, ἐπαινέσαι κελευσθεὶς ἐπὶ τοῦ ποτηρίου Μακεδόνας ὁ Καλλισθένης, οὕτως εὐροῆσαι πρὸς τὴν ὑπόθεσιν, ὥστ' ἀνισταμένους κροτεῖν καὶ βάλλειν τοὺς στεφάνους ἐπ' αὐτόν· εἰπεῖν οὖν τὸν Ἀλέξανδρον, ὅτι, κατ' Εὐριπίδην, τὸν λαβόντα τῶν λόγων

Καλὰς ἀφορμὰς, οὐ μέγ' ἔργον εὖ λέγειν·

« Ἀλλ' ἔνδειξαι (φάναι) τὴν σαυτοῦ δύναμιν ἡμῖν, κατηγορήσας Μακεδόνων, ἵνα καὶ βελτίους γένωνται μαθόντες ἃ πλημμελοῦσιν. » Οὕτω δὴ τὸν ἄνδρα, πρὸς τὴν παλινῳδίαν τραπόμενον, πολλὰ παῤῥησιάσασθαι κατὰ τῶν Μακεδόνων, καὶ τὴν Ἑλληνικὴν στάσιν αἰτίαν ἀποφήναντα τῆς γενομένης περὶ Φίλιππον αὐξήσεως καὶ δυνάμεως, εἰπεῖν·

Ἐν δὲ διχοστασίῃ καὶ ὁ πάγκακος ἔλλαχε τιμῆς.

Ἐφ' ᾧ πικρὸν καὶ βαρὺ ἐγγενέσθαι μῖσος τοῖς Μακεδόσι· καὶ τὸν Ἀλέξανδρον εἰπεῖν, ὡς οὐ τῆς δεινότητος ὁ Καλλισθένης, ἀλλὰ τῆς δυσμενείας Μακεδόσιν ἀπόδειξιν δέδωκε.

Cap. 54. Ταῦτα μὲν οὖν ὁ Ἕρμιππός φησι τὸν ἀναγνώστην τοῦ Καλλισθένους Στροῖβον Ἀριστοτέλει διηγεῖσθαι· τὸν δὲ Καλλισθένη, συνέντα τὴν ἀλλοτριότητα τοῦ βασιλέως, δὶς ἢ τρὶς ἐπανιόντα πρὸς αὐτὸν εἰπεῖν·

Κάτθανε καὶ Πάτροκλος, ὅπερ σέο πολλὸν ἀμείνων.

Οὐ φαύλως οὖν εἰπεῖν ἔοικεν ὁ Ἀριστοτέλης, ὅτι Καλλισθένης λόγῳ μὲν ἦν δυνατὸς καὶ μέγας, νοῦν δ' οὐκ εἶχεν (5). Ἀλλὰ τήν γε προσκύνησιν ἰσχυρῶς ἀπωσάμενος καὶ φιλοσόφως, καὶ μόνος ἐν φανερῷ διελθὼν, ἃ κρύφα πάντες οἱ βέλτιστοι καὶ πρεσβύτατοι τῶν Μακεδόνων ἠγανάκτουν, τοὺς μὲν Ἕλληνας αἰσχύνης ἀπήλλαξε μεγάλης (6), καὶ μείζονος Ἀλέξανδρον, ἀποτρέψας τὴν προσκύνησιν, αὐτὸν δ' ἀπώλεσεν, ἐκβιάσασθαι δοκῶν μᾶλλον ἢ πεῖσαι τὸν βασιλέα. Χάρης δ' ὁ Μυτιληναῖος φησὶ, τὸν Ἀλέξανδρον ἐν τῷ συμποσίῳ πιόντα φιάλην προτεῖναί τινι τῶν φίλων, τὸν δὲ δεξάμενον πρὸς ἑστίαν ἀναστῆναι, καὶ πιόντα προσκυνῆσαι πρῶτον, εἶτα φιλῆσαι τὸν Ἀλέξανδρον ἐν τῷ συμποσίῳ, καὶ κατακλιθῆναι. Πάντων δὲ τοῦτο ποιούντων ἐφεξῆς, τὸν Καλλισθένη λαβόντα τὴν φιάλην, οὐ προσέχοντος τοῦ βασιλέως, ἀλλ' Ἡφαιστίωνι προσδιαλεγομένου, πιόντα προσιέναι φιλήσοντα. Δημητρίου δὲ, τοῦ προσονομαζομένου Φείδωνος, εἰπόντος· « Ὦ βασιλεῦ, μὴ φιλήσῃς· οὗτος γάρ σε μόνος οὐ προσκεκύνηκε· » διακλῖναι τὸ φίλημα τὸν Ἀλέξανδρον· τὸν δὲ Καλλισθένη μέγα φθεγξάμενον εἰπεῖν· « Φιλήματι τοίνυν ἔλασσον ἔχων ἄπειμι. »

Cap. 55. Τοιαύτης ὑπογενομένης ἀλλοτριότητος, πρῶτον μὲν Ἡφαιστίων ἐπιστεύετο, λέγων ὅτι συνθέμενος πρὸς αὐτὸν ὁ Καλλισθένης προσκυνῆσαι, ψεύσαιτο τὴν ὁμολογίαν· ἔπειτα Λυσίμαχοι καὶ Ἅγνωνες ἐπεφύοντο, φάσκοντες περιιέναι τὸν σοφιστὴν, ὡς ἐπὶ καταλύσει τυραννίδος μέγα φρονοῦντα, καὶ συντρέχειν πρὸς αὐτὸν τὰ μειράκια, καὶ περιέπειν, ὡς μόνον ἐλεύθερον ἐν τοσαύταις μυριάσι. Διὸ καὶ τῶν περὶ Ἑρμόλαον ἐπιβουλευσάντων τῷ Ἀλεξάνδρῳ, καὶ φανερῶν γενομένων, ἔδοξαν ἀληθέσιν ὅμοια κατηγορεῖν οἱ διαβάλλοντες, ὡς τῷ μὲν προβαλόντι, πῶς ἂν ἐνδοξότατος γένοιτο ἄνθρωπος, εἶπεν, « Ἂν ἀποκτείνῃ τὸν ἐνδοξότατον· » τὸν δ' Ἑρμόλαον ἐπὶ τὴν πρᾶξιν παροξύνων, ἐκέλευε μὴ δεδιέναι τὴν χρυσῆν κλίνην, ἀλλὰ μνημονεύειν ὅτι καὶ νοσοῦντι καὶ τιτρωσκομένῳ πρόσεισιν ἀνθρώπῳ (7). Καίτοι τῶν περὶ Ἑρμόλαον οὐδεὶς, οὐδὲ διὰ τῆς ἐσχάτης ἀνάγκης, τοῦ Καλλισθένους κατεῖπεν (8).

(4) « *Qui ipse sibi sapiens prodesse non quit, nequidquam sapit.* » Ennius ap. Cic. Ep. ad fam. VII, 6. Cf. ibid. XIII, 15; De off. III, 15; Plutarch. De occult. viv. c. 1.

(5) Cf. Joh. Lydus De mens. III, 36, p 45 ed. Rœth. (et Cram. An. Paris. I, pag. 329) : Ἀριστοτέλης τὸν Καλλισθένην ἀπέσκωψε τὸν μὲν περιττὸν νοῦν ἔχειν, τὸν δὲ ἀνθρώπινον ἀποβεβληκέναι. Ubi νοῦς ἀνθρώπινος dicitur ista ingenii dexteritas, qua suis quisque commodis præ ceteris consulit; virtus in aulicis maxime conspicua. Cf. Krüger. l. l. p. 195.

(6) Cf. Curt. VIII, 5, 20 : *Æquis auribus Callisthenes veluti vindex publicæ libertatis audiebatur.* Ibid. § 13 : *Gravitas viri et prompta libertas invisa erat regi, quasi solus Macedonas paratos ad tale obsequium moraretur.* Cf. Arrian. IV, 10, 7 sqq.; Justin. XII, 7; Itinerar. Alex. c. 92. Ceterum miror summopere istam προσκύνησιν suum apud Germanos invenisse defensorem, qui itaque vanæ stupiditatis crimine Callisthenem onerat. Vide Krüger. l. l.

(7) Hæc dicta Callisthene plane indigna inter mera commenta recte refert Westermannus p. 9. Plutarcheis adde locum Arriani in Exp. IV, 10, 4 : Εἰσὶ δὲ οἳ καὶ τάδε ἀνέγραψαν, ὡς ἄρα ἤρετό ποτε αὐτὸν Φιλώτας, ὅντινα οἴοιτο μάλιστα τιμηθῆναι πρὸς τῆς Ἀθηναίων πόλεως· τὸν δὲ ἀποκρίνασθαι Ἁρμόδιον καὶ Ἀριστογείτονα, ὅτι τὸν ἕτερον τοῖν τυράννοιν ἔκτειναν καὶ τυραννίδα ὅτι κατέλυσαν· ἐρέσθαι αὖθις τὸν Φιλώταν εἰ τῷ τύραννον κτείναντι ὑπάρχει παρ' οὔστινας ἐθέλει τῶν Ἑλλήνων φυγόντα σώζεσθαι· καὶ ἀποκρίνασθαι αὖθις Καλλισθένην, εἰ καὶ μὴ παρ' ἄλλους, παρά γε Ἀθηναίους ὅτι φυγόντι ὑπάρχει σώζεσθαι· τούτους γὰρ καὶ πρὸς Εὐρυσθέα πολεμῆσαι ὑπὲρ τῶν παίδων τῶν Ἡρακλέους, τυραννοῦντα ἐν τῷ τότε τῆς Ἑλλάδος. De Philotæ perduellione cf. Arrian. III, 56.

(8) Contrarium affirmant Aristobulus et Ptolemæus (fr. 13) ap. Arrian. IV, 14, 1 : Ἀριστόβουλος μὲν λέγει ὅτι καὶ Καλλισθένην ἐπᾶραι σφᾶς ἔφασαν (sc. Hermolaus et Sostratus) ἐς τὸ τόλμημα, καὶ Πτολεμαῖος ὡσαύτως λέγει. Οἱ δὲ οὐ ταύτῃ λέγουσιν, ἀλλὰ διὰ μῖσος γὰρ τὸ ἤδη ὂν πρὸς Καλλισθένην ἐξ Ἀλεξάνδρου καὶ ὅτι ὁ Ἑρμόλαος ἐς τὰ μάλιστα ἐπιτήδειος ἦν τῷ Καλλισθένει, οὐ χαλεπῶς πιστεῦσαι τὰ χείρω ὑπὲρ Καλλισθένους Ἀλέξανδρον. Curtius VIII, 6, 24 : *Callisthenem non ut participem facinoris nominatum esse constabat, sed solitum esse puerorum sermonibus vituperantium criminantiumque faciles aures præbere. Quidam adjiciunt, quum Hermolaus apud eum quoque verberatum se a rege quereretur, dixisse Callisthenem,*

Ἀλλὰ καὶ Ἀλέξανδρος αὐτὸς εὐθὺς Κρατερῷ γράφων καὶ Ἀττάλῳ καὶ Ἀλκέτᾳ, φησὶ, τοὺς παῖδας βασανιζομένους ὁμολογεῖν, ὡς αὐτοὶ ταῦτα πράξειαν, ἄλλος δ' οὐδεὶς συνειδείη. Ὕστερον δὲ γράφων πρὸς Ἀντίπατρον, καὶ τὸν Καλλισθένη συνεπαιτιασάμενος· « Οἱ μὲν παῖδες (φησὶν) ὑπὸ τῶν Μακεδόνων κατελεύσθησαν (9)· τὸν δὲ σοφιστὴν ἐγὼ κολάσω, καὶ τοὺς ἐκπέμψαντας αὐτὸν, καὶ τοὺς ὑποδεχομένους ταῖς πόλεσι τοὺς ἐμοὶ ἐπιβουλεύοντας », ἄντικρυς ἔν γε τούτοις ἀποκαλυπτόμενος πρὸς Ἀριστοτέλη· καὶ γὰρ ἐτέθραπτο Καλλισθένης παρ' αὐτῷ διὰ τὴν συγγένειαν, ἐξ Ἡροῦς γεγονὼς, ἀνεψιᾶς Ἀριστοτέλους. Ἀποθανεῖν δ' αὐτὸν οἱ μὲν ὑπ' Ἀλεξάνδρου κρεμασθέντα λέγουσιν, οἱ δ' ἐν πέδαις δεδεμένον καὶ νοσήσαντα· Χάρης δὲ, μετὰ τὴν σύλληψιν ἑπτὰ μῆνας φυλάττεσθαι δεδεμένον, ὡς ἐν τῷ συνεδρίῳ κριθείη, παρόντος Ἀριστοτέλους· ἐν αἷς δ' ἡμέραις Ἀλέξανδρος ἐν Μαλλοῖς Ὀξυδράκαις ἐτρώθη, περὶ τὴν Ἰνδίαν ἀποθανεῖν ὑπέρπαχυν γενόμενον καὶ φθειριάσαντα (10).

Ex allatis luculenter, puto, apparet quantopere variis scriptorum studiis historia Callisthenis sit obscurata. Testimoniorum auctoritate in his ponderare licet perpauca, adeo ut certiores judicii duces sequamur ea quæ de indole ejus et moribus ex Aristotele tradita accepimus. Iis innitentes quid statui velimus, supra jam significavimus. Scilicet

meminisse debere eos jam viros esse; idque an ad consolandam patientiam verberum, an ad incitandum juvenum dolorem dictum esset, in ambiguo fuisse. Ab imprudentiæ crimine philosophum haud absolveris, verum scelesto eum consilio se conjuratoribus adjunxisse, recte, uti censeo, negatur. Aristobulo et Ptolemæo refragatur ipsius testimonium Alexandri. Neque post Hermolai et Sostrati silentium, alia indicia sese obtulisse videntur, quæ nullam de Callisthene sceleris participe dubitationem relinquerent. Quod si aliter res se habuisset, non is fuit Alexander, qui servaret Callisthenem ut coram Aristotele judicium subiret. In vincula conjecit non sicariorum socium, at virum, qui inopportuna sua se gerendi et loquendi ratione animos Macedonum a rege abalienaret, atque impia in aliis consilia evocare posset etiam nescius. Ceterum cf. Krüger l. l.

(9) « Quod accidit non multo post Cliti cædem, Cariatis, Bactrianæ oppido, Olymp. 113, 2. 327. Cf. Strabo XI, p. 517; Arrian. Exp. IV, 14, 7; Plutarch. De adulator. et amic. c. 24; Itinerar. Alex. c. 93 et 103; Orosius Hist. III, 8. » Geier. p. 208.

(10) Cf. Plutarch. Syll. c. 36; Diog. L. V, 1, 5, Suidas v. Καλλισθένης et Νεόφρων (v. not. 1); morbo Callisthenem in vinculis obiisse etiam Aristobulus dicit ap. Arrian. IV, 14, 5. Idque omnino pro vero habendum est. Contra Ptolemæus (fr. 14) tortum et suspensum esse tradit. Aliorum ineptias servavit Justin. XV, 3 : *Quum Alexander M. Callisthenem philosophum propter salutationis Persicæ interpellatum morem, insidiarum, quæ sibi paratæ fuissent, conscium fuisse iratus finxisset, eumque truncatis crudeliter omnibus membris abscissisque auribus ac naso labiisque deforme ac miserandum spectaculum reddidisset; insuper cum cane in cavea clausum ad metum celerorum circumferret : tunc Lysimachum, audire Callisthenem et præcepta ab eo virtutis accipere solitum, misertum tanti viri, non culpæ sed libertatis pœnas pendentis, venenum ei in remedium calamitatum dedisse.* » Cf. Ovid. Ib. 519. Tatian. Or. adv. Gr. c. 2 [διὰ τὸ μὴ βούλεσθαι αὐτὸν προσκυνεῖν, καθείρξας ὥσπερ ἄρκτον ἢ πάρδαλιν περιέφερε]; Diog. L. l. l.; schol. Lucian. Dial. mort. XIII, 6, ubi leoni objectus esse narratur. Quæ apud Justinum leguntur Westermannus conjicit ad Callisthenem translata esse per rerum memorabilium aucupes a Telesphoro Rhodio, quem crudelissimo hoc supplicio affectum esse a Lysimacho auctores sunt Plutarch. De exil. c. 16 et Seneca De ira III, 17. Equidem propter Lysimachi mentionem hancce narrationem fictam esse suspicor ab Onesicrito philosopho, qui in aula Lysimachi commentarios suos composuit. Narrare hæc debuit fere libro quarto, quem ipsum auctorem coram Lysimacho recitasse scimus. Ceterum bene Westermannus p. 14 : « Quoniam philosophus fuit Callisthenes, haud improbabilis est suspicio a philosophis sodalem lugentibus, peripateticis inprimis, cui scholæ addictus ille fuerat, quæque permagnam Vitarum scriptorum copiam progenuit, Alexandri in illo occidendo supra modum exaggeratam esse crudelitatem. Cf. Ste-Croix. *Exam. crit.* p. 362 sq. Itaque Callisthenis obitum deploravit Theophrastus, dicens eum incidisse in hominem summa potentia summaque fortuna, sed ignarum quemadmodum rebus secundis uti conveniret (Cic. Tusc. III, 10, 21), ac libro singulari Καλλισθένης ἢ περὶ πένθους inscripto sodalis memoriam celebravit (vid. Diog. L. V, 44; Cic. Tusc. V, 9, 25; coll. Alex. Aphrod. in Arist. De an. 2 extr.) [Themist. ait Theophrastem in Callisthene suo docuisse idem esse *fatum et naturam.* Ex hoc libro Th. petitum dictum, quod refellit Plutarch. De fort. 97 : Τύχη τὰ θνητῶν πράγματ', οὐκ εὐβουλία, *Vitam regit fortuna, non sapientia.* Hæc Fabric. B. G. II, 249]; deploraverunt item Seneca et Themistius. Et ille quidem in Quæst. nat. VI, 23 hoc modo de eo scribit : *Hanc* (terræ concussionis caussam) *etiam Callisthenes probat, non contemptus vir. Fuit enim illi nobile ingenium et furibundi regis impatiens. Hoc est Alexandri crimen æternum, quod nulla virtus, nulla bellorum felicitas redimet. Nam quotiens quis dixerit, Occidit Persarum multa millia, opponetur, Et Callisthenem; quotiens dictum erit, Omnia oceano tenus vicit, ipsum quoque tentavit novis classibus et imperium ex angulo Thraciæ usque ad orientis terminos protulit, dicetur, Sed Callisthenem occidit. Omnia licet antiqua ducum regumque exempla transierit, ex his quæ fecit nihil tam magnum erit quam scelus Callisthenis.* Adde Themistii Orat. VII, p. 94; X, p. 129 sq.; XIII, p. 176 ed. Hard. coll. Dion. Chrysost. Or. LXIV, p. 597 sq.; Cic. pr. Rabir. Post. c. 9, 23. Neque rhetorum hallucinationes effugere potuit Callisthenes. Quippe M. Seneca Suasor. I, p. 6 Bip. singularia hæc et inaudita profert : *Orbis illum* (Alexandrum) *suus non capit; itaque nihil dicendum aiebat nisi cum summa veneratione regis, ne accideret idem quod præceptori ejus Callistheni accidit, quem occidit propter intempestive liberos sales. Nam quum deus vellet videri et vulneratus esset, viso sanguine ejus philosophus mirari se dixerat, quod non esset* ἰχὼρ οἷός πέρ τε ῥέει μακάρεσσι θεοῖσι (v. *Il. V*, 340), *ille se ab hac urbanitate lancea vindicavit.* (Anaxarchum hoc dixisse in Alexandrum refert Diog. IX, 60, Dioxippum athletam Aristobul. ap. Athen. p. 2:1, A; Alexandrum in se ipsum Plutarch. Alex. c. 28). » — Adde Lucian. Alex. et Diog. in Orco (p. 101 Didot.), ubi Diogenes ait Κλεῖτον δρῶ καὶ Καλλισθένην καὶ ἄλλους πολλοὺς ἐπί σε ὁρμῶντας, ὡς διασπάσαιντο καὶ ἀμύναιντο ὧν ἔδρασας αὐτούς.

virum agnoscere nobis videmur probum; ob probitatis rigorem ceteramque consuetudinis injucunditatem multis infensum scopumque calumniarum; nimia virtutis conscientia in tanta plurimorum depravatione vanum interdum et superbiorem; socium eorum, quibus Alexander de recta via in diem magis deflectere videbatur, sed qui scelere se contaminari numquam sustinuerit.

De scriptis Callisthenis.

Opera quæ sine ulla controversia ad Callisthenem Olynthium referuntur, tria sunt hæcce:

1. Ἑλληνικὰ ἐν βίβλοις δέκα. fr. 1-17.
   (Ol. 98, 2-105, 4. 387-357 a. C.)
2. Περὶ τοῦ ἱεροῦ πολέμου. fr. 18.
   (Ol. 105, 4-108, 3. 357-346 a. C.)
3. [Τὰ κατ' Ἀλέξανδρον]. fr. 19-38.
   (Ol. 111, 2-112, 3. 335-330 a. C.?)

De *Hellenicis* Diodor. XIV, 117 (ad Ol. 98, 2): Καλλισθένης δ' ὁ ἱστοριογράφος [κατὰ] τὴν τῶν Ἑλληνικῶν σύνταξιν ἀπὸ τῆς κατὰ τοῦτον τὸν ἐνιαυτὸν γενομένης εἰρήνης τοῖς Ἕλλησι πρὸς Ἀρταξέρξην τὸν τῶν Περσῶν βασιλέα (inde a pace, quam Antalcidæ vulgo dicimus) τὴν ἱστορίαν ἦρκται γράφειν· διελθὼν δὲ τριακονταετῆ χρόνον ἔγραψε μὲν βίβλους δέκα, τὴν δὲ τελευταίαν κατέπαυσε τῆς συντάξεως εἰς τὴν ὑπὸ τοῦ Φιλομήλου τοῦ Φωκέως κατάληψιν τοῦ ἐν Δελφοῖς ἱεροῦ (*). — Idem XVI, 14, 4 (ad Ol. 105, 4): Καλλισθένης δὲ τὴν τῶν Ἑλληνικῶν πραγμάτων ἱστορίαν γέγραφεν ἐν βίβλοις δέκα, καὶ κατέστροφεν εἰς τὴν κατάληψιν τοῦ ἱεροῦ καὶ παρανομίαν Φιλομήλου τοῦ Φωκέως.

Opus hoc Callisthenem in Asia absolvisse colligis ex fr. 6 libri quarti. Totum componere inter expeditionum molestias a Græcia longe remotus vix potuit. Quare statuerim historiam jam antea elaboratam, nondum vero foras editam, in iis maxime rebus, quæ ad Asiam et Ægyptum spectant, ab auctore, dum versaretur in his terris, esse retractatam. (**)

De *historia belli sacri* cf. Cicero Ep. ad div. V, 12, 1: *Sed quia videbam Italici belli et civilis historiam jam a te pæne esse perfectam, dixeras autem mihi, te reliquas res ordiri, deesse mihi nolui quin te admonerem, ut cogitares, conjunctene malles cum reliquis rebus nostra contexere, an, ut multi Græci fecerunt, Callisthenes Troicum* (*Foicum* v. l.; *Phocicum* Westerm.) *bellum, Timæus Pyrrhi, Polybius Numantinum, qui omnes a perpetuis suis historiis ea quæ dixi bella separaverunt, tu quoque item civilem conjurationem ab hostilibus externisque bellis sejungere.* Pro *Troicum* (*) Orellius voluit *Crissaicum*; sed unica vera emendatio Westermanni, qui « de Troico bello, ait, cogitari nequit, siquidem separari non possunt quæ jam sunt alienissima et separatissima... Hunc librum quo tempore conscripserit non liquet; sed fortasse juvenis conscripsit eoque Alexandro ita se commendavit, ut ille suas quoque res gerendas ab eo describi concupisceret; nam si nihildum scripsisset, non fuisset cur ille hanc ei provinciam demandaret. »

Tertium opus, quod est *de rebus Alexandri*, Περσικά inscriptum fuisse vel a primis editoribus vel postea a grammaticis, statuunt Sevinus, Sancto-Crucius, Westermannus, Geierus. Scilicet Callisthenis Περσικῶν liber secundus a Suida laudatur de duobus Sardanapallis deque monumento alterius Anchialensi. De his vero in Alexandri historia Callisthenem dixisse tum per se probabile est, tum spondent exempla Clitarchi (fr. 2), Aristobuli (fr. 6), Arriani (II, 5). « Neque in ipsa inscriptione, Westermannus inquit, est quod offendat; nam descripsit auctor res in Asia ab Alexandro gestas et imperii Persarum eversionem. » Quod parum mihi probatur. Facilis quidem conjectura est ex argumento fragmenti Περσικῶν opus quempiam nobis finxisse; sed quæritur an omnino Callisthenis fragmentum sit. Dubia enim res est, quum narrata ita se habeant, ut, confitente Westermanno, a comite Alexandri proficisci vix potuerint. Jam quum de duobus Sardanapallis et monumenti inscriptione eadem afferantur ap. Schol. Aristoph. Av. 1022 ex Περσικοῖς Hellanici (fr. 150), nullus dubito

(*) « Suspicor deesse quidpiam inter βασιλέα et τὴν ἱστορίαν. Nam alioqui ex his duobus accusativis σύνταξιν et ἱστορίαν vacaret alter. » Stephanus. Creuzerus (*Histor. Kunst.* ed. sec. Lips. 1845; p. 380) legendum censet διηνεκῆ ἱστορίαν, *perpetuas historias*, quas Cicero ait loco mox laudando. Vel sic tamen laborat ratio verborum grammatica. Ejicere incommoda possis. Ego inserui voculam κατὰ ante σύνταξιν. Etenim quemadmodum Dinonis, Timæi, aliorum historiæ in plures συντάξεις erant distributæ, similiter Callisthenis opera historica in unum corpus ab editoribus conjungi poterant, cujus prima pars erat ἡ τῶν Ἑλληνικῶν σύνταξις. Certe Hellenica et Alex. Historiam simul post mortem auctoris in publicum prodiisse consentaneum est, quoniam Hellenica in Asia demum absoluta esse liquet.

(**) Simul hinc intelligitur vana esse, quæ de Ephoro ex Callisthenis scriptis in sua multa transferente hariolatur Porphyrius ap. Euseb. P. E. p. 464 (v. Vit. Ephori p. LXIV). Neque de belli sacri historia cogitari potest quippe quam non Ephorus, sed Demophilus filius scripsit. Sin hunc fortasse Callisthenis opere abusum esse credis, Demophilum moneo uno libro et historiam belli sacri, et qui deinceps sequuntur annorum quinque res gestas comprehendisse.

(*) Nullo peculiari opere de mythicis temporibus Callisthenem egisse liquet etiam ex Diodoro (IV, 1), ubi postquam de Ephoro dixerat: τὰς παλαιὰς μυθολογίας ὑπερέβη κτλ., pergit ita: Ὁμοίως δὲ τούτῳ Καλλισθένης καὶ Θεόπομπος, κατὰ τὴν αὐτὴν ἡλικίαν γεγονότες, ἀπέστησαν τῶν παλαιῶν μύθων· ἡμεῖς δὲ τὴν ἐναντίαν τούτοις κρίσιν ἔχοντες καὶ τὸν ἐκ τῆς ἀναγραφῆς πόνον ὑποστάντες τὴν πᾶσαν ἐπιμέλειαν ἐποιησάμεθα τῆς ἀρχαιολογίας. Sed hæc non impediunt quin data occasione uti Theopompus sic Callisthenes ad mythica adscenderit.

quin aut totum fragmentum Hellanico tribuendum sit, aut grammaticus quidam in fonte suo et Callisthenem et Persica Hellanici laudatos reperiens, confusa utriusque scriptoris memoria Callisthenis Περσικά creaverit. Igitur de titulo operis Callisthenis non constat.

Fragmentum 37 pertinet ad descriptionem prœlii ad Arbelam s. Gaugamela commissi (Ol. 112, 2, 331). His auctor sequentia subjunxerit usque ad mortem Darii (330). Ulterius progressus esse non videtur. « Etenim Plutarchus (Alex. 46. V. Onesicrit. fr. 5) ubi de Amazonis ad Alexandrum egit adventu ab aliis auctoribus inter vera relato, ab aliis in commentis habito, quum *præter unum Callisthenem*, ad cujus Persica sæpius provocavit in antecedentibus, omnes diligentissime recensuerit Alexandri rerum auctores, quorum quidem ipse libris usus est, haud vana profecto hinc emergit suspicio, non perducta fuisse Callisthenis Persica usque ad πολυθρύλλητον istum Amazonis adventum, quippe qui inter Sogdianam Alexandri expeditionem (Ol. 112, 4. 329 a. C.) vulgo ponatur. Atqui prœlium ad Gaugamela factum scriptis attigisse scimus Callisthenem. Ergo quis dubitaverit, quin eodem anno, in quem Darii cædes incidit, substiterit Olynthius in Alexandri rebus conscribendis, id quod egregie quadrat ad ea, quæ de viri vita supra commentati sumus, ubi eodem fere tempore Callisthenis animum magis magisque ab Alexandro abalienatum esse vidimus. » Hæc Geierus p. 220. — Jam quis scripta post mortem auctoris collegerit et primus ediderit, quærere inutile est, quum de hac re altum sit silentium. Eorum vero sententia, qui historias has a calumniatoribus deformatas esse suspicantur, omni caret fundamento, uti recte monent Westermannus et Geierus.

Accedo ad ea opera Callisthenis, quæ utrum Olynthii fuerint an alius ejusdem nominis viri, veterum auctoritate comprobari nequit. Ecce titulorum laterculum :

1. Περίπλους (fr. 39. 40). Sch. Apoll. Rh.
2. Ἀποφθέγματα (fr. 41). Photius.
3. Μακεδονικά (fr. 42). Plut. Par.; Stobæus.
4. Θρᾳκικά (fr. 44). Plut. Par.
5. Μεταμορφώσεις (fr. 45). Idem et Stobæus.
6. Κυνηγετικά (fr. 46). Plut. De fluv.

Hæc omnia a Nostro aliena esse puto. Ac Μεταμορφώσεις quidem et Κυνηγετικὰ non esse C. Olynthii, ex ipsis librorum argumentis collegeris. Iisdem accenseas collectionem Ἀποφθεγμάτων. Verum sane est Lynceum quoque *peripateticum* Ἀποφθέγματα scripsisse (Athen. p. 245 a, 248 d, 337 d); sed præter *peripatetici* titulum hic Theophrasti discipulus et poeta comicus et ἐπιστολῶν δειπνητικῶν et τέχνης ὀψωνητικῆς auctor, cum Callisthene Olynthio nihil habet commune : alia ætas, diversi plane mores et ingenium.

Major dubitatio esse possit de scriptore Μακεδονικῶν et Θρᾳκικῶν. Sed quæ ex Θρᾳκικῶν libris narrantur fabulosa atque si spectes antiquissimam imperii Atheniensium famam inepte composita et Olynthio plane indigna esse bene monet Westermannus. Ejusdem farinæ fragmentum est ex Macedonica historia petitum (v. not. ad fr. 42). Huc accedit quod et Θρᾳκικὰ et Μακεδονικὰ et Μεταμορφώσεις ex iisdem Plutarchi et Stobæi libris in notitiam nostram venere. Unde vero fit simillimum ab eodem auctore profecta esse. Et quoniam alio ejusdem Stobæi loco laudatur CALLISTHENES SYBARITA (*) Γαλατικῶν scriptor (fr. 47), cujus de ea-

(*) C. Sybarita vixit ante Timagenem Syrum, qui opere ejus usus est. Timagenes Syrus non diversus ab T. Alexandrino, Pompeii et Cæsaris æquali. Porro si vera est uti veri simillima est Galei conjectura, Callisthenis nomen ap. Stephanum abiisse in illud *Eratosthenis*, item Galaticorum auctoris, ex Stephan. Byz. v. Βοὸς κεφαλαί (v. not. ad fr. 47) sequitur Callisthenem vixisse post Prusiam II, qui bellum gessit contra Attalum (II Philadelphum, circa 156 a. C. Vid. Clinton. F. H. tom. III, p. 407, coll. p. 415 not., ubi Clinton. ut Eratostheni Galatica vindicari possint, fortasse de Prusia I cogitandum esse dicit parum probabiliter). Hinc ætas Callisthenis terminis sat angustis circumscribitur. « Præter auctorem rerum Gallicarum ejusdem nominis, ut mittam olympionicam Laconem Ol. 26 apud Euseb. Chr. p. 40, duo tantum, quod sciam, aliqua cum laude a veteribus scriptoribus nominantur, uterque Atheniensis, Olynthii æquales : unus prætor Atheniensium, quem sunt qui cum Olynthio confundant. In his Sevinus est, qui p. 135 ad Olynthium refert locum Aristotelis Rhetor. II, 3, 13 : Πρᾶοι γὰρ γίγνονται, ὅταν εἰς ἄλλον τὴν ὀργὴν ἀναλώσωσιν· οἷον συνέβη ἐπὶ Ἐργοφίλου· μᾶλλον γὰρ χαλεπαίνοντες ἢ Καλλισθένει ἀφῆσαν διὰ τὸ Καλλισθένους τῇ προτεραίᾳ καταγνῶναι θάνατον, id quod in concione Macedonum accidisse asseverat. Verum apparet Atheniensium judicium significari; Ergophilus enim στρατηγὸς Ἀθηναίων, ut ait Harpocration, Callisthenes autem item prætor, is quem propter res in Macedonia infeliciter gestas ad mortem condemnatum esse dicit Æschines Or. de fals. leg. § 30. Alter Callisthenes orator atque demagogus fuit, Philippi adversarius, cujus decretum recitari jubet Demosth. Or. de cor. p. 238, § 37, quem comici traducunt apud Athen. VIII, p. 338, F; 341, F, quem Alexander cum aliis tradi sibi jussit, Plutarch. Dem. c. 23, adversus quem per εἰσαγγελίαν accusatum orationem scripsit Dinarchus sec. Dionys. Halic. Din. c. 10 (cf. Dem. Lept. § 33), ubi Κλεισθένους in Καλλισθένους corrigendum est; cf. nostr. Hist. eloq. gr. p. 313. Hujus etiam fortasse dictum est quod affert Lucian. Encom. Dem. c. 15 (p. 750 Didot.), τὸν Αἰσχύλον τὰς τραγῳδίας ἐν οἴνῳ γράφειν ἐξορμῶντα καὶ ἀναθερμαίνοντα τὴν ψυχήν, quo poterat suam aut alius vinolentiam per jocum velle excusare; quanquam non primus dixit Callisthenes : eodem enim nomine jam olim Sophocles Æschylum reprehendisse dicitur; vid. Athen. I, p. 22, A; X, p. 428, F; Eustath. ad Odyss. X, 298, p. 1598, coll. Plut. Sympos. quæst. VII, 10, 2. Memoratur præterea Callisthenes quidam *Atheniensis* apud Xenoph. Hellen. IV, 8, 13. Callisthenes

dem re meminit etiam Plutarchus in libro De fluviis, nescio an verum tetigerim, si omnia hæc opera Sybaritæ assignanda esse statuam. — Quod *Periplum* attinet, Callisthenes cum Callistrato confusus esse mihi videtur (vide not. ad fr. 40). Ea nomina permutantur sæpius (vide fr. 48. 49).

Præter historias Callisthenem Olynthium DE NATURA OCULI et DE PLANTIS libros scripsisse statuit Westermannus. Etenim Chalcidius ad Platon. Tim. p. 340 Meurs. : *Demonstranda igitur oculi natura est, de qua cum plerique alii tum Alcmæo Crotoniensis in physicis exercitatus quique primus exsectionem aggredi est ausus, et Callisthenes, Aristotelis auditor, et Herophilus multa et præclara in lucem protulerunt.* « Quæ tam sunt plana atque aperta (Westerm. ait), ut nullam admittant dubitationem; certe nimis esset suspicax, qui Chalcidium, hominem quarto ineunte p. Ch. n. sæculo viventem, verba illa *Aristotelis auditor* de suo addidisse putaret. Nam qui reputet, quam diversa sint in quibus Aristoteles excelluit genera litterarum, concedet discipulum ejus quoque præter historiam etiam physicam inprimis tractare potuisse; id quod in Callisthene clarius etiam infra apparebit. Itaque nec absurdum est eundem credere significari ab Epiphanio Adv. hæres. 1, 3, qui inter scriptores *De natura atque vi plantarum* Callisthenem quoque nominat, id quod Plinius confirmat, qui quæ de plantis Asiæ habet Hist. nat. lib. XII, c. 5 sqq. et lib. XIII, in horum librorum indice ipse partim ex Callisthene hausta esse confitetur; quæ omnia ex Persicis deprompta esse ad suspicandum facilius est quam ad probandum. Accedit quod vix aliunde quam ex libro De plantis petita esse possunt, quæ habet Aristoteles De mir. ausc. c. 132 (fr. 34); quem librum etsi Aristoteles ipse non scripsit, tamen si verum est, quod opinantur, jam tertio cum ante Chr. n. sæculo in hominum manibus fuisse, de alio Callisthene quam de Aristotelis discipulo prorsus non licet cogitare. » — Quod Chalcidii locum attinet, unus sum eorum, quos nimis suspicaces Westermannus dicit. Locus vero Aristotelis ad Alexandri historiam refertur commodissime; nec quidquam probat Plinius una cum Callisthene recensens Clitarchum, Anaximenem, Nearchum, Onesicritum, alios rerum Alexandri scriptores, quos in plantis Asiæ describendis sat multos fuisse compertum habemus.

In mediterraneis autem Halicarnassensium ditionis Pedasa urbs fuit a Lelegibus nominata, et quæ nunc regio Pedasis dicitur. In ea octo urbes frequentatas dicunt a Lelegibus, qui hominum multitudine olim polluerint, adeo ut etiam Cariæ partem tenerent, quæ Myndum usque et Bargylia porrigitur, bonamque etiam Pisidiæ partem occuparent. Postea cum Caribus in bellum profecti divisi sunt per totam Græciam et gens ipsa deleta est. De octo autem urbibus sex Mausolus in unam Halicarnassum conduxit, ut Callisthenes refert : Suagela et Myndum (*hodie Mendes*) integras reliquit.

24.

Callisthenes Olynthius capras in Lycia, ut alibi oves, dicit tonderi : esse enim densissimo et prolixissimo hirsutas

οὖν πανταχῇ τὰ πρόβατα· γίνεσθαι γὰρ δασυτάτα καὶ εὔτριχας δεινῶς τὰς αἶγας, ὡς εἰπεῖν βοστρύχους ἤ τινας ἕλικας κόμης ἐξηρτῆσθαι αὐτῶν· καὶ μέντοι καὶ τοὺς τεχνίτας τῆς τῶν νεῶν ἐργασίας καταχρῆσθαι αὐταῖς τὰς σειρὰς συμπλέκοντας, ὡς καὶ τοὺς κάλους ἄλλοι.

« Idem de Lyciæ capris tradit Aristot. H. An. VIII, 27, 3. Schneider comparat Plin. VIII, 50, 76. Varro R. R. II, 11, de capris Ciliciæ, quas descripsit Busbeck. in Epist. fol. 31. Linnæo capra dicitur Angorica. Cf. etiam Pallas in Zool. Ross. I, p. 128 sq. » JACOBS.

25.

Eustath. in Il. XIII, 29 : Καλλισθένης τὸ Παμφύλιον πέλαγος Ἀλεξάνδρου παριόντος... ἐξυπαναστῆναι λέγει αἰσθόμενον οἷον τῆς ἐκείνου πορείας καὶ οὐδ' αὐτὸ ἀγνοῆσαν τὸν ἄνακτα, ἵνα ἐν τῷ ὑποκυρτοῦσθαί πως δοκῇ προσκυνεῖν.

Cf. Schol. Victor ad h. l. p. 355 Bekk. : Ἀλεξάνδρῳ φησὶ τὸ κατὰ Παμφυλίαν πέλαγος [διαστῆναι] Καλλισθένης. De eadem re Plutarch. Alex. 17 : Ἡ δὲ τῆς Παμφυλίας παραδρομὴ πολλοῖς γέγονε τῶν ἱστορικῶν ὑπόθεσις γραφικὴ πρὸς ἔκπληξιν καὶ ὄγκον, ὡς θείᾳ τινὶ τύχῃ παραχωρήσασαν Ἀλεξάνδρῳ τὴν θάλασσαν, ἄλλως ἀεὶ τραχεῖαν ἐκ πελάγους προσφερομένην, σπανίως δέ ποτε λεπτοὺς καὶ προσεχεῖς ὑπὸ τὰ κρημνώδη καὶ παρεῤῥωγότα τῆς ὀρεινῆς πάγους διακαλύπτουσαν. Δηλοῖ δὲ καὶ Μένανδρος (fr. 39, p. 60 ed. Dübn.) ἐν κωμῳδίᾳ παίζων πρὸς τὸ παράδοξον.... Αὐτὸς δ' Ἀλέξανδρος ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς οὐδὲν τοιοῦτον τερατευσάμενος ὁδοποιῆσαί φησι λεγομένην Κλίμακα καὶ διελθεῖν ὁρμήσας ἐκ Φασηλίδος.

Cf. Arrian. Exp. I, 26, 1; Strabo XIV, p. 666; Joseph. Antiq. II, 7; Appian. Bell. civ. II, 149; Seneca Suas. I, 8; Ste-Croix, *Exam. crit.* p. 243; Droysen. *Alex.* p. 140.

26.

Strabo XIV, p. 667 : Φασὶ δ' ἐν τῷ μεταξὺ Φασηλίδος καὶ Ἀτταλείας δείκνυσθαι Θήβην τε καὶ Λυρνησσόν, ἐκπεσόντων ἐκ τοῦ Θήβης πεδίου τῶν Τρωικῶν Κιλίκων εἰς τὴν Παμφυλίαν ἐκ μέρους, ὡς εἴρηκε Καλλισθένης.

27.

Schol. Apoll. Rh. II, 936, de Parthenio fl. Paphlagoniæ : Παρθένιον δέ φησιν αὐτὸν ὠνομάσθαι Καλλισθένης διὰ τὸ τὴν Ἄρτεμιν ἐν αὐτῷ λούεσθαι. Ἔνιοι δὲ διὰ τὸ στάσιμον τοῦ ῥεύματος καὶ ἤρεμον φασιν οὕτω προσαγορεύεσθαι. Quæ hunc in modum contracta sunt in cod. Par. : Κληθῆναι δέ φησι Κ. οὕτω διὰ τὸ στάδιον καὶ ἥσυχον τοῦ ῥεύματος. Cf. Steph. Byz. : Παρθένιος ἐκλήθη δ' ἐκ τοῦ συνεχῶς περὶ αὐτὸν τὴν παρθένον Ἄρτεμιν κυνηγετεῖν ἢ διὰ τὸ ἠρεμαῖον καὶ παρθενῶδες τοῦ ῥεύματος κτλ. Schol. Hom. Il. II, 855, ubi eadem, quæ Callisthenes posuit; Scymnus Chius v. 974 ed. Letronn. : Ὁ Παρθένης... καταφέρων ῥεῖθρον ἡσυχώτατον... ἐν αὐτῷ δὲ λόγος Ἀρτέμιδος εἶναι λουτρὸν ἐπιφανέστατον. (Scymnus inter auctores suos recensuit etiam Callisthenem, uti patet ex Manuscr. Regio, ubi v. 124 supersunt literæ Καλλισθεν... V. Miller. *Marcien de Héracl.* p. 293. Letronne *Scymnus* p. 342.) Strabo XII, p. 543; Forbiger. *Alte Geogr.* II, p. 100, et qui ibi laudantur. Fragmentum ex eodem loco petitum videtur ad quem sequentia pertinent

28

Strabo XII, p. 542 : Τοὺς δὲ Καύκωνας, οὕς ἱστοροῦσι τὴν ἐφεξῆς οἰκῆσαι παραλίαν τοῖς Μαριανδυνοῖς μέχρι τοῦ Παρθενίου ποταμοῦ, πόλιν ἔχοντας τὸ Τίειον, οἱ μὲν Σκύθας φασίν, οἱ δὲ τῶν Μακεδόνων τινάς, οἱ δὲ τῶν Πελασγῶν.... Καλλισθένης δὲ καὶ ἔγραφε τὰ ἔπη ταῦτα εἰς τὸν διάκοσμον, μετὰ τὸ (Il. II, 855)

Κρῶμνάν τ' Αἰγιαλόν τε καὶ ὑψηλοὺς Ἐρυθίνους,

τιθεὶς

Καύκωνας αὖτ' ἦγε Πολυκλέος υἱὸς ἀμύμων,
οἳ περὶ Παρθένιον ποταμὸν κλυτὰ δώματ' ἔναιον.

Παρήκειν γὰρ ἀφ' Ἡρακλείας καὶ Μαριανδυνῶν μέχρι Λευκοσύρων, οὓς καὶ ἡμεῖς Καππάδοκας προσαγορεύο-

capillo, ut cincinnos et capillorum quasi capreolos implexos ab iis dependere diceres; navium quoque fabros ex iis funes contexere, sicuti rudentes alii.

25.

Narrat Callisthenes mare Pamphylium prætereunti Alexandro exsurrexisse, quasi viam illius sentiens neque ipsum regem ignorans, ut obliquando se adorare eum quodammodo videretur.

26.

Inter Phaselidem et Attaleam monstrari aiunt Theben et Lyrnessum : nimirum Cilices Trojani Thebes Campo ejecti ex parte in Pamphyliam venerunt, uti tradit Callisthenes.

27.

Parthenium (*i. e. Virginalem*; *nunc : Partine vel Bartansu*) fluvium inde nomen habere Callisthenes dicit, quod Diana (*virgo*) in eo lavaretur.

28.

Caucones, quos narrant accolere oram deinceps a Mariandynis maritimam usque ad Parthenium fluvium, urbemque habere Tieum, alii Scythas faciunt, alii Macedonum quosdam, nonnulli etiam Pelasgorum... Callisthenes vero etiam in recensionem Homericam post versum :

Cromnamque Ægialumque et sublimes Erithynos,

ista posuit :

Caucones duxit proles generosa Polyclis,
circa Parthenium sedes quibus obtigit amnem ·

nam ab Heraclea et Mariandynis juxta oram porrigi usque ad Leucosyros, quos etiam nos Cappadoces vocamus : Cauconum autem gentem circa Tieum usque ad Parthenium flumen :

μεν· τὸ δὲ τῶν Καυκώνων γένος τὸ περὶ τὸ Τίειον μέχρι Παρθενίου καὶ τὸ τῶν Ἑνετῶν τὸ συνεχὲς μετὰ τὸν Παρθένιον τῶν ἐχόντων τὸ Κύτωρον· καὶ νῦν δ' ἔτι Καυκωνίτας εἶναί τινας περὶ τὸν Παρθένιον.

« Repetit versus a Callisthene insertos Eustath. ad. Il. XX, 329, p. 1288, qui et in var. lect. ponit Ἄμειϐος pro ἀμύμων et κατὰ pro κλυτά. Sed male invexit Callisthenes, si suo loco reliquit versum plane geminum 854 : ἀμφί τε Παρθένιον ποταμὸν κλυτὰ δώματ' ἔναιον. Ut credam hunc eum ejecisse. Caucones autem Trojanorum sociis adjecit maxime, ut videtur, propter Iliad. XX, 329, horumque caussa Heracleam Mariandynosque nominavit; hinc enim Caucones habitabant usque ad Parthenium. » WESTERM. Ceterum cf. Wolf. Proll. p. 261.

29.

Strabo XIV, p. 680 : Φήσας δὲ (Ἀπολλόδωρος) ἀγνώτων τινῶν μεμνῆσθαι τὸν ποιητὴν, Καύκωνας μὲν ὀρθῶς λέγει καὶ Σολύμους καὶ Κητείους καὶ Λέλεγας καὶ Κίλικας τοὺς ἐκ Θήϐης πεδίου· τοὺς δ' Ἁλιζῶνας αὐτὸς πλάττει, μᾶλλον δ' οἱ πρῶτοι τοὺς Ἁλιζῶνας ἀγνοήσαντες τίνες εἰσί, καὶ μεταγράφοντες πλεοναχῶς καὶ πλάττοντες τὴν τοῦ ἀργύρου γενέθλην καὶ ἄλλα πολλὰ μεγάλα, ἐκλελυμένα ἅπαντα. Πρὸς ταύτην δὲ τὴν φιλοτιμίαν κἀκείνας συνήγαγον τὰς ἱστορίας, ἃς ὁ Σκήψιος τίθησι παρὰ Καλλισθένους λαϐὼν καὶ ἄλλων τινῶν οὐ καθαρευόντων τῆς περὶ τῶν Ἁλιζώνων ψευδοδοξίας, ὡς ὁ μὲν Ταντάλου πλοῦτος καὶ τῶν Πελοπιδῶν ἀπὸ τῶν περὶ Φρυγίαν καὶ Σίπυλον μετάλλων ἐγένετο, ὁ δὲ Κάδμου [ἐκ τῶν] περὶ Θρᾴκην καὶ τὸ Παγγαῖον ὄρος, ὁ δὲ Πριάμου ἐκ τῶν ἐν Ἀστύροις περὶ Ἄϐυδον χρυσείων, ὧν καὶ νῦν ἔτι μικρὰ λείπεται (πολλὴ δ' ἡ ἐκϐολὴ καὶ τὰ ὀρύγματα σημεῖα τῆς πάλαι μεταλλείας), ὁ δὲ Μίδου ἐκ τῶν περὶ τὸ Βέρμιον ὄρος, ὁ δὲ Γύγου καὶ Ἀλυάττου καὶ Κροίσου ἀπὸ τῶν ἐν Λυδίᾳ τῆς μεταξὺ Ἀταρνέως τε καὶ Περγάμου πολίχνης ἐρήμης ἐκμεταλλευόμενα ἐχούσης τὰ χωρία.

« Gravissima est ac lectu dignissima Strabonis de Homeri Halizonibus disputatio 12, p. 549 sqq. et 14, p. 677 sqq. Scilicet Homerus Iliad. 2, 856 sq. de eis hæc habet :

Αὐτὰρ Ἁλιζώνων Ὀδίος καὶ Ἐπίστροφος ἦρχον,
τηλόθεν ἐξ Ἀλύϐης, ὅθεν ἀργύρου ἐστὶ γενέθλη.

Ac Strabo quidem Halizones istos eosdem esse putat qui suo tempore Chaldæi, antiquo Chalybes vocabantur, in Ponto circa Pharnaciam habitantes, quorum in regione etiam tum erant non argenti, sed ferri fodinæ. Jam vero ante eum qui de hoc loco explicarunt, in alia omnia abierunt. Omnium longissime modum excessit Ephorus, qui correxit sic (fr. 87) :

Αὐτὰρ Ἀμαζόνων Ὀδίος καὶ Ἐπίστροφος ἦρχον,
ἐλθόντ' ἐξ Ἀλόπης, ὅθ' Ἀμαζονίδων γένος ἐστί,

Amazones ponens in locis inter Mysiam, Cariam et Lydiam. Alii Ἀλαζώνων dederunt pro Ἁλιζώνων (Alazones Scythiæ populus, Herodot. 4, 17), Ἀλόϐης pro Ἀλύϐης. Demetrius Scepsius autem usus maxime est testibus Hecatæo, Menecrate atque Palæphato, quorum primus (fr. 202) Alazones posuit in Bithynia circa Alaziam urbem, alter ibidem juxta Myrleam, tertius in Troade circa Zeleam, ipse denique Demetrius item in Troade circa Scepsin vicinosque pagos Argyriam atque Alaziam. Quos omnes bene refutat Strabo, eo maxime quod τηλόθεν illi venisse dicuntur ab Homero, ac nihili esse demonstrat argumentum quo plurimi usi sint, præ ceteris Apollodorus, in eo positum, ut Trojanis auxilia ex regionibus trans Halyn fluvium venisse non esset consentaneum. Ipse autem Strabo Halizones persuasum habens ponendos esse in eo quo diximus loco, facere non potuit quin hoc qui ignorarent errare diceret omnes, eosdemque male aut Homerum corrigere aut fingere nescio quem Halizonum populum, argenti proventum, alia, et ad hoc commonstrandum ex variis scriptoribus historiolas congerere, quippe ex celeberrimis thesauris, ut videtur, de Halizonum regione conjecturam facientes. Horum hominum non immunium falsarum de Halizonibus opinionum unum Strabo nostro loco nominat quasi omnium ducem auctoremque Callisthenem. Cujus quæ sententia de Halizonibus fuerit quod incertum hoc loco reliquit Strabo valde dolendum est. Sed opportune cecidit, quod alium ejusdem locum (fr. 28) servavit, ex quo conjiciat aliquis propius quam reliquorum Callisthenis sententiam a sententia Strabonis ab-

cui contigua est Henetorum, qui post Parthenium sunt, et Cytorum tenent; atque etiam nunc esse Cauconitas quosdam apud Parthenium.

29.

Fatus deinde (Apollodorus) Homerum ignotos quosdam nominasse, recte profert Caucones, Solymos, Ceteos, Leleges ac Cilices e Thebes Campo : ipse autem Halizones fingit, aut potius ii, qui primi, Halizones ignorantes, varie mutarunt scripturam, et commenti sunt argenti proventum, multaque alia magna quæ futilia sunt omnia. Atque ad hoc studium contulerunt etiam narrationes illas, quas a Callisthene sumptas et quibusdam aliis (Demetrius) Scepsius posuit, non immunibus falsarum de Halizonibus opinionum : scilicet Tantali et Pelopidarum divitias e Phrygiæ metallis et Sipylo fuisse haustas; Cadmi e Thracia et Pangæo monte; Priami ex auri fodinis, quæ apud Abydum sunt in Astyris quorumque exiguæ etiamnum supersunt reliquiæ (multum ibi terræ egestum ac fossæ signa sunt secturarum antiquarum); Midæ e metallis Bermiæ montis; Gygis, Alyattis et Crœsi e Lydiæ metallis apud oppidulum quoddam desertum inter Atarneum et Pergamum, ubi metalla effoderentur.

fuisse. Etenim Strabo p. 542 Callisthenem ait in Iliadis lib. II post v. 855 duos versus addidisse, quibus in copiis a Trojanorum parte stantibus Caucones etiam numerarentur : παρήκειν γὰρ etc... τὸ Κύτωρον (v. fr. 28). Offendit in his maxime Politus ad Eustath. tom. 2, p. 787 : quippe Strabonem neutiquam dicere posse, Caucones ad Cappadoces usque permitti, quum interpositi sint Paphlagones : quam ob causam verbum παρήκειν in προήκειν mutandum et ad ipsum Homerum referendum esse. Sensum probe perspexit Politus, verum mutandum nihil, quum idem significet παρήκειν, h. e. *ire oram legentem*. Itaque procedit Homerus in sociis Trojanorum recensendis secundum litus Pontus Euxini ab Heraclea et Mariandynis usque ad Leucosyros. At nec Heracleam nominat Homerus nec Mariandynos usquam nec Leucosyros, qui et ipsi ad oram usque minime pertinebant. De Heraclea Mariandynisque v. not. ad fr. 28. Leucosyros autem ponit Callisthenes ad sententiam suam accuratius explicandam. Hoc enim vult, procedere Homerum ad eum usque locum, qui fines Leucosyrorum contingat. Sed unde hoc habet Callisthenes? Ex ipsis Homeri verbis sine dubio quæ sequuntur v. 856, αὐτὰρ Ἁλιζώνων etc. Ex quo efficitur, ut Halizones sedes suas habere voluerit inter Paphlagones (nam et hos appellat) et Leucosyros, i. e. in regione fere inter Halyn et Thermodontem sita. Nam si aliis in locis eos collocasset, prorsus non fuisset cur Leucosyrorum mentionem faceret. Quæ quum ita sint, apparet quam prope absit Callisthenes ab ipsa sententia Strabonis. — Sed parum abest quin verear ne frustra hucusque omnia disputata sint. Namque hæ Halizonum sedes mirum quam conveniunt cum ipsis sedibus Amazonum. Quid ergo? Nonne videtur Callisthenes quoque in iis fuisse, qui Amazones pro Halizonibus Homero existimarent esse restituendos? Quam quæstionem licet dirimere non audeam, tamen sic demum intelligo, quomodo Strabo cum reliquis damnarit Callisthenem. Id unum obstat, quod dixit ille de variis thesauris eorumque fontibus; nam cum Halizonibus necesse erat caderet etiam ἀργύρου γενέθλη. Certe non is sum qui credam, metalla circa Cabira prope Thermodontem a Strabone (XII, p. 566) memorata jam Homero nota fuisse et ab Amazonibus exercita. Nisi vis hunc ipsum metallorum indicem eo factum esse consilio, ut appareret in illis regionibus argentum non reperiri, et hinc Halizones, si qui fuissent, alibi quærendos esse. » WESTERM. « Ceterum si quæris hæc quomodo cum Alexandri rebus a Callisthene conscriptis cohæreant, eo fortasse loco fuisse commemorata, ubi de Gordii urbis rebus commentatus esset, *Midæ* certe mentione videtur indicari. Cf. Arrian. Exp. Alex. II, 3. Aristobul. fr. 4. » GEIER.

30.

Strabo XIII, p. 627. : Καλλισθένης δ' ἐγγὺς τοῦ Καλυκάδνου καὶ τῆς Σαρπηδόνος ἄκρας παρ' αὐτὸ τὸ Κωρύκιον ἄντρον εἶναι τοὺς Ἀρίμους, ἀφ' ὧν τὰ ἐγγὺς ὄρη λέγεσθαι Ἄριμα. Cf. Pindar. Pyth. I, 32. Æschyl. Prom. 351 de Arimis in Cilicia.

31.

Schol. Apollon. Rh. I, 212 : Τὴν δὲ Ὠρειθυίαν Σιμωνίδης ἀπὸ Βριλησσοῦ φησιν ἁρπαγεῖσαν ἐπὶ τὴν Σαρπηδονίαν πέτραν τῆς Θρᾴκης ἐνεχθῆναι· ἔστι γὰρ καὶ τῆς Κιλικίας ὁμώνυμος [ταύτῃ πέτρα cod. Par.], ὡς Καλλισθένης. V. Forbiger. *Geogr.* II, p. 274.

(E LIBRO SECUNDO.)

32.

Suidas v. Σαρδανάπαλλος : Καλλισθένης ἐν δευτέρῳ τῶν Περσικῶν δύο φησὶ γεγονέναι Σαρδαναπάλους, ἕνα μὲν δραστήριον καὶ γενναῖον, ἄλλον δὲ μαλακόν. Ἐν Νίνῳ δ' ἐπὶ τοῦ μνήματος αὐτοῦ τοῦτο ἐπιγέγραπται· « Σαρδανάπαλος ὁ Ἀνακυνδαράξεως παῖς Ταρσόν τε καὶ Ἀγχιάλην ἔδειμεν ἡμέρῃ μιῇ. Ἔσθιε, πῖνε, ὄχευε, ὡς τά γε ἄλλα οὐδὲ τούτου ἐστὶν ἄξια, » τουτέστι τοῦ τῶν δακτύλων ἀποκροτήματος· τὸ γὰρ ἐφεστὸς τῷ μνήματι ἄγαλμα ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς ἔχον τὰς χεῖρας πεποίηται ὡς ἂν ἀποληκοῦν τοῖς δακτύλοις. Ταὐτὸ καὶ ἐν Ἀγχιάλῳ τῇ πρὸς Ταρσῷ ἐπιγέγραπται, ἥτις νῦν καλεῖται Ζεφύριον.

30.

Callisthenes prope Calycadnum et Sarpedonium promontorium ad ipsum Corycium antrum Arimos ponit, a quibus et vicini montes Arimi dicantur.

31.

Orithyiam Simonides e Brilesso raptam in Sarpedoniam petram Thraciæ translatam esse dicit. Etiam in Cilicia ejusdem nominis petra est, auctore Callisthene.

32.

Callisthenes secundo (Persicorum) libro duos fuisse dicit Sardanapallos, alterum strenuum virum fortemque, alterum mollem. In monumento ejus, quod Nini (s. Ninive) est, hæc legitur inscriptio : « Sardanapallus, Anacyndaraxei filius, uno die ædificavit Tarsum et Anchialum. Ede, bibe, coi; nam reliqua facienda sunt ne tantilli quidem; » id est : ne crepitus quidem digitorum. Etenim signum, quod impositum monumento, ita factum est, ut manus supra caput erectas habeat, et concrepare digitis videatur. Idem inscriptum est monumento, quod est in Anchiale urbe, prope Tarsum sita, quæ nunc vocatur Zephyrium.

Persica Callisthenis grammatici aliena confundentis esse figmentum dixi in Introductione. Ex Callisthene neque Nili fluxerit mentio, neque Sardanapallorum duorum: hæc potius Hellanici fuerint. — WESTERMANNUS: « Totum locum ex Callisthene expressum esse nego ac pernego; falsa sunt enim quæ his verbis de Sardanapali monumento traduntur ac talia quæ ab ipso Alexandri comite proficisci nullo modo potuerunt. Qua in re non multum profecerunt Ste Croix *Exam. crit.* p. 247 et 854, quosque ibi laudat et qui de sepulcrali Sardanapali inscriptione disputavit I. G. Hubmannus in Jahnii *Archiv.* III, 1. p. 126 sqq. Cf. etiam Schneidewin. *Fragm. griech. Dichter aus einem Papyrus* p. 13 sq. Nobis vero paucis rem transigendi potestatem fecit Nækius egregia disputatione in Chœrili fragm. p. 196—256. Scilicet falsum est et quod ad Ninum urbem refertur inscriptio quæ erat Anchialæ, et quod eadem utroque loco fuisse dicitur. Nam quæ Nini erat, alteri aliquatenus sane gemina, Sardanapali sepulcro imposita erat, scripta literis Chaldaicis: sensum ejus prosa oratione græce expressit Amyntas in Stationum libro tertio ap. Athen. XII, p. 529, F, in versus transtulit Græcus aliquis (Diodor., II, 23), Amynta teste Chœrilus (Iasensis, unus ex comitibus Alexandri), et quidem, uti Nækius docet p. 510, ita ut duos ignoti auctoris jam ante ex eodem fonte vulgatos versus (seorsim adhibitos a Polybio VIII, 12; Plutarch. De Alex. fort. 1, 9, De sui laude c. 17; Strabon. XIV, p. 672, — cf. Krameri Diss. crit. de Strabon. codd. p. 47, — Steph. Byz. v. Ἀγχιάλη, Suida, aliis, et latine expressos a Cicer. Tusc. V, 35.) paullulum immutatos in suum epigramma reciperet. Hoc integrum præbent ex Chrysippo Athenæus VIII, p. 336, A, Schol. Arist. Av. v. 1022, Eudocia p. 372, omisso versu septimo Strabo l. l. et Anthol. Pal. I, p. 399, sexto quoque Diodorus l. l. et Tzetzes Chil. III, 453 sqq. Ab hac inscriptione diversa erat altera eaque brevior, Assyricis litteris scripta atque imposita monumento ad Anchialen erecto cum simulacro Sardanapali. De hac Aristobulus egit testis gravissimus, ap. Athen. XII, p. 530, B (Aristob. fr. 6). Quocum in inscriptionis forma ad verbum conspirant Strabo et Stephanus ll. ll., præterquam quod prior rectius Σ. ὁ Ἀνακυνδαράξεω, alter male Σ. ὁ Κυνδαράξεω, et deinde ἔδειμεν ἐν ἡμέρᾳ μιῇ. Atque universim quidem reliqui quoque, qui inscriptionem illam protulerunt, consentiunt; in singulis autem item discrepant, adeo ut ejusdem diversas quasi recensiones fuisse appareat. Scilicet, ut leviora mittam, σὺ δ' ante ἔσθιε inserunt Apostolius et Arsenius, ὄχευε habent pro παῖζε iidem; Suid. s. v. Σαρδ. et Ὀχεύω, Schol. Aristophanis, Photius, Append. proverbiorum, extrema verba sic repræsentant, ὡς τά γε ἄλλα οὐδὲ (οὐ Suid. s. v. Ὀχεύω) τούτου ἐστὶν ἄξια (Apost. Phot. Arsen. Append.), aut ὡς τἄλλα οὐδενός ἐστιν ἄξια (Schol. Arist.), aut ὡς τά γε ἄλλα οὐδενός ἐστιν ἄξια (Suid. s. v. Ὀχ.). Omnium maxime vero interpolatoris manum experta est inscriptio apud Arrianum (ex quo correctus Suidæ cod. E. et edd. s. v. Σαρδ. ante Gaisford.) Exp. Alex. II, 5, 4 (Aristob. fr. 6). In his aperte falsa sunt, ut Nækius docet p. 249 sqq., quæ scripsit Arrianus de manibus complosis. Ambas Sardanapali manus erectas fuisse asseverant Suidas, Photius, Apostolius, Arsenius, Auctor appendicis proverbiorum; verum eosdem non de plausu manuum, sed de digitorum crepitu cogitavisse intelligitur ex vocabulo ἀποληκοῦν, quod explicandi caussa usurpant Suidas, Photius atque Parœmiographus, quodque interpretatur rursus Suidas s. v. Ἀναποληκοῦν, τὸ εἴδωλο κροτοῦν τοῖς δακτύλοις. Rem conficit Aristobulus, qui dicit repræsentatum esse hominem συμβεβληκότα τῆς δεξιᾶς χειρὸς τοὺς δακτύλους ὡς ἂν ἐπικροτοῦντα. Sed quid læva faciamus? Recte Nækius (p. 251), Sardanapali statua, inquit, utramque manum erectam habuit, dextram eo modo compositam, ut digitis concrepare videretur, sinistram extensam, quo monstraret quasi, quod inscriptio dicebat, τἄλλα. His adde Suid. s. v. Ὀχεύω.... τὸ γὰρ ἐφεστὸς τῷ μνήματι ἄγαλμα... ἀνεζωσμένον Λυδιστί, μαρμάρεον τὴν ὕλην. — Vides jam, quo jure antea negaverim, ex ipsis Callisthenis libris deprompta esse, quæ de ista inscriptione memoriæ tradidissent Suidas atque reliqui. Callisthenem secundo Persicorum libro de illo monumento verba fecisse, quo ducit injecta Sardanapali mentio, persuasum quidem est; sed qui ipse viderat monumentum Anchialeum, nullo modo potuit tam turpiter errare, ut id non Anchialæ, sed Nini esse diceret. Quamobrem confusio ista sine dubio ipsis grammaticis debetur; in quem errorem homines incautos incidisse non mirabere, si memineris, ab eodem non cavisse auctorem longe graviorem, Strabonem, et qui ab eo, ut videtur, pendet, Stephanum Byzantium. » De duobus Sardanapallis cf. Hellanicus fr. 158; Fragm. Chronol. p. 167. Ctesias fr. 20 not.; O. Müller. *Rhein. Mus.* III, 1, p. 29; Hupfeld. Exercit. Herodot. De Regno Assyr. p. 29 sqq. Præ ceteris tamen de toto hoc loco jam adeundus est Movers. *Phœnizien*, tom. 1, p. 464 sqq. — Ζεφύριον. Hanc urbem a Tarso recte distinguit Steph. Byz. v. Ἀγχιάλη· De situ urbis v. Forbiger. *Geogr.* II, p. 288 sq. et quos laudat.

33.

Polybius XII, c. 17 : ** Ἵνα δὲ μὴ δόξωμεν τῶν τηλικούτων ἀνδρῶν καταξιοπιστεύεσθαι, μνησθησόμεθα μιᾶς παρατάξεως, ἣν ἅμα μὲν μίαν ἐπιφανεστάτην εἶναι συμβέβηκεν, ἅμα δὲ τοῖς καιροῖς οὐ μακρὰν ἀπηρτῆσθαι, τὸ δὲ μέγιστον παρατετευχέναι τὸν Καλλισθένη. Λέγω δὲ περὶ τῆς ἐν Κιλικίᾳ γενομένης Ἀλεξάνδρῳ πρὸς Δαρεῖον· ἐν ᾗ φησὶ μὲν Ἀλέξανδρον ἤδη διαπεπορεῦσθαι τὰ στενὰ καὶ τὰς λεγομένας ἐν τῇ Κιλικίᾳ Πύλας, Δαρεῖον δὲ χρησάμενον τῇ διὰ τῶν Ἀμανίδων λεγομένων Πυλῶν πορείᾳ κατᾶραι μετὰ τῆς δυνάμεως εἰς Κιλικίαν. Πυθόμενον δὲ παρὰ τῶν ἐγχωρίων, προάγειν τὸν Ἀλέξανδρον ὡς ἐπὶ Συρίαν, ἀκολουθεῖν καὶ συνεγγίσαντα τοῖς στενοῖς στρατοπεδεῦσαι παρὰ τὸν Πίναρον ποταμόν. Εἶναι δὲ τοῦ μὲν τόπου τὸ διάστημα οὐ πλείω τῶν τεττάρων καὶ δέκα σταδίων ἀπὸ θαλάττης ἕως πρὸς τὴν παρώρειαν. Διὰ δὲ τούτου φέρεσθαι τὸν προειρημένον ποταμὸν ἐπικάρσιον, ἀπὸ μὲν τῶν ὀρῶν εὐθέως ἐκρήγματα [πολλὰ ποιοῦντα] τῶν πλευρῶν, διὰ δὲ τῶν ἐπιπέδων ἕως εἰς θάλασσαν ἀποτόμους ἔχοντα καὶ δυσβάτους λόφους. Ταῦτα δ' ὑποθέμενος, ἐπεὶ συνεγγίζοιεν οἱ περὶ τὸν Ἀλέξανδρον ἐξ ὑποστροφῆς ἐπ' αὐτοὺς ἀναχωροῦντες, κρῖναί φησι Δαρεῖον καὶ τοὺς ἡγεμόνας τὴν μὲν φάλαγγα τάξαι πᾶσαν ἐν αὐτῇ τῇ στρατοπεδείᾳ, καθάπερ ἐξ ἀρχῆς εἶχε, χρήσασθαι δὲ τῷ ποταμῷ προβλήματι διὰ τὸ παρ' αὐτὴν ῥεῖν τὴν στρατοπεδείαν. Μετὰ δὲ ταῦτά φησι τοὺς μὲν ἱππεῖς τάξαι παρὰ θάλατταν, τοὺς δὲ μισθοφόρους ἑξῆς τούτοις παρ' αὐτὸν τὸν ποταμὸν ἐχομένους τούτων, τοὺς δὲ πελταστὰς συνάπτοντας τοῖς ὄρεσι.

(Cap 18.) Πῶς δὲ προέταξε τούτους πρὸ τῆς φάλαγγος τοῦ ποταμοῦ ῥέοντος παρ' αὐτὴν τὴν στρατοπεδείαν, δυσχερὲς κατανοῆσαι, καὶ ταῦτα τῷ πλήθει τοσούτων ὑπαρχόντων. Τρισμύριοι μὲν γὰρ ἱππεῖς ὑπῆρχον, ὡς αὐτὸς ὁ Καλλισθένης φησὶ, τρισμύριοι δὲ μισθοφόροι. Πόσου δ' εἶχον οὗτοι τόπου χρείαν εὐχερὲς καταμαθεῖν. Πλεῖστον μὲν γὰρ ἱππέων τάττεται βάθος ἐπ' ὀκτὼ πρὸς ἀληθινὴν χρείαν, καὶ μεταξὺ τῶν ἰλῶν ἑκάστης συνυπάρχειν δεῖ διάστημα τοῖς μετώποις πρὸς τὸ ταῖς ἐπιστροφαῖς δύνασθαι καὶ τοῖς περισπασμοῖς εὐχρηστεῖν. Ἐξ ὧν τὸ στάδιον ὀκτακοσίους λαμβάνει, τὰ δὲ δέκα τοὺς ὀκτακισχιλίους, τὰ δὲ τέτταρα τρισχιλίους διακοσίους· ὥστ' ἀπὸ τῶν μυρίων χιλίων διακοσίων πεπληρῶσθαι τὸν τῶν τεσσαρεσκαίδεκα σταδίων τόπον. Ἐὰν δὲ πάντας ἐκτάττῃ τοὺς τρισμυρίους, βραχὺ λείπει τοῦ τριφαλαγγίαν ἐπάλληλον εἶναι τῶν ἱππέων αὐτῶν. Εἰς ποῖον οὖν τόπον ἐτάττετο τὸ τῶν μισθοφόρων πλῆθος, εἰ μὴ νὴ Δία κατόπιν τῶν ἱππέων; Ἀλλ' οὔ φησιν, ἀλλὰ συμπεπτωκέναι τούτους τοῖς Μακεδόσι κατὰ τὴν ἐπαγωγήν. Ἐξ ὧν ἀνάγκη ποιεῖσθαι τὴν ἐκδοχήν, διότι τὸ μὲν ἥμισυ τοῦ τόπου, τὸ παρὰ θάλατταν, ἡ τῶν ἱππέων ἐπεῖχε τάξις, τὸ δ' ἥμισυ, τὸ πρὸς τοῖς ὄρεσιν, ἡ τῶν μισθοφόρων. Ἐκ δὲ τούτων εὐσυλλόγιστον, πόσον ὑπῆρχε τὸ βάθος τῶν ἱππέων καὶ ποῖον ἔδει τόπον ἀπέχειν τὸν ποταμὸν ἀπὸ τῆς στρατοπεδείας. Μετὰ δὲ ταῦτα συνεγγιζόντων τῶν πολεμίων φησὶ τὸν Δαρεῖον αὐτὸν κατὰ μέσην ὑπάρχοντα τὴν τάξιν καλεῖν τοὺς μισθοφό-

---

33.

Ne autem videamur temere tantorum virorum auctoritati velle derogare, mentionem hoc loco faciemus unius duntaxat pugnæ, acie instructa pugnatæ, quæ et nobilissima fuit, neque tempore admodum remota, cui denique, quod est omnium maximum, Callisthenes ipse interfuit. Eam dico pugnam quam in Cilicia Alexander cum Dario commisit. Jam Alexander, inquit Callisthenes, fauces superaverat, et quas Cilicias Pylas vocant : Darius vero per Amanicas Pylas ducto agmine, in Ciliciam cum copiis jam descenderat. Ubi certior factus ab indigenis, progressum esse Alexandrum Syriam petentem, sequi illum instituit. Ad fauces ut ventum, prope amnem Pinarum castris locum cepit. Patet autem eo loci, ut hic ait, intervallum a mari ad montis radices stadia non amplius quattuordecim. Per hoc spatium, inquit, ex transverso labitur prædictus amnis; qui quidem, ubi e montibus erupit, statim latera passim exedit atque excavat; deinde vero, per planitiem ad mare decurrens, altas habet ripas atque abruptas superatuque difficiles. His ita positis, addit Callisthenes : Alexandrum conversa signa versus hostem reduxisse; eoque jam appropinquante, consilium cepisse Darium et ejus duces, universam phalangem eo ipso in loco, ubi tendebant, ordinandi, sicut a principio fecerant, flumine, quod castra ipsa præterfluebat, pro munitione hosti objecto : deinde vero, ait, secundum mare equites constituisse, proximos his in fluminis ripa mercenarios, tum cetratos, ita ut montes contingerent. "

Sed quonam modo ante phalangis aciem hos Darius locaverit, quum propter ipsa castra fluvius laberetur, complecti mente difficile est, in tanta præsertim hominum multitudine. Nam Callisthene ipso teste, equites erant tricies mille, et mercenarii pari numero. Quæ multitudo armatorum quantum requirat spatii, in promtu est intelligere. Maxima enim altitudo, qua ordinatur equitum acies ad verum justumque prœlium, octonûm equitum est : et inter turmas interstitium sit oportet pro cujusque fronte, quo possit commode vel in latus vel retrorsum conversio turmarum institui. Igitur stadium equites octingentos capit; stadia decem, equitum octo millia; stadia quattuor ter mille ducentos : atque ita fit, ut locum illum, quem diximus stadiorum quattuordecim, equitum millia undecim et ducenti fuerint impleturi. Quod si igitur omnia triginta millia in aciem eo loci instruxit, parum abest quin ex solis equitibus triplicem aciem effecerit, quarum secunda primam subsequebatur, tertia secundam. Cedo igitur locum, ubi mercenariorum manus esset posita? Nisi forte dicat aliquis, pone equites eam stetisse. At non hoc dicit Callisthenes, qui scribit, quum committeretur pugna, conductitium militem concurrisse cum Macedonibus. Qua ex re necessario intelligendum, prædicti loci partem dimidiam, versus mare, ab equitibus fui se occupatam; dimidium alterum

ρους ἀπὸ τοῦ κέρατος πρὸς αὐτόν. Πῶς δὲ λέγεται οὕτω διαπορεῖν ἔστι. Τῶν γὰρ μισθοφόρων ἀνάγκη καὶ τῶν ἱππέων τὴν συναφὴν κατὰ μέσον ὑπάρχειν τὸν τόπον, ὥστ' ἐν αὐτοῖς ὢν τοῖς μισθοφόροις ὁ Δαρεῖος ποῦ καὶ πρὸς τί καὶ πῶς ἐκάλει τοὺς μισθοφόρους; Τὸ δὲ τελευταῖόν φησι τοὺς ἀπὸ τοῦ δεξιοῦ κέρατος ἱππεῖς ἐπαγαγόντας ἐμβαλεῖν τοῖς περὶ τὸν Ἀλέξανδρον, τοὺς δὲ γενναίως δεξαμένους ἀντεπάγειν καὶ ποιεῖν μάχην ἰσχυράν. Ὅτι δὲ ποταμὸς ἦν ἐν μέσῳ, καὶ ποταμὸς οἷον ἀρτίως εἶπεν, ἐπελάθετο.

(Cap. 19.) Τούτοις δ' ἐστὶ παραπλήσια τὰ κατὰ τὸν Ἀλέξανδρον. Φησὶ γὰρ αὐτὸν ποιήσασθαι τὴν εἰς τὴν Ἀσίαν διάβασιν πεζῶν μὲν ἔχοντα τέτταρας μυριάδας, ἱππεῖς δὲ τετρακισχιλίους καὶ πεντακοσίους· μέλλοντι δ' εἰς Κιλικίαν ἐμβάλλειν ἄλλους ἐλθεῖν ἐκ Μακεδονίας, πεζοὺς μὲν πεντακισχιλίους, ἱππεῖς δὲ ὀκτακοσίους. Ἀφ' ὧν εἴ τις ἀφέλοι τρισχιλίους μὲν πεζούς, τριακοσίους δ' ἱππεῖς, ἐπὶ τὸ πλεῖον ποιῶν τὴν ἀπουσίαν πρὸς τὰς γεγενημένας χρείας, ὅμως πεζοὶ μὲν ἀπολειφθήσονται τετρακισμύριοι δισχίλιοι, [ἱππεῖς δὲ πεντακισχίλιοι]. Τούτων οὖν ὑποκειμένων φησὶ τὸν Ἀλέξανδρον πυθέσθαι τὴν Δαρείου παρουσίαν εἰς Κιλικίαν ἑκατὸν ἀπέχοντα σταδίους ἀπ' αὐτοῦ, διαπεπορευμένον ἤδη τὰ στενά. Διόπερ ἐξ ὑποστροφῆς πάλιν ποιεῖσθαι τὴν πορείαν διὰ τῶν στενῶν, ἄγοντα πρῶτον μὲν τὴν φάλαγγα, μετὰ δὲ ταῦτα τοὺς ἱππεῖς, ἐπὶ πᾶσι τὸ σκευοφόρον. Ἅμα δὲ τῷ πρῶτον εἰς τὰς εὐρυχωρίας ἐκπεσεῖν διασκευάζεσθαι παραγγείλαντα πᾶσιν ἐπιπαρεμβαλεῖν τὴν φάλαγγα καὶ ποιήσασθαι τὸ βάθος αὐτῆς ἐπὶ τριάκοντα καὶ δύο, μετὰ δὲ ταῦτα πάλιν εἰς ἑκκαίδεκα, τὸ δὲ τελευταῖον εἰσεγγίζοντα τοῖς πολεμίοις, εἰς ὀκτώ. Ταῦτα δ' ἐστὶ μείζω τῶν προειρημένων ἀλογήματα· τοῦ γὰρ σταδίου λαμβάνοντος ἄνδρας ἐν τοῖς πορευτικοῖς διαστήμασιν, ὅταν εἰς ἑκκαίδεκα τὸ βάθος ὦσι, χιλίους ἑξακοσίους, ἑκάστου τῶν ἀνδρῶν ἓξ πόδας ἐπέχοντος· φανερὸν ὅτι τὰ δέκα στάδια λήψεται μυρίους ἑξακισχιλίους, τὰ δὲ εἴκοσι τοὺς διπλασίους. Ἐκ δὲ τούτων εὐθεώρητον ὅτι, καθ' ὃν καιρὸν ἐποίησε τὴν δύναμιν Ἀλέξανδρος ἑκκαίδεκα τὸ βάθος, ἀναγκαῖον ἦν εἴκοσι σταδίων ὑπάρχειν τὸ τοῦ τόπου διάστημα, καὶ περιττεύειν ἔτι τοὺς μὲν ἱππεῖς πάντας, τῶν δὲ πεζῶν μυρίους.

(Cap. 20.) Μετὰ δὲ ταῦτά φησι μετωπηδὸν ἄγειν τὴν δύναμιν ἀπέχοντα τῶν πολεμίων περὶ τετταράκοντα σταδίους. Τούτου δε μεῖζον ἀλόγημα δυσχερὲς ἐπινοῆσαι. Ποῦ γὰρ ἂν εὕροι τις τοιούτους τόπους, ἄλλως τε καὶ κατὰ Κιλικίαν, ὥστε ἐπὶ σταδίους εἴκοσι μὲν τὸ πλάτος, τετταράκοντα δὲ τὸ μῆκος μετωπηδὸν ἄγειν φάλαγγα σαρισσοφόρον; Τοσαῦτα γάρ ἐστιν ἐμπόδια πρὸς τὴν τοιαύτην τάξιν καὶ χρείαν, ἅ τις οὐδ' ἐξαριθμήσαιτο ῥᾳδίως· ἐκ δὲ τῶν ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Καλλισθένους λεγομένων ἱκανὸν ὑπάρχει πρὸς πίστιν· τοὺς γὰρ

montes versus, cepisse mercenarios. Quæ quum ita sint facile iniri ratio potest, quanta fuerit equitum altitudo, et quam longo intervallo fluvius a Darii castris distiterit. Ait deinde, ubi jam hostes appropinquabant, Darium, qui in media versabatur acie, mercenarios e cornu ad se vocasse. Quod qua ratione sit dictum, dubitare licet. Nam mercenarios et equites sese invicem contigisse in medio illo spatio, prorsus est necesse: Darius igitur qui jam inter mercenarios esset, ubi, et quorsum, et quomodo mercenarios vocavit? Postremo ait, equites, qui in dextro stabant cornu, in hostem invehentes, Alexandrum esse aggressos: illum cum suis horum impetum forti animo excepisse, et vice versa in ipsos invectum atrocem pugnam accendisse. At enim inter duas acies medium fuisse fluvium, et quidem ejusmodi fluvium, qualem paulo ante descripsit, hoc vero Callisthenes erat oblitus.

Similia his sunt quæ de Alexandro scribit, quem ait in Asiam trajecisse cum peditum quadraginta, equitum quatuor millibus et quingentis. Deinde quum inibi esset, ut in Ciliciam intraret, supplementum advenisse ei e Macedonia, quinque millia peditum, equites octingentos. Qua ex multitudine si quis tollat pedites ter mille, equites vero trecentos, ita ut numerum quam maxime augeat eorum, qui propter varios usus potuerunt abesse; relinquentur tamen peditum duo et quadraginta millia, [equitum quinque millia]. His ita positis, narrat Callisthenes, Alexandrum de adventu Darii in Ciliciam certiorem esse factum quum ab ipso stadia centum distaret, postquam fauces ipse jam superasset. Propterea converso itinere iterum per fauces reduxisse: et in primo quidem agmine habuisse phalangem; proximum huic equitatum, in ultimo agmine impedimenta. Simul ventum in campos patentes, edixisse omnibus Alexandrum, ut in legitimum phalangis ordinem instruerentur, seque manipulis applicarent; altitudinemque aciei instituisse, armatorum binum et tricenum, postea vero senum denum, postremo, ubi jam propius hostem venerunt, octonum. Sed hæc quidem deliria sunt, prioribus etiam majora. Enimvero stadium unum capit homines mille sexcentos, quoties intervallorum rationes ad faciendum iter sunt accommodatæ, senis denis altitudinem agminis constituentibus, et viro quoque pedes senos occupante. Quod quum ita sit, perspicuum est, decem stadia pedites captura esse sexies mille, viginti stadia, alterum tantum. Ex quibus facile intelligitur, quando Alexander aciem suam ita ordinavit, ut ejus profunditas esset militum senum denum, campos illum nancisci oportuisse viginti stadia patentes; quamquam etiam sic superfuerint, quos locus non capiebat, equites omnes, cum peditum decem millibus.

Deinde vero ait · Alexandrum, ubi ab hoste stadia circiter quadraginta abfuit, copias suas porrecta et æquata fronte in eum duxisse. Quo delirio vix quidem majus aliud queat excogitari. Nam ubi terrarum ejusmodi loca invenias, maxime autem in Cilicia, per quæ loca phalangem, sarissis armatam, stadia viginti in latitudinem porrectam, quadraginta in longitudinem stadia, fronte recta et æquata ducas? Nam si quis acie sic ordinata procedere decreverit, tot se illi impedimenta offerent, ut ne percensere quidem illa facile aliquis valeat. Ad cujus rei faciendam fidem vel illa suffecerint, quæ ab ipso Callisthene dicuntur. Qui quidem ait torrentes fluvios, qui e montibus cadunt, tot locis hia-

ἀπὸ τῶν ὀρῶν χειμάῤῥους καταφερομένους τοσαῦτά φησι ποιεῖν ἐκρήγματα κατὰ τὸ πεδίον, ὥστε καὶ τῶν Περσῶν κατὰ τὴν φυγὴν διαφθαρῆναι λέγουσι τοὺς πλείστους ἐν τοῖς τοιούτοις κοιλώμασι. Νὴ Δί', ἀλλ' ἕτοιμος ἐβούλετ' εἶναι πρὸς τὴν τῶν πολεμίων ἐπιφάνειαν. Τί δ' ἀνετοιμότερον φάλαγγος ἐν μετώπῳ διαλελυμένης καὶ διεστραμμένης; πόσῳ γὰρ ἐκ πορευτικῆς ἀγωγῆς ἁρμοζούσης παρατάξαι ῥᾴδιον ἢ διαλελυμένην ἐν μετώπῳ καὶ διεσπασμένην δύναμιν ἐπὶ τὴν αὐτὴν εὐθεῖαν ἀναγαγεῖν καὶ συστῆσαι πρὸς μάχην ἐν τόποις ὑλώδεσι καὶ περικεκλασμένοις; Διόπερ οὐδὲ παρὰ μικρὸν ἦν κρεῖττον ἄγειν διφαλαγγίαν ἢ τετραφαλαγγίαν ἁρμόζουσαν, εἰ καὶ τόπον πρὸς πορείαν εὑρεῖν οὐκ ἀδύνατον, καὶ τὸ παρατάξαι ταχέως ῥᾴδιόν γε δυνάμενον διὰ τῶν προδρόμων ἐκ πολλοῦ γινώσκειν τὴν τῶν πολεμίων παρουσίαν. Ὁ δὲ χωρὶς τῶν ἄλλων οὐδὲ τοὺς ἱππεῖς προέθετο μετωπηδὸν ἄγων τὴν δύναμιν ἐν τόποις ἐπιπέδοις, ἀλλ' ἐξ ἴσου ποιεῖ τοῖς πεζοῖς.

(Cap. 21.) Τὸ δὲ δὴ πάντων μέγιστον· ἤδη γὰρ σύνεγγυς ὄντα τοῖς πολεμίοις αὐτὸν εἰς ὀκτὼ ποιῆσαί φησι τὸ βάθος. Ἐξ οὗ δῆλον ὅτι κατ' ἀνάγκην ἐπὶ τετταράκοντα σταδίους ἔδει γενέσθαι τὸ μῆκος τῆς φάλαγγος. Εἰ δ' ὅλως συνήσπισαν κατὰ τὸν ποιητὴν οὕτως ὥστε συνερεῖσαι πρὸς ἀλλήλους, ὅμως εἴκοσι σταδίων ἔδει τὸν τόπον ὑπάρχειν. Αὐτὸς δέ φησι λείπειν τῶν δεκατεσσάρων σταδίων. Καὶ τούτου μέρος μέν τι πρὸς θαλάττῃ** τοὺς ἡμίσεας ἐπὶ τοῦ δεξιοῦ· ἔτι δὲ τὴν ὅλην τάξιν ἀπὸ τῶν ὀρῶν ἱκανὸν τόπον ἀφεστάναι πρὸς τὸ μὴ τοῖς πολεμίοις ὑποπεπτωκέναι τοῖς κατέχουσι τὰς παρωρείας. Ἴσμεν γὰρ ὃ ποιεῖ πρὸς τούτους ἐπικάμπιον. Ὑπολειπόμεθα καὶ νῦν ἡμεῖς τοὺς μυρίους πεζοὺς πλείους ὄντας τῆς ἐκείνου προθέσεως. Ὥστ' ἐκ τούτων ἕνδεκα σταδίους ἐπὶ τὸ πλεῖον ἀπολείπεσθαι τὸ τῆς φάλαγγος μῆκος κατ' αὐτὸν τὸν Καλλισθένην, ἐν οἷς ἀνάγκη τοὺς τρισμυρίους καὶ δισχιλίους ἐπὶ τριάκοντα τὸ βάθος ὑπάρχειν συνησπικότας. Ὁ δὲ φησιν εἰς ὀκτὼ τεταγμένων γενέσθαι τὴν μάχην. Τὰ δὲ τοιαῦτα τῶν ἁμαρτημάτων οὐδ' ἀπολογίαν ἐπιδέχεται· τὸ γὰρ ἀδύνατον ἐν πράγμασιν ** αὐτόθεν ἔχει τὴν πίστιν. Διόπερ ὅταν καὶ τὰ κατ' ἄνδρα διαστήματα καὶ τὸ πᾶν τοῦ τόπου μέγεθος ὡρισμένον ὑποθῶσι καὶ τὸν ἀριθμὸν τῶν ἀνδρῶν, ἀναπολόγητον γίγνεται τὸ ψεῦδος.

(Cap. 22.) Τὰ μὲν γὰρ ἅμα τούτοις ἀλογήματα μακρὸν ἂν εἴη λέγειν πάντα πλὴν τελέως ὀλίγων. Φησὶ γὰρ τὸν Ἀλέξανδρον σπουδάζειν κατὰ τὴν τάξιν, ἵνα κατὰ τὸν Δαρεῖον αὐτὸν ποιήσηται τὴν μάχην. Ὁμοίως δὲ κατὰ μὲν ἀρχὰς καὶ τὸν Δαρεῖον αὐτὸν βούλεσθαι κατὰ τὸν Ἀλέξανδρον, ὕστερον δὲ μετανοῆσαι. Πῶς δ' ἐπέγνωσαν ἀλλήλους οὗτοι, ποῦ τῆς ἰδίας δυνάμεως ἔχουσι τὴν τάξιν, ἢ ποῦ μετέβη πάλιν ὁ Δαρεῖος, ἁπλῶς οὐδὲν λέγεται. Πῶς δὲ προσανέβη πρὸς τὴν ὀφρὺν τοῦ ποταμοῦ φαλαγγιτῶν τάξις ἀπότομον οὖσαν καὶ βατώδη; Καὶ γὰρ τοῦτο παρὰ λόγον. Ἀλεξάνδρῳ μὲν οὖν οὐκ ἐπιστέον τὴν τοιαύτην ἀτοπίαν ὁμολο-

---

tus aperire in subjecta planitie, ut pars maxima Persarum fugientium in cavis illis perierit. At, hercules, voluit Alexander, parata suorum ut acies in conspectum hostium veniret. Quasi vero potuerit quidquam esse imparatius ea phalange, cujus frons esset dissoluta et divulsa. Quanto namque facilius erat futurum, ex agmine ad iter composito aciem phalangis instruere, quam interruptas in fronte et divulsas copias ad priorem figuram lineamque rectam revocare, atque in locis silvosis et anfractis apte ad pugnam eos dirigere? Erat igitur profecto longe satius, divisas copias ducere, in duo vel etiam quattuor agmina partitas, quæ se aliud post aliud sequerentur; quandoquidem et viæ ad ita faciendum iter aptæ poterant inveniri, et legitimam repente instruere aciem facile erat futurum; quum præsertim per præcursores sciri multo ante hostis adventus posset. At hic, ut alia taceam absurda, quum per loca plana exercitum fronte æquata duceret, ne equites quidem præeuntes fecit, sed peditibus eos exæquavit.

Omnium vero absurdissimum est, quod ait, Macedonem, quum proxime ab hostibus abesset, altitudinem aciei fecisse octonûm militum. Ex quo consequitur, phalangem illam stadia quadraginta necessario in longitudinem patuisse. Sed demus sic constipatam fuisse aciem, quod ait poeta, ut conferti invicem hærerent, omnino tamen stadiorum viginti locum illum esse oportuit. At ipse ait minorem fuisse stadiis quattuordecim. Et hujus quidem partem aliquam propter mare *** dimidium hujus numeri in dextro cornu: quin etiam scribit idem aciem universam a montibus idoneo spatio fuisse distantem, ne hosti, qui radices montis obtinebat, subjiceretur. Scimus sane dicere illum partem aciei Alexandri retrorsum ad latus fuisse inflexam. Idcirco etiam nos hic relinquimus in eum usum decem peditum millia, qui major est numerus quam ipsius ratio desiderat. Ex istis tandem sequitur, vel ipso auctore Callisthene, pro phalangis longitudine stadia ad summum undecim relinqui: intra quod intervallum necesse est aciem duorum et triginta millium hominum tricenos milites consertis clypeis constipatos in altitudine habuisse. At ille ait altitudinem aciei octonûm fuisse hominum, quum est pugnatum. Sunt vero hoc genus peccata ejusmodi, ut excusationem nullam prorsus admittant. Nam quod per rerum naturam fieri non potest, ** ipsum per se fidem invenit. Quoties igitur aliquis viritim ponit intervallum, et certam loci mensuram designat, numerum item hominum: hic si mentiatur, nulla ratione potest excusari.

Jam quæ his subjecit absurda alia, commemorare longum sit: pauca tantum afferemus. Ait Alexandrum in ordinanda acie summo studio id operam dedisse, ut cum ea parte hostilis aciei pugnam capesseret, in qua Darius ipse staret: et similiter Darium quoque initio ex adverso Alexandri pugnare voluisse, mox vero sententiam mutasse. At quomodo dignoscere sese invicem reges potuerint, et rescire, in qua parte exercitus sui uterque stationem cepisset, et quo tandem post mutatam sententiam Darius transierit, nihil plane horum dicitur. Præterea, qui potuit phalanx ordinata amnis supercilium præruptum et spinis obsitum ascendere et superare? Nam et hoc quis credat? Hujusmodi igitur manifestæ absurditatis Alexandrum damnare, nefas

γουμένην, παραλαμβάνοντας περὶ αὐτοῦ τὴν ἐν τοῖς πολεμικοῖς ἐμπειρίαν καὶ τριβὴν ἐκ παιδὸς, τῷ δὲ συγγραφεῖ μᾶλλον, ὃς διὰ τὴν ἀπειρίαν οὐδὲ τὸ δυνατὸν ἐν τοῖς τοιούτοις δύναται διευκρινεῖν. Περὶ μὲν οὖν Ἐφόρου καὶ Καλλισθένους ταῦθ' ἡμῖν εἰρήσθω.

34.

Aristotel. Mirab. 132 : Ἐν μιᾷ τῶν Αἰόλου προσαγορευομένων νήσων πλῆθός τί φασι γενέσθαι φοινίκων, ὅθεν καὶ Φοινικώδη καλεῖσθαι. Οὐκ ἂν οὖν εἴη τὸ λεγόμενον ὑπὸ Καλλισθένους ἀληθὲς, ὅτι ἀπὸ Φοινίκων τῆς Συρίας τῶν τὴν παραλίαν οἰκούντων τὸ φυτὸν ἔλαβε τὴν προσηγορίαν.

Laudatur præterea Callisthenes cum reliquis rerum Alexandri scriptoribus in Elencho auctorum ad Plin. H. N. lib. XII et XIII, ubi de arboribus sermo est. Porro apud Epiphanium Adv. hæres. I, 3, nominatur inter eos, qui de natura atque vi plantarum verba fecerint. Quare singularem quendam Περὶ φυτῶν librum a Callisthene scriptum putat Westermannus, præter necessitatem.

(35.)

Steph. Byz : Χαλκεῖα, πόλις Λιβύης· ὁ Πολυΐστωρ ἐν Λιβυκῶν τρίτῳ, ὡς Δημοσθένης (καὶ Καλλισθένης conj. Westerm.), ᾧ μεμφόμενος Πολύβιος ἐν τῷ δωδεκάτῳ, ὧδε γράφει· Ἀγνοεῖ δὲ μεγάλως καὶ περὶ τῶν Χαλκείων. Οὔτε γὰρ πόλις ἐστὶν, ἀλλὰ χαλκουργεῖα.

De Demosthene, κτίσεων scriptore et Βιθυνιακῶν, cogitavit Schweighæuser.; notiorem historicum sibi postulans sua invexit Westermannus; de Timosthene Rhodio cogitavit Geier.; possis etiam Demostheni substituere Democharem (in Agathoclis historia), de quo dixisse Polybium libro duodecimo constat. Sed hæc omnia arbitraria sunt. Χαλκεῖα ista intelligenda esse τὰ χαλκωρύχια Mauritaniæ quorum Strabo XVII, p. 830 et Ptolemæus IV, 14 meminerunt, censet Schweighæuser.

36.

Plutarch. Alex. c. 27 : Ἐν γοῦν τῇ τότε (εἰς Ἄμμωνος) πορείᾳ τὰ συντυχόντα ταῖς ἀπορίαις παρὰ τοῦ θεοῦ βοηθήματα τῶν ὑστέρων χρησμῶν ἐπιστεύθη μᾶλλον· τρόπον δέ τινα καὶ τοῖς χρησμοῖς ἡ πίστις ἐκ τούτων ὑπῆρξε. Πρῶτον μὲν γὰρ ἐκ Διὸς ὕδωρ πολὺ καὶ διαρκεῖς ὑετοὶ γενόμενοι τόν τε τῆς δίψης φόβον ἔλυσαν καὶ τὴν ξηρότητα κατασβέσαντες τῆς ἄμμου, νοτερᾶς γενομένης καὶ πρὸς αὑτὴν ξυμπεσούσης, εὔπνουν τὸν ἀέρα καὶ καθαρώτερον παρέσχον. Ἔπειτα τῶν ὅρων, οἵπερ ἦσαν τοῖς ὁδηγοῖς, συγχυθέντων καὶ πλάνης οὔσης καὶ διασπασμοῦ τῶν βαδιζόντων διὰ τὴν ἄγνοιαν, κόρακες ἐκφανέντες ὑπελάμβανον τὴν ἡγεμονίαν τῆς πορείας, ἑπομένων μὲν ἔμπροσθεν πετόμενοι καὶ σπεύδοντες, ὑστεροῦντας δὲ καὶ βραδύνοντας ἀναμένοντες· ὃ δὲ ἦν θαυμασιώτατον, ὡς Καλλισθένης φησὶ, ταῖς φωναῖς ἀνακαλούμενοι τοὺς πλανωμένους νύκτωρ καὶ κλάζοντες εἰς ἴχνος καθίστασαν τῆς πορείας. Ἐπεὶ δὲ διεξελθὼν τὴν ἔρημον ἧκεν εἰς τὸν τόπον, ὁ μὲν προφήτης αὐτὸν ὁ Ἄμμωνος ἀπὸ τοῦ θεοῦ χαίρειν, ὡς ἀπὸ πατρὸς, προσεῖπεν· ὁ δὲ ἐπήρετο, μή τις αὐτὸν εἴη διαπεφευγὼς τῶν τοῦ πατρὸς φονέων. Εὐφημεῖν δὲ τοῦ προφήτου κελεύσαντος, οὐ γὰρ εἶναι πατέρα θνητὸν αὐτῷ, μεταβαλὼν ἐπυνθάνετο, τοὺς Φιλίππου φονεῖς εἰ πάντας εἴη τετιμωρημένος· εἶτα περὶ τῆς ἀρχῆς, εἰ πάντων αὐτῷ δίδωσιν ἀνθρώπων κυρίῳ γενέσθαι. Χρήσαντος δὲ τοῦ θεοῦ καὶ τοῦτο διδόναι καὶ Φίλιππον ἀπέχειν ἔκπλεω τὴν δίκην, ἐδωρεῖτο τὸν θεὸν ἀναθήμασι λαμπροῖς καὶ χρήμασι τοὺς ἀνθρώπους. Ταῦτα περὶ τῶν χρησμῶν οἱ πλεῖστοι γράφουσιν.

Strabo XVII, p. 813 : Τὸ ἐν Ἄμμωνι σχεδόν τι

---

profecto fuerit; quem et disciplina et usu rerum bellicarum a puero imbutum fuisse accepimus : sed scriptorem potius hominem adeo imperitum, ut ne quidem, quid fieri in talibus queat aut nequeat, internoscere potuerit. Ac de Ephoro quidem et Callisthene hæc a nobis dicta sufficiant.

34.

In una ex insulis, quas Æoli nominant, multas nasci palmas, indeque eam Phœnicoden appellari tradunt. Falsum igitur esse videtur quod Callisthenes dicit, a Phœnicibus, qui Syriæ oram incolant, arborem istam nomen habere.

35.

Chalcea, urbs Libyæ; (Alexander) Polyhistor Libycorum tertio, uti etiam Demosthenes (?), quem reprehendens Polybius libro duodecimo sic scribit : De Chalceis quoque errat vehementer; neque enim urbs est Chalcea, sed æris officinæ.

36.

Quas in illo (ad Ammonem) itinere difficultatibus ejus dii opes attulerunt, hæ quam insecuta oracula fidem invenierunt majorem : immo oraculis hæ quodammodo fidem astruxere. Primum enim cœlestes aquæ et largi excussi imbres sitis timorem discusserunt, ariditateque exstincta sabuli irrigati et jam compactiores liquidum aerem reddiderunt et puriorem. Deinde confusis, quibus duces itineris utebantur, notis quum erraret agmen per ignorantiam atque ab itinere deflecteret : corvi oblati duces præbuerunt se. Si agmen sequebatur, incitatis antecedebant pennis : sin incederet lentius et tardius, opperiebantur. Quod vero miraculum superabat omne, ut auctor est Callisthenes, vocibus et crocitu, si qui nocte aberrarent, hos revocabant atque ad vestigium viæ reducebant. Ut emensus solitudinem quo tendebat venit, vates Ammonis eum dei nomine ut parentis salutavit. Ille quæsivit an interfectores parentis sui omnes pœnas dedissent. Cui vates : Dii meliora, respondit, neque enim tuus mortalis parens est. Ita varians rex rogavit, omnesne Philippi punivisset percussores? hinc de imperio, an dominatum sibi omnium gentium concederet. Quum deus ostendisset et hoc annuere se et Philippi peractam plene ultionem : deum magnificis donis, et sacerdotes honoravit pecunia. Hæc de oraculis tradunt plerique.

ἐκλέλειπται χρηστήριον, πρότερον δὲ ἐτετίμητο. Δηλοῦσι δὲ μάλιστα τοῦτο οἱ τὰς Ἀλεξάνδρου πράξεις ἀναγράψαντες, προστιθέντες μὲν πολὺ καὶ τὸ τῆς κολακείας εἶδος, ἐμφαίνοντες δ' ὅ τι καὶ πίστεως ἄξιον. Ὁ γοῦν Καλλισθένης φησὶ τὸν Ἀλέξανδρον φιλοδοξῆσαι μάλιστα, ἀνελθεῖν δὲ ἐπὶ τὸ χρηστήριον, ἐπειδὴ καὶ Περσέα ἤκουσε πρότερον ἀναβῆναι καὶ Ἡρακλέα· ὁρμήσαντα δ' ἐκ Παραιτονίου καίπερ νότων ἐμπεσόντων βιάσασθαι, πλανώμενον δ' ἀπὸ τοῦ κονιορτοῦ σωθῆναι γενομένων ὄμβρων καὶ δυοῖν κοράκων ἡγησαμένων τὴν ὁδὸν, ἤδη τούτων κολακευτικῶς λεγομένων. Τοιαῦτα δὲ καὶ τὰ ἑξῆς· μόνῳ γὰρ δὴ τῷ βασιλεῖ τὸν ἱερέα ἐπιτρέψαι παρελθεῖν εἰς τὸν νεὼν μετὰ τῆς συνήθους στολῆς, τοὺς δ' ἄλλους μετενδῦναι τὴν ἐσθῆτα, ἔξωθέν τε τῆς θεμιστείας ἀκροάσασθαι πάντας πλὴν Ἀλεξάνδρου, τοῦτον δ' ἔνδοθεν εἶναι, οὐχ ὥσπερ ἐν Δελφοῖς καὶ Βραγχίδαις τὰς ἀποθεσπίσεις διὰ λόγων, ἀλλὰ νεύμασι καὶ συμβόλοις τὸ πλέον, ὡς καὶ παρ' Ὁμήρῳ (Il. I, 528)

ἦ καὶ κυανέῃσιν ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε Κρονίων,

τοῦ προφήτου τὸν Δία ὑποκρινομένου· τοῦτο μέντοι ῥητῶς εἰπεῖν τὸν ἄνθρωπον πρὸς τὸν βασιλέα, ὅτι εἴη Διὸς υἱός. Προστραγῳδεῖ δὲ τούτοις ὁ Καλλισθένης, ὅτι τοῦ Ἀπόλλωνος τὸ ἐν Βραγχίδαις μαντεῖον ἐκλελοιπότος, ἐξ ὅτου τὸ ἱερὸν ὑπὸ τῶν Βραγχιδῶν σεσύλητο ἐπὶ Ξέρξου περσισάντων, ἐκλελοιπυίας δὲ καὶ τῆς κρήνης, τότε ἥ τε κρήνη ἀνάσχοι καὶ μαντεῖα πολλὰ οἱ Μιλησίων πρέσβεις κομισθέντες* εἰς Μέμφιν περὶ τῆς ἐκ Διὸς γενέσεως τοῦ Ἀλεξάνδρου καὶ τῆς ἐσομένης περὶ Ἄρβηλα νίκης καὶ τοῦ Δαρείου θανάτου καὶ τῶν ἐν Λακεδαίμονι νεωτερισμῶν. Περὶ δὲ τῆς εὐγενείας καὶ τὴν Ἐρυθραίαν Ἀθηναΐδα φησὶν ἀνειπεῖν· καὶ γὰρ ταύτην ὁμοίαν γενέσθαι τῇ παλαιᾷ Σιβύλλῃ τῇ Ἐρυθραίᾳ. Τὰ μὲν δὴ τῶν συγγραφέων τοιαῦτα.

De corvis cf. Ptolemæi Lag. fr. 7. De Branchidarum oraculo vide Soldau (*Das Orakel der Branchiden*) in *Zeitschrift. f. Alterthwss.* 1841, nr. 66-67. — ἐπὶ Ξέρξου περσ.] Cf. Strabo XI, p. 518; XIV, p. 634; Plutarch. De ser. num. vindict. c. 12; Suidas v. Βραγχίδαι; Curtius VII, 5. Ceterum pro Xerxe dicendus fuit Darius (v. Herodot. VI, 19).

37.

Plutarch. Alex. 33 de pugna ad Arbela: Τότε δὲ τοῖς Θετταλοῖς πλεῖστα διαλεχθεὶς καὶ τοῖς ἄλλοις Ἕλλησιν, ὡς ἐπέῤῥωσαν αὐτὸν βοῶντες ἄγειν ἐπὶ τοὺς βαρβάρους, τὸ ξυστὸν εἰς τὴν ἀριστερὰν μεταβαλὼν τῇ δεξιᾷ παρεκάλει τοὺς θεοὺς, ὡς Καλλισθένης φησὶν, ἐπευχόμενος, εἴπερ ὄντως Διόθεν ἐστὶ γεγονὼς, ἀμῦναι καὶ συνεπιῤῥῶσαι τοὺς Ἕλληνας.

Id. ibid.: Non evasurus fuisset Darius, nisi Parmenio Alexandrum retraxisset: Ὅλως γὰρ αἰτιῶνται Παρμενίωνα κατ' ἐκείνην τὴν μάχην νωθρὸν γενέσθαι καὶ δύσεργον, εἴτε τοῦ γήρως ἤδη τι παραλύοντος τῆς τόλμης, εἴτε τὴν ἐξουσίαν καὶ τὸν ὄγκον, ὡς Καλλισθένης φησὶ, τῆς Ἀλεξάνδρου δυνάμεως βαρυνόμενον καὶ προσφθονοῦντα.

« Ex priore loco, Geierus ait, satis apparet, data opera Callisthenem ad divinam Alexandri originem respexisse. Etenim revera talia ab Alexandro dicta esse quis crediderit! »

38.

Strabo XI, p. 531: Οὗτος μὲν οὖν ὁ λόγος περὶ τοῦ Ἀράξου ποταμοῦ ἔχει τι πιθανὸν, ὁ δὲ Ἡροδότειος (lib I, c. 202) οὐ πάνυ. Φησὶ γὰρ ἐκ Ματιηνῶν αὐτὸν ῥέοντα εἰς τετταράκοντα ποταμοὺς σχίζεσθαι,

---

Ammonis oraculum fere desertum est, prius autem in honore fuit. Id inprimis declarant rerum Alexandri scriptores, qui quamquam adulandi gratia non pauca adjecerunt, indicant tamen etiam quæ credenda sint. Callisthenes igitur narrat, Alexandrum ambitione quadam inductum ad id oraculum contendisse, quod audiisset Perseum quoque et Herculem prius eo ascendisse; atque e Parætonio profectum, quamquam austrinis incidentibus flatibus, pertendisse, et quum per pulverem vagaretur, imbrium superventu et duorum corvorum, qui iter commonstrassent, servatum esse: quæ ipsa jam adulatorie dicuntur. Similia sunt quæ sequuntur. Soli scilicet regi a sacerdote concessum, ut in templum ingrederetur habitu consueto: ceteros vestem mutare jussos, et foris oraculum audivisse omnes præter Alexandrum, qui ingressus intro fuerit. Responsa non, ut apud Delphos et Branchidas, verbis, sed magna ex parte nutu et signis, quemadmodum apud Homerum

Dixit cæruleisque superciliis pater almus Annuit,

a vate data Jovem imitante. Hoc tamen expresse eum regi dixisse, esse ipsum Jovis filium. His Callisthenes tragicerem exaggerans addit, quum Apollo Branchidarum oraculum deseruisset inde ab eo tempore, quo templum a Branchidis Xerxem (Darium) sequentibus spoliatum fuit, quumque fons defecisset: et hunc tum denuo scaturiisse, et Milesiorum legatos Memphim profectos multa responsa attulisse de nato e Jove Alexandro, de futura apud Arbela victoria, de Darii morte, de rebus Lacedæmone novatis. De generis vero nobilitate etiam Erythræam Athenaidem effatam, quæ antiquæ illi Erythrææ Sibyllæ similis fuisset. Talia sunt quæ a scriptoribus traduntur.

37.

Ibi Thessalos longa oratione adhortatus atque reliquos Græcos, ubi alacres se ostenderunt conclamantes, duceret in Barbaros: trajecta in sinistram lancea deorum opem invocavit, ut auctor est Callisthenes, precatus: si vere satus Jove esset, ut Græcis adessent dexteri et propitii.

Omnino enim Parmenionem insimulant in prœlio isto ad Arbelam segnem se præbuisse et difficilem, sive quod senium jam cœperit audaciam ejus resolvere, sive quod, ut Callisthenes dicit, magnificentiam et tumorem Alexandri potentiæ ægre tulerit et invidiose.

38.

Hæc de Araxe narratio habet aliquid probabilitatis, Herodoti non item. Is enim dicit eum a Matianis fluentem in

μερίζειν δὲ Σκύθας καὶ Βακτριανούς. Καὶ Καλλισθένης δὲ ἠκολούθησεν αὐτῷ.

Hæc ad Periplum refert Westermannus, ad Alexandri historiam Geierus, Callistheni statuens pro more suo digrediendi occasionem Araxis fluvii describendi dedisse ejusdem nominis flumen, quod apud Persepolin vidisset. « Attigit vero Araxem, pergit, etiam Medius Thessalus (fr. 1) et Curtius IV, 5, 4 : *transeundum esse Alexandro Euphraten Tigrimque et Araxen et Hydaspen, magna munimenta regni sui* (cf. V, 4, 7; 7, 9; VII, 3, 19). Qui locus sive cum Mützellio de Persico sive cum Cellario de Armenico, sive, id quod nobis quidem maxime probabile videtur, de ipso hoc Bactriano Araxe vel potius Iaxarte intelligitur, satis docet, quam facile Callisthenes in Alexandri rebus conscribendis, etiamsi prius substiterit quam ad illum Bactrianum flumen perventum est, mentionem ejus facere potuerit. Ceterum et Herodotum l. l. c. 202 et Callisthenem, qui eum secutus est, Araxen cum Iaxarte male confudisse, recte animadvertit Bæhrius ad Herodot. l. l. » Plura de Iaxarte variis nominibus appellato et cum aliis fluviis confuso vide ap. Forbiger. *Geogr.* II, p. 77 et ap. eos qui ibi laudantur.

ΠΕΡΙΠΛΟΥΣ.

39.

Schol. Apoll. Rh. II, 672 : Περὶ τῆς Θυνιάδος νήσου προείρηται, ἧς μέμνηται Νύμφις ὁ Ἡρακλεώτης. Φησὶ δὲ αὐτὴν ἑπτὰ σταδίους ἔχειν τὴν περίμετρον. Καλλισθένης δὲ ἐν τῷ Περίπλῳ ὑπὸ μὲν Ἑλλήνων φησὶ προσαγορεύεσθαι τήν τε χώραν καὶ τὴν νῆσον Θυνιάδα, ὑπὸ δὲ τῶν βαρβάρων Θυνίαν (Βιθυνίαν Unger. in *Zeitschrift f. Alterthwiss* 1844, nr. 30, p. 236.)

40.

gere ut quidquam facerent præter patria instituta, se missum ait. Invenisse autem se quindecim homines viginti stadiis ab urbe, alium in alio gestu, vel stantem vel sedentem vel jacentem nudum et usque ad vesperam immotum, postea in urbem discedentem. Omnium vero difficillimum esse solem perpeti adeo calidum, ut nemo alius nudis pedibus in meridie terram calcare sustineret. Collocutum se cum uno eorum, nomine Calano, qui postea usque in Persiam Alexandrum secutus, secundum patriam legem mortuus est, in rogum impositus : tunc autem forte lapidibus incubabat : itaque accessisse, et eum appellasse et dixisse : missum se ab Alexandro eorum sapientiam auditum et regi renunciatum : quare se paratum audire, nisi quid obstaret. At Calanum, quum chlamydem et causiam ac crepidas indutum conspexisset, risu sublato ita fatum : Olim omnia plena erant triticeæ et hordeaceæ farinæ, ut nunc pulveris : fontes alii lacte, alii aqua fluebant, nonnulli melle, alii vino, quidam oleo. Homines autem ob satietatem ac luxuriam ad contumeliam se transdiderunt. Juppiter itaque præsentem statum exosus, omnia abolevit, et vitam per laborem degendam instituit. Tunc temperantia et virtutibus ceteris in medium prodeuntibus, rursum bonorum copia facta est. Nunc jam res pæne ad saturitatem contumeliamque rediit, ac periculum est ne rerum omnium interitus impendeat. Quæ quum dixisset, jussisse si quid vellet audire, ut, veste deposita, super iisdem lapidibus nudus jaceret. Se autem animi dubio, Mandanim, qui ceteros anteibat ætate pariter atque sapientia, Calanum objurgasse, qui contumeliam culpans ipse contumeliose ageret : sibi vero ad se vocato dixisse : summopere quidem Alexandrum laudo, quod in tanta administrandi imperii mole sapientiam expetit, quem solum ego in armis philosophantem vidi. Longe utilissimum fuerit, si ii sapiant, quibus potestas est volentibus continentiam persuadendi, invitos autem ad eam cogendi. Mihi autem, aiebat, venia debetur, si per tres interpretes colloquens, qui præter vocem plebeio quovis nihil amplius intelligunt, non possum nostræ sapientiæ vim ei demonstrare : nam perinde res habet, ac si quis postularet limpidam aquam per cœnum delabi. Omnia itaque dicta Mandanis eo pertinuisse : eam esse optimam doctrinam, quæ voluptatem molestiamque animo eximeret : molestiam a labore differre, quod illa ei esset inimica, alter vero amicissimus. Ipsos corpora ad laborem exercere, ut mentes confirmentur, quibus motus sedentur, et bona omnibus consulendi publice privatimque facultas adesset : Taxili se etiam suasurum nunc esse, ut Alexandrum reciperet : si fuerit melior, recte illi obtemperaturum, sin deterior, reddere meliorem posse. Post hæc interrogasse num talia etiam apud Græcos dicerentur. Quumque respondisset ipse, eadem Pythagoram docere, ac jubere ab animalibus abstinere, tum Socratem et Diogenem, quem ipse audiisset, intulisse Mandanim : Sane prudenter eos de ceteris rebus sentire existimo, in uno autem errare, quod legem anteponunt naturæ : alias enim non puderet eos nostro more nudos degere et tenui victu esse con

καὶ γὰρ οἰκίαν ἀρίστην εἶναι, ἥτις ἂν ἐπισκευῆς ἐλαχίστης δέηται. Ἔφη δ' αὐτοὺς καὶ τῶν περὶ φύσιν πολλὰ ἐξετάσαι, καὶ προσημασιῶν, ὄμβρων, αὐχμῶν, νόσων· ἀπιόντας δ' εἰς τὴν πόλιν κατὰ τὰς ἀγορὰς σκεδάννυσθαι· ὅτῳ δ' ἂν κομίζοντι σῦκα ἢ βότρυς περιτύχωσι, λαμβάνειν δωρεὰν παρέχοντος· εἰ δ' ἔλαιον εἴη, καταχεῖσθαι αὐτῶν καὶ ἀλείφεσθαι· ἅπασαν δὲ πλουσίαν οἰκίαν ἀνεῖσθαι αὐτοῖς μέχρι γυναικωνίτιδος· εἰσιόντας δὲ δείπνου κοινωνεῖν καὶ λόγων. Αἴσχιστον δ' αὐτοῖς νομίζεσθαι νόσον σωματικήν· τὸν δ' ὑπονοήσαντα καθ' αὑτοῦ τοῦτο ἐξάγειν ἑαυτὸν διὰ πυρὸς νήσαντα πυράν· ὑπαλειψάμενον δὲ καὶ καθίσαντα ἐπὶ τὴν πυρὰν, ὑφάψαι κελεύειν, ἀκίνητον δὲ καίεσθαι.

Plutarch. Alex. 65 : Πρὸς δὲ τοὺς ἐν δόξῃ μάλιστα καὶ καθ' αὑτοὺς ἐν ἡσυχίᾳ ζῶντας (Γυμνοσοφιστὰς) ἔπεμψεν (ὁ Ἀλέξανδρος) Ὀνησίκριτον ἀφικέσθαι δεόμενος πρὸς αὐτόν. Ὁ δὲ Ὀνησίκριτος ἦν φιλόσοφος τῶν Διογένει τῷ Κυνικῷ συνεσχολακότων. Καί φησι τὸν μὲν Καλανὸν ὑβριστικῶς πάνυ καὶ τραχέως κελεύειν ἀποδύντα τὸν χιτῶνα γυμνὸν ἀκροᾶσθαι τῶν λόγων· ἄλλως δὲ οὐ διαλέξεσθαι πρὸς αὐτὸν, οὐδ' εἰ παρὰ τοῦ Διὸς ἀφῖκται· τὸν δὲ Δάνδαμιν πρᾳότερον εἶναι καὶ διακούσαντα περὶ Σωκράτους καὶ Πυθαγόρου καὶ Διογένους εἰπεῖν, ὡς εὐφυεῖς μὲν αὐτῷ γεγονέναι δοκοῦσιν οἱ ἄνδρες, λίαν δὲ τοὺς νόμους αἰσχυνόμενοι βεβιωκέναι.

Cf. Aristobuli fr. 34; de morte Calani v. infra fr. 33.

11

Strabo XV, p. 689 : Ἐκ δὲ τούτων πάρεστιν ὁρᾶν, ὅσον διαφέρουσιν αἱ τῶν ἄλλων ἀποφάσεις, Κτησίου μὲν οὐκ ἐλάττω τῆς ἄλλης Ἀσίας τὴν Ἰνδικὴν λέγοντος, Ὀνησικρίτου δὲ τρίτον μέρος τῆς οἰκουμένης, Νεάρχου δὲ μηνῶν ὁδὸν τεττάρων τὴν δι' αὐτοῦ τοῦ πεδίου, Μεγασθένους δὲ καὶ Δηϊμάχου μετριασάντων μᾶλλον.

Arrian. Indic. c. 3, 6 : Κτησίης δὲ ὁ Κνίδιος τὴν Ἰνδῶν γῆν ἴσην τῇ ἄλλῃ Ἀσίῃ λέγει, οὐδὲν λέγων, οὐδὲ Ὀνησίκριτος τρίτην μοῖραν πάσης τῆς γῆς (sic Casaub. pro vulg. Ἀσίης). Νέαρχος δὲ μηνῶν τεττάρων ὁδὸν τὴν δι' αὐτοῦ τοῦ πεδίου τῆς Ἰνδῶν γῆς.

Cf. Plinius VI, 21 : *Alexandri Magni comites in eo tractu Indiæ, quem armis subegerant, scripserunt quinque millia oppidorum fuisse, nullum Co minus, gentes novem, Indiamque tertiam partem esse terrarum omnium, multitudinem populorum innumeram, probabili sane ratione.* Ctesias fr. 59. Bohlen. l. l. I, p. 14.

12.

Strabo XV, p. 690 : Σχεδὸν δέ τι τοῖς ἐν Αἰθιοπίᾳ καὶ κατ' Αἴγυπτον τὰ αὐτὰ φύεται καὶ ἐν τῇ Ἰνδικῇ· καὶ τῶν ἐν τοῖς ποταμοῖς πλὴν ἵππου ποταμίου τὰ ἄλλα φέρουσι καὶ οἱ Ἰνδικοί. Ὀνησίκριτος δὲ καὶ τοὺς ἵππους γίνεσθαί φησι.

Arrian. Ind. 6, 8 : Καὶ οἱ ποταμοὶ οἱ Ἰνδοὶ, ὁμοίως τῷ Νείλῳ τῷ Αἰθιοπίῳ τε καὶ Αἰγυπτίῳ, κροκοδείλους τε φέρουσιν, ἔστιν δὲ οἳ αὐτῶν καὶ ἰχθύας καὶ ἄλλα κήτεα ὅσα ὁ Νεῖλος πλὴν ἵππου τοῦ ποταμίου· Ὀνησίκριτος δὲ καὶ τοὺς ἵππους τοὺς ποταμίους λέγει ὅτι φέρουσι.

Eadem iterum affert Strabo XV, p. 707. Vide Aristobuli fr. 32. Cf. Nearch. fr. 5.

13.

Strabo XV, p. 691 : Περὶ τῆς Ταπροβάνης Ὀνησίκριτός φησι, μέγεθος μὲν εἶναι πεντακισχιλίων στα-

---

tentos, quum ea optima domus sit, quæ minimo apparatu indigeat. Addidit multa eos etiam de natura, de signis, de imbribus, de siccitatibus, de morbis denique inquirere. Abeuntes vero in urbem per fora dispergi; et quemcunque offenderent ficus vel uvas ferentem, ab eo gratis capere; si oleum fuerit, eo perfundi et inungi; omnem domum divitum ipsis patere usque in mulierum conclavia, ingressos autem in cœnæ et sermonum communicationem adhiberi. Turpe apud eos putari corporis morbum, quem si quis veretur, se ipsum igni e vita educit : nam, constructo rogo, super eum perunctus sedet, et accendi jubens, immotus comburitur.

Ad eos vero qui erant clarissimi (solitariam autem quietamque vitam agebant), Onesicritum misit petitum, ad se ut venirent. Fuit Onesicritus philosophus ex Diogenis Cynici contubernio. Calanum sanequam superbe et aspere jussisse ipsi, ut posita veste audiret se nudus : alioqui non congressurum se cum eo, ne si a Jove missus esset quidem. Dandanim egisse placidius : ac de Socrate, Pythagora, Diogene quum audivisset, dixisse magno ingenio sibi videri eos viros fuisse, sed nimium reverentes legum.

11.

Hinc perspici potest, quantum reliquorum sententiæ discrepent. Ctesias dicit Indiam non esse minorem reliqua Asia : Onesicritus eam esse trientem orbis habitati : Nearchus, quattuor mensium iter per ipsum campum : Megasthenes et Daimachus moderatius.

Ctesias Cnidius Indiam reliquæ Asiæ parem magnitudine esse dicit, nihil dicens; nihil etiam est quod Onesicritus ait eam esse orbis terrarum partem tertiam. Nearchus quattuor mensium iter esse per planitiem regionis Indicæ.

12.

Quæ in Æthiopia et Ægypto nascuntur animalia, eadem fere India producit; eorumque quæ in fluviis degunt, Indici eadem habent omnia præter hippopotamum, quamvis Onesicritus dicat hunc quoque in iis nasci.

Fluvii Indici perinde ac Nilus Æthiopiæ et Ægypti crocodilos gignunt, nonnulli etiam pisces aliaque cete ejusdem generis ut Nilus, excepto equo fluviatili; Onesicritus tamen hos quoque gignere affirmat.

13.

Taprobanæ Onesicritus magnitudinem facit stadiorum quinquies mille, longitudinem vero et latitudinem non distinguens, distare eam dicit a continenti viginti dierum

δίων, οὐ διορίσας μῆκος οὐδὲ πλάτος, διέχειν δὲ τῆς ἠπείρου πλοῦν ἡμερῶν εἴκοσι, ἀλλὰ κακοπλοεῖν τὰς ναῦς φαύλως μὲν ἱστιοπεποιημένας, κατεσκευασμένων δὲ ἀμφοτέρωθεν ἐγκοιλίων μητρῶν χωρίς· εἶναι δὲ καὶ ἄλλας νήσους αὐτῆς μεταξὺ καὶ τῆς Ἰνδικῆς, νοτιωτάτην δ' ἐκείνην. Κήτη δ' ἀμφίβια περὶ αὐτὴν γίνεσθαι, τὰ μὲν βουσὶ, τὰ δ' ἵπποις, τὰ δ' ἄλλοις χερσαίοις ἐοικότα. De Taprobane v. Bohlen. l. l. p. 29 sqq.

14.

Strabo XV, p. 692 : Περὶ δὲ τοῦ βοσμόρου, ὅν φησιν Ὀνησίκριτος ὅτι σῖτός ἐστι μικρότερος τοῦ πυροῦ, γεννᾶται δ' ἐν ταῖς μεσοποταμίαις, φρύγεται δ' ἐπὰν ἀλοηθῇ, προομνύντων μὴ ἀποίσειν ἄπυρον ἐκ τῆς ἅλω, τοῦ μὴ ἐξάγεσθαι σπέρμα.

Cf. Diodor. II, 36, ubi βόσπορον libri exhibent. Vide Steph. Thes. v. βόσμορον. — σῖτος] ita auctor Epitomes; codd. Strabon. σεπτός.

15.

Strabo XV, p. 694 : Πολλὰ γὰρ δὴ καὶ δένδρα παράδοξα ἡ Ἰνδικὴ τρέφει, ὧν ἐστι καὶ τὸ κάτω νεύοντας ἔχον τοὺς κλάδους, τὰ δὲ φύλλα ἀσπίδος οὐκ ἐλάττω. Ὀνησίκριτος δὲ καὶ περιεργότερον τὰ ἐν τῇ Μουσικανοῦ διεξιὼν, ἅ φησι νοτιώτατα εἶναι τῆς Ἰνδικῆς, διηγεῖται μεγάλα δένδρα εἶναί τινα, ὧν τοὺς κλάδους αὐξηθέντας ἐπὶ πήχεις καὶ δώδεκα· ἔπειτα τὴν λοιπὴν αὔξησιν κατωφερῆ λαμβάνειν, ὡς ἂν κατακαμπτομένους, ἕως ἂν ἅψωνται τῆς γῆς· ἔπειτα κατὰ γῆς διαδοθέντας ῥιζοῦσθαι ὁμοίως ταῖς κατώρυξιν, εἶτ' ἀναδοθέντας στελεχοῦσθαι· ἐξ οὗ πάλιν ὁμοίως τῇ αὐξήσει κατακαμφθέντας ἄλλην κατώρυγα ποιεῖν εἶτ' ἄλλην, καὶ οὕτως ἐφεξῆς, ὥστ' ἀφ' ἑνὸς δένδρου σκιάδιον γίνεσθαι μακρὸν, πολυστύλῳ σκηνῇ ὅμοιον. Λέγει δὲ καὶ μεγέθη δένδρων, ὥστε πέντε ἀνθρώποις δυσπερίληπτα εἶναι τὰ στελέχη.

Cf. Aristobul. fr. 30, ubi quum Aristobulus narrasse dicatur tantæ magnitudinis arbores esse, ut sub unius umbra quiescere possint equites 50, addit Strabo : οὗτος δὲ (sc. Onesicritus, de quo in antecedentibus sermo) τετρακοσίους (λέγει). Nearch. fr. 40 ; Diodor. XVII, 90.

16.

Strabo XV, p. 693 : Ταῖς δὲ τῶν ποταμῶν πληρώσεσι καὶ τῷ τοὺς ἀπογαίους μὴ πνεῖν ὁμολογεῖ καὶ τὸ λεχθὲν ὑπὸ τοῦ Ὀνησικρίτου. Τεναγώδη γάρ φησιν εἶναι τὴν παραλίαν (Indiæ), καὶ μάλιστα κατὰ τὰ στόματα τῶν ποταμῶν, διά τε τὴν χοῦν καὶ τὰς πλημμυρίδας καὶ τὴν τῶν πελαγίων ἀνέμων ἐπικράτειαν.

« Comprobantur hujus fragmenti argumento quæ ab Aristobulo de Indicorum fluminum inundationibus narrata sunt fr. 29. » Geier. Cf. infra fr. 20.

17.

Strabo XV, p. 695 : Τοῦτο δ' (i. e. ἐκ τῶν νεφῶν ἑφθὸν ἤδη χεῖσθαι τὸ ὕδωρ) οἱ μὲν περὶ Ἀριστόβουλον (fr. 29) οὐκ ἂν συγχωροῖεν, οἱ φάσκοντες, μὴ ὕεσθαι τὰ πεδία. Ὀνησικρίτῳ δὲ δοκεῖ τόδε τὸ ὕδωρ αἴτιον εἶναι τῶν ἐν τοῖς ζῴοις ἰδιωμάτων, καὶ φέρει σημεῖον τὸ καὶ τὰς χρόας τῶν πινόντων βοσκημάτων ξενικῶν ἀλλάττεσθαι πρὸς τὸ ἐπιχώριον. Τοῦτο μὲν οὖν εὖ· οὐκέτι δὲ καὶ τοῦ μέλανας εἶναι καὶ οὐλότριχας τοὺς Αἰθίοπας, ἐν ψιλοῖς τοῖς ὕδασι τὴν αἰτίαν τι-

---

navigatione; sed malum navium cursum, quæ velis non bene instructæ sint, et ita fabricatæ ut utrinque costæ matricibus eas recipientibus destituantur. Inter hanc atque Indiam alias insulas esse, ipsam vero omnium maxime meridiem versus sitam : circa eam gigni cete vitæ ancipitis, alia bobus, alia equis, alia aliis terrestribus animalibus similia.

14.

Bosmorum Onesicritus ait frumenti genus esse minus tritico, et inter amnes nasci : torreri autem, quum in area excutitur, atque jurare istos non prius ex area se elaturos quam igni frixerint : id eo faciunt, ne semen exportetur.

15.

India multas sane admirabiles arbores fert, e quibus est, cujus rami ad terram perpendent, foliis non minoribus clypeo. Onesicritus curiosius ea persequens, quæ sunt in Musicani terra, Indiæ australissima, refert arbores quasdam ingentes esse, quarum rami quum ad duodenos cubitos creverint, reliquum incrementum pronum faciant, deflexi quo usque terram contingant : deinde terram subeant, ac radices agant, veluti traduces : mox rursus in truncum exeant, a quo postquam aucti fuerint, in eodem modo flectantur, et aliam propaginem efficiant, rursusque aliam ac sic deinceps, ut ab una arbore longum umbraculum fiat, tabernaculo multis columnis innitenti simile. Refert ad hæc miras arborum magnitudines, quarum stipitem vix quinque homines complecti queant.

16.

Flumina exundare et ventos a terra non spirare, id comprobatur verbis Onescriti. Is enim maritimam oram dicit palustrem undosamque esse, præsertim ad fluminum ostia propter limum et maris effluxum, et propterea quod marini venti prævaleant.

17.

(Aquam jam decoctam e nubibus in India effundi) id Aristobulus non concesserit, qui negat campos complui; Onesicrito autem videtur aqua hæc causa esse proprietatum in animalibus : cujus signum affert, quod peregrina pecora eam potantia colores suos in regioni ei familiarem mutant colorem : atque hoc profecto bene dictum est. Quod autem Æthiopes nigri sunt et crispi, ejus rei

θέναι, μέμφεσθαι δὲ τὸν Θεοδέκτην εἰς αὐτὸν τὸν ἥλιον ἀναφέροντα τὸ αἴτιον, ὥς φησιν οὗτος·

Οἷς ἀγχιτέρμων ἥλιος διφρηλατῶν
σκοτεινὸν ἄνθος ἐξέχρωσε λιγνύος
εἰς σώματ' ἀνδρῶν καὶ συνέστρεψεν κόμας
μορφαῖς ἀναυξήτησι συντήξας πυρός.

Ἔχοι δ' ἄν τινα λόγον· φησὶ γάρ, μήτε ἐγγυτέρω τοῖς Αἰθίοψιν εἶναι τὸν ἥλιον ἢ τοῖς ἄλλοις, ἀλλὰ μᾶλλον κατὰ κάθετον εἶναι καὶ διὰ τοῦτο ἐπικαίεσθαι πλέον, ὥστ' οὐκ εὖ λέγεσθαι ἀγχιτέρμονα αὐτοῖς τὸν ἥλιον, ἴσον πάντων διέχοντα. Μήτε τὸ θάλπος εἶναι τοῦ τοιούτου πάθους αἴτιον· μηδὲ γὰρ τοῖς ἐν γαστρὶ, ὧν οὐχ ἅπτεται ἥλιος.

18.

Strabo XV, p. 699, de Cathæis, gente Indica : Ἐν δὲ τῇ Καθαίᾳ καινότατον ἱστορεῖται τὸ περὶ τοῦ κάλλους ὅτι τιμᾶται διαφερόντως, ὡς ἵππων καὶ κυνῶν· βασιλέα τε γὰρ τὸν κάλλιστον αἱρεῖσθαί φησιν Ὀνησίκριτος, γενόμενόν τε παιδίον μετὰ δίμηνον κρίνεσθαι δημοσίᾳ, πότερον ἔχει τὴν ἔννομον μορφὴν καὶ τοῦ ζῆν ἀξίαν ἢ οὔ· κριθέντα δ' ὑπὸ τοῦ ἀποδειχθέντος ἄρχοντος ζῆν ἢ θανατοῦσθαι· βάπτεσθαί τε πολλοῖς εὐανθεστάτοις χρώμασι τοὺς πώγωνας αὐτοῦ, τούτου χάριν καλλωπιζομένους· τοῦτο δὲ καὶ ἄλλους ποιεῖν ἐπιμελῶς συχνοὺς τῶν Ἰνδῶν (καὶ γὰρ δὴ φέρειν τὴν χώραν χρόας θαυμαστάς) καὶ θριξὶ καὶ ἐσθῆσι, τοὺς δ' ἀνθρώπους τὰ ἄλλα μὲν εὐτελεῖς εἶναι, φιλοκόσμους δέ.

« Similia de Sopithæ terræ incolis tradit Diodorus XVII, 91. De Cathæis autem apud eundem in antecedentibus hæc leguntur : παρὰ δὲ τούτοις νόμιμον ἦν τὰς γυναῖκας τοῖς ἀνδράσι συγκατακαίεσθαι· κτλ. Atque eadem fere ex eodem fonte (Clitarcho) tradidit Curtius IX, 1, 24 sqq. » Geier.

19.

Strabo XV, 701 : Ὀνησίκριτος δὲ τὴν πλευρὰν ἑκάστην τῆς ἀπολαμβανομένης νήσου (Πατταληνῆς) τριγώνου τὸ σχῆμα δισχιλίων, τοῦ δὲ ποταμοῦ τὸ πλάτος, καθ' ὃ σχίζεται εἰς τὰ στόματα, ὅσον διακοσίων (σταδίων)· καλεῖ δὲ τὴν νῆσον Δέλτα, καί φησιν ἴσην εἶναι τῷ κατ' Αἴγυπτον Δέλτα, οὐκ ἀληθὲς τοῦτο λέγων. Τὸ γὰρ κατ' Αἴγυπτον Δέλτα χιλίων καὶ τριακοσίων σταδίων ἔχειν λέγεται τὴν βάσιν, τὰς δὲ πλευρὰς ἑκατέραν ἐλάττω τῆς βάσεως.

Cf. Aristobul. fr. 31. Vincentius *The voyage of Nearchus* p. 143.

20.

Strabo XV, p. 701, de ora Pattalorum insulæ finitima : Φησὶ δ' Ὀνησίκριτος, τὴν πλείστην παραλίαν τὴν ταύτῃ πολὺ τὸ τεναγῶδες ἔχειν, καὶ μάλιστα κατὰ τὰ στόματα τῶν ποταμῶν, διά τε τὴν χοῦν καὶ τὰς πλημμυρίδας καὶ τὸ μὴ πνεῖν ἀπογαίους, ἀλλ' ὑπὸ τῶν πελαγίων ἀνέμων κατέχεσθαι τούτους τοὺς τόπους τὸ πλέον. Λέγει δὲ καὶ περὶ τῆς Μουσικανοῦ χώρας ἐπὶ πλέον ἐγκωμιάζων αὐτὴν, ὧν τινα καὶ ἄλλοις Ἰνδοῖς κοινὰ ἱστόρηται, ὡς τὸ μακρόβιον, ὥστε καὶ τριάκοντα ἐπὶ τοῖς ἑκατὸν προσλαμβάνειν.

Idem p. 710 : Δούλοις δὲ οὗτος (ὁ Μεγασθένης) μέν φησι μηδένα Ἰνδῶν χρῆσθαι. Ὀνησίκριτος δὲ τῶν ἐν τῇ Μουσικανοῦ τοῦτ' ἴδιον ἀποφαίνει, καὶ ὡς κατόρ-

---

non recte in meris aquis causam ponit, ac Theodectem reprehendit, qui causam referat ad solem, quum sic ait :

Quorum propinqua sol adurens orbita
fuliginoso tinctu corpora imbuit,
æstuque tostas sicco crispavit comas ;
materiemque adolescendi consumptam abstulit.

Quamquam hoc quidem rationem aliquam habet : dicit enim solem non esse viciniorem Æthiopibus quam aliis, sed magis perpendicularem, et propterea magis adurere; ut non recte dicat ille solem propinquum ab omnibus æqualiter distantem. Tum calorem quoque non esse nigredinis causam, quum qui in utero sunt matris, quos nondum sol attigit, tamen nigrescant.

18.

Mirum maxime est quod de honore pulcritudini tanto habito in Cathæa narrant ut equorum et canum. Onesicritus auctor est apud eos regem pulcerrimum eligi, puerum vero post duos a partu menses publice judicari, utrum legitimam formam habeat et vita dignam, necne ; eumque, quum ab eo judicatus fuerit, qui rei præest, vel vivere vel interimi : tingi etiam barbas ibi multis variisque coloribus ornatus gratia : multos id alios quoque ex Indis impense facere : regionem enim colores admirabiles et capillis et vestibus tingendis ferre, homines vero, cetera frugales, ornatui nimiam operam dare.

19.

Onesicritus ait unum quodque latus (Indi alveis) comprehensæ insulæ (Pattalenes), quæ figuram triangulam habet, bis mille stadiorum dicit ; fluminis latitudinem, ubi in alveos scinditur, ad stadia ducenta ; et eam insulam Delta nominat, Ægyptioque asserit Delta æqualem, quod verum non est. Nam Ægyptium Delta mille et trecentorum stadiorum basin habere dicitur, laterum utrumque minus basi.

20.

Onesicritus dicit finitimam oram magna ex parte palustrem esse, præsertim circa fluminum ostia, propter lutum quod affertur, et maris affluxum, et quia a terra venti non spirant, sed loca hæc a marinis flatibus occupantur. Multus est etiam in Musicani terra commendanda, nonnulla incolis ejus cum aliis Indis communia memorans, ut de longitudine vitæ, quod centum et triginta vivant annos.

Megasthenes dicit neminem Indorum servis uti. Onesicritus id proprium eorum ait, qui sub Musicano sunt, et

θωμά γε· καθάπερ καὶ ἄλλα πολλὰ λέγει τῆς χώρας ταύτης κατορθώματα ὡς εὐνομωτάτης.

21.

Strabo XV, p. 705 : Ὀνησίκριτος δὲ καὶ ἕως τριακοσίων ἐτῶν ζῆν φησὶ (τοὺς ἐλέφαντας), σπάνιον δὲ καὶ ἕως πεντακοσίων· κρατίστους δ' εἶναι περὶ τὰ διακόσια ἔτη, κυΐσκεσθαι δὲ δεκαετίαν. Μείζους δὲ τῶν Λιβυκῶν καὶ ἐῤῥωμενεστέρους ἐκεῖνός τε εἴρηκε καὶ ἄλλοι· ταῖς οὖν προβοσκίσιν ἐπάλξεις καθαιρεῖν καὶ δένδρα ἀνασπᾶν πρόῤῥιζα, διανισταμένους εἰς τοὺς ὀπισθίους πόδας.

22.

Plinius H. N. VI, 24 : *Taprobanên alterum orbem terrarum esse, diu existimatum est Antichthonum appellatione; ut liqueret insulam esse, Alexandri Magni ætas resque præstitere. Onesicritus, classis ejus præfectus, elephantos ibi majores bellicosioresque quam in India gigni scripsit.* Cf. Ctesias fr. 60 sq. et fragmenta Megasthenis.

22 a.

Servius ad Virg. Æn. I, 653 : *Onesicritus ait in India esse arbores, quæ lanam ferant.*

Tonesicritus codex Fuld.; vulgo *Ctesias*. Vide præf. ad Ctesiæ fr., p. II. De re cf. Nearch. fr. 9.

23.

Arrian. Exp. Al. VI, 2, 3 : Τοῦ μὲν δὴ ναυτικοῦ παντὸς Νέαρχος αὐτῷ ἐξηγεῖτο· τῆς δὲ αὐτοῦ (Ἀλεξάνδρου) νεὼς κυβερνήτης Ὀνησίκριτος, ὃς ἐν τῇ ξυγγραφῇ ἥντινα ὑπὲρ Ἀλεξάνδρου ξυνέγραψε καὶ τοῦτο ἐψεύσατο, ναύαρχον ἑαυτὸν εἶναι γράψας, κυβερνήτην ὄντα.

Perperam Suidas v. Νέαρχος : ἐψεύσατο δὲ (sc. Νέαρχος) ναύαρχον ἑαυτὸν ἀναγράψας εἶναι, κυβερνήτης ὤν.

24.

Plinius H. N. VIII, 75 : *Tradunt in Syene oppido, quod est supra Alexandriam quinque millibus stadiûm, solstitii die medio nullam umbram jaci puteumque ejus experimenti gratia factum totum illuminari. Ex quo apparere, tum solem illi loco supra verticem esse, quod et in India supra flumen Hyphasin fieri tempore eodem Onesicritus scripsit.*

De puteo Syenes cf. Eustath. ad Dion. 222; Arrian. Ind. 25, 7; Strabo II, p. 164; Pausan. VIII, 38, 6; Lucan. II, 687; Salmasius Plin. Exercit. p. 298 sqq.

24 a.

Idem ibid. : *In Indiæ gente Oretum, mons est Maleus nomine, juxta quem umbræ æstate in austrum, hieme in septemtrionem jaciuntur. Quindecim tantum noctibus ibi apparet septemtrio. In eadem India Patalis celeberrimo portu sol dexter oritur, umbræ in meridiem cadunt. Septemtrionem, ibi Alexandro morante, annotatum prima tantum noctis parte aspici. Onesicritus dux ejus scripsit, quibus in locis Indiæ umbræ non sint, septemtrionem non conspici, et ea loca appellari Ascia : nec horas dinumerari ibi.*

25.

Plinius H. N. VII, 2, 28 : *Onesicritus, quibus in locis Indiæ umbræ non sint, corpora hominum cubitorum quinûm et binorum palmorum exsistere et vivere annos centum triginta, nec senescere sed ut medio ævo mori.* Cf. Ctesias fr. 57, § 15; Clitarch. fr. 12

26.

Plinius H. N. VI, 26, p. 367 Tchn. : *Sed priusquam hæc* (de Carmania ac Perside atque Arabia) *generatim persequamur, indicare convenit, quæ prodit Onesicritus, classe Alexandri circumvectus in mediterranea Persidis ex India, narrata proxime a Juba : dein eam navigationem, quæ his annis comperta servatur hodie. Onesicriti et Nearchi navigatio nec* [*omnia*] *nomina habet mansionum, nec spatia : primumque Xylenepolis ab Alexandro condita, unde ceperunt exordium, juxta quod flumen, aut ubi fuerit, non satis explanatur. Hæc tamen digna memoratu produntur : Arbis oppidum a Nearcho conditum in navigatione ea. Flumen Nabrum* (*Arbius* s. *Arabius* Arriani?) *navium capax, contra insulam distans LXX stad., Alexandria condita a Leonnato jussu Alexandri in finibus gentis, Argenûs portu salubri. Flumen Tuberum* (*Tomerus* ap. Ar.) *navigabile, circa quod Pasiræ. Deinde Ichthyophagi tam longo tractu, ut XX dierum spatio prænavigaverint. Insula, quæ Solis appel-*

---

quidem ea re aliis præstare : quemadmodum et alia permulta ejus nationis laudem primariam merentia commemorat, utpote quæ optimis utatur legibus.

21.

Onesicritus dicit elephantos Indiæ ad trecentesimum annum vivere, raro ad quingentesimum : circiter ducentesimum robustissimos esse, in utero gestare ad decennium. Majores Libycis ac validiores quum hic tum alii perhibent, quum proboscidibus propugnacula dejiciant, et arbores radicitus evellant in posteriores pedes erecti.

23.

Nearchum Alexander universæ classi præfecit; Onesicritum navis suæ gubernatorem constituit, qui quidem in ea historia, quam de Alexandro conscripsit, etiam hoc mentitur, quod se classis præfectum fuisse scribit, quum gubernator navis tantum esset.

latur et eadem cubile Nympharum, rubens, in qua nullum non animal absumitur, incertis causis. Ori gens, flumen Carmaniæ Hytanis portuosum et auro fertile. Ab eo primum septemtriones apparuisse adnotavere. Arcturum nec omnibus cerni noctibus, nec totis unquam. Achæmenidas usque illo tenuisse. Æris et ferri metalla et arsenici et minii exerceri. Inde promontorium Carmaniæ est, ex quo in adversa ora ad gentem Arabiæ Macas trajectus distat L M. passuum. Insulæ tres, quarum Oracla (*Oaracta* ap. Arr.) *tantum habitatur aquosa, a continenti XXV M. passuum. Insulæ IV jam in sinu ante Persida. Circa has hydri marini vicenûm cubitorum adnatantes terruere classem. Insula Acrotadus* (*Athothadrus, Athithadrus, Athrotradus* v. lect.; *Caicandrus* ap. Arr.?), *item Gauratæ, in quibus Chiani gens. Flumen Hyperis in medio sinu Persico, onerariarum navium capax. Flumen Sitiogagus* (*Sitioganus, Sitiogradus* v. lect. *Sitacus* ap. Arr.), *quo Pasargadas septimo die navigatur. Flumen navigabile Heratemis* (ita ex Arr. Harduinus. Codd. *Phrystimus, Phryitimas*, etc.), *insula sine nomine. Flumen Granis modicarum navium capax per Susianen fluit; dextra ejus accolunt Deximontani, qui bitumen perficiunt. Flumen Zarotis ostio difficili nisi peritis, insulæ duæ parvæ, inde vadosa navigatio palustri similis, per euripos tamen quosdam peragitur. Ostium Euphratis. Lacus quem faciunt Eulæus et Tigris juxta Characem. Inde Tigri Susa. Festos dies ibi agentem Alexandrum invenerunt septimo mense postquam digressus ab iis fuerat Patalis, tertio navigationis. Sic Alexandri classis navigavit.*

Nec [*omnia nomina*] Voculam *omnia* interposuit Geier. optime; *non continua nomina* conjecerat Dodwell. De Arriani Nearcho p. 241 Geier. p. 81 : « Quod autem viri docti, inter quos Dodwellus, vehementer sunt mirati, nihil fere similitudinis intercedere inter hoc Plinii breviarium et Nearchi paraplum ab Arriano magnam partem exscriptum; breviarium istud plurimis locis cum hoc paraplo egregie posse conciliari doctissime comprobavit Vincentius [*The voyage of Nearchus, London.* 1797, a Schmiedero inserta editioni Arrian. Indic.]. — Pag. 103 : « De singulis autem nominibus apud Plinium et Arrianum inter se discrepantibus Vincentius p. 259 sqq. Schmiedero interprete hæc adnotat : « Sed sive Onesicritus sit causa ejus differentiæ, sive Juba, non prorsus insociabilis est « cum Nearcho; nam, Salmasio juvante, lego *Arbis* « pro *Nabrus; Tomerus* pro *Tuberus, Oritæ* pro *Paritæ, Ori gens* pro *Origens; Andanis* pro *Hytanis;* « *Achæmenidas* pro *Achæmedinas; Aradus* pro « *Acrodatus*; et fortasse *Arbis* pro *ab eis.* » Plurimas harum emendationum cum Harduino in textum recepimus, de reliquis cf. Harduini annot. ad h. l. Solita doctrinæ copia hunc locum tractavit Salmasius Exercitt. Plin. p. 829 sqq. Ceterum satis constat, quantum in Indicis aliisque nominibus barbaris et Græcis auribus insuetis vel ipsi auctores vel librarii peccaverint, ut nemini mirum videri debeat, si eadem nomina ab Onesicrito longe aliter atque a Nearcho auribus concepta ac literis consignata fuerint. » — Pag. 81 : « Utut vero toto cœlo Plinius ab Arriano differat, cauto quidem judici vix mirum id videatur, quippe qui probe teneat, apud Arrianum quidem unius Nearchi narrationem exhiberi, apud Plinium mansionum nomina ac spatia tum ex Nearchi tum ex Onesicriti navigationis descriptione hausta esse. Accedit, id quod gravissimum est, Plinium breviario isto non ipsius Onesicriti commentarios, sed eam descriptionem ante oculos habuisse, quam Juba sub Onesicriti nomine edidisset [*narrata proxime a Juba* Plin.]... Jubam Mauritaniæ regem a Cæsare Romam in triumphum ductum, Romanis literis institutum *studiorum claritate mirabiliorem etiam quam regno* factum et aliarum scriptionum et libri de expeditione Arabica, C. Cæsari Augusti filio dedicati, auctorem fuisse constat. Inprimis igitur ille quum rerum geographicarum studiosus esset, Romanos harum rerum etiam tum satis imperitos de oræ maritimæ et maris Erythræi parte Euphrati et Indo interjecta melius edocturus celeberrimam Onesicriti et Nearchi navigationem in suum usum convertit, eorumque commentariis ita usus est, ut, quæ apud utrumque memoratu digna viderentur, mixta fortasse doctioribus sequiorum Alexandrinorum de his locis narrationibus, scriptis mandaret eamque scriptionem ex more hujus ætatis Onesicriti Paraplum appellaret. Itaque nec milliaria Romana in Plinii breviario adhibita cum Dodwello nos offendent neque illud cum eodem mirabimur, quod unius Onesicriti navigatione in antecedentibus allata, Plinius paullo post Nearchum juxta Onesicritum appellavit. »

27.

Strabo XV, p. 726 : Ὀνησίκριτος δὲ λέγει ποταμὸν ἐν τῇ Καρμανίᾳ καταφέροντα ψήγματα χρυσοῦ· καὶ ὀρυκτοῦ τε εἶναι μέταλλον, καὶ ἀργύρου καὶ χαλκοῦ καὶ μίλτου· ὄρη δὲ εἶναι δύο, τὸ μὲν ἀρσενικοῦ, τὸ δ' ἁλός. Cf. Curtius VIII, 9, 18.

27.

Onesicritus tradit flumen esse in Carmania quod auri ramenta ferat : tum argenti fossilis et æris et minii venas, et montes duos, alterum arsenici, alterum salis.

28.

Strabo XV, p. 729, de Euphratis et Tigridis ostiis : Ὀνησίκριτος δὲ πάντας (τοὺς ποταμοὺς) φησὶν ἐκβάλλειν εἰς τὴν λίμνην, τόν τε Εὐφράτην καὶ τὸν Τίγριν· ἐκπεσόντα δὲ πάλιν τὸν Εὐφράτην ἐκ τῆς λίμνης ἰδίῳ στόματι πρὸς τὴν θάλατταν συνάπτειν. Cf. Nearch. fr. 35.

29.

Plinius H. N. VI, 29 : *Euphrate navigari Babylonem e Persico mari CCCCXII. mill. passuum tradunt Nearchus et Onesicritus. Qui vero postea scripsere, a Seleucia CCCCXL. mill., Juba a Babylone Characem CLXXV. mill. pass.*

Cf. Nearch. fr. 35. « E Plinii loco constat Nearchi sententiam atque Onesecriti a Juba fuisse explicatam : ita scilicet, ut a sui regni scriptoribus atque lectoribus intelligeretur Romanis. « DODWELL. l. l.

30.

Ælian. H. A. XVII, 6 : Περὶ δὲ τὴν Γεδρωσίαν χώραν (ἔστι δὲ μοῖρα τῆς γῆς τῆς Ἰνδικῆς οὐκ ἄδοξος) Ὀνησίκριτος λέγει καὶ Ὀρθαγόρας γίνεσθαι κήτη ἥμισυ ἔχοντα σταδίου τὸ μῆκος, πλάτος δὲ κατὰ λόγον τοῦ μήκους καὶ τοῦτο δηλονότι· τοσαύτην δέ φασιν ἔχειν δύναμιν αὐτὰ, ὡς πολλάκις, ὅταν ἀναφυσήσῃ τοῖς μυκτῆρσιν, ἐς τοσοῦτον ἀναῤῥίπτειν τῆς θαλάττης τὸ κλυδώνιον, ὡς δοκεῖν τοῖς ἀμαθέσι καὶ ἀπείροις πρηστῆρας εἶναι ταῦτα. Cf. Nearch. fr. 25.

31.

Strabo XV, p. 730, de Cyri sepulcro : Ὀνησίκριτος δὲ τὸν μὲν πύργον δεκάστεγον εἴρηκε· καὶ ἐν μὲν τῇ ἀνωτάτω στέγῃ κεῖσθαι τὸν Κῦρον· ἐπίγραμμα δ' εἶναι Ἑλληνικὸν, Περσικοῖς κεχαραγμένον γράμμασιν· Ἐνθάδ' ἐγὼ κεῖμαι Κῦρος, βασιλεὺς βασιλήων· καὶ ἄλλο Περσίζον πρὸς τὸν αὐτὸν νοῦν. Μέμνηται δ' Ὀνησίκριτος καὶ τὸ ἐπὶ τῷ Δαρείου τάφῳ γράμμα τόδε· Φίλος ἦν τοῖς φίλοις· ἱππεὺς καὶ τοξότης ἄριστος ἐγενόμην· κυνηγῶν ἐκράτουν· πάντα ποιεῖν ἠδυνάμην. Sequitur locus Aristi Salaminii.

32.

Lucian. Macrob. c. 14, p. 641 Didot. : Κῦρος δὲ ὁ Περσῶν βασιλεὺς, ὁ παλαιὸς, ὡς δηλοῦσιν οἱ Περσῶν καὶ Ἀσσυρίων ὧροι, οἷς καὶ Ὀνησίκριτος ὁ τὰ περὶ Ἀλεξάνδρου συγγράψας συμφωνεῖν δοκεῖ, ἑκατοντούτης γενόμενος ἐζήτει μὲν ἕνα ἕκαστον τῶν φίλων, μαθὼν δὲ τοὺς πλείστους διεφθαρμένους ὑπὸ Καμβύσου τοῦ υἱέος, καὶ φάσκοντος Καμβύσου κατὰ πρόσταγμα τὸ ἐκείνου ταῦτα πεποιηκέναι, τὸ μέν τι πρὸς τὴν ὠμότητα τοῦ υἱοῦ διαβληθεὶς, τὸ δέ τι ὡς παρανομοῦντα αὐτὸν αἰτιασάμενος ἀθυμήσας ἐτελεύτα τὸν βίον.

« Fortasse eodem hæc loco Onesicritus attigit, quo de Cyri egit sepulcro (fr. 31). Neque enim cum Meiero (in Erschii et Gruberi Encycl. sect. III, P. III, p. 457) equidem contenderim, ex hoc loco esse consentaneum, Onesicriti commentariis antiquiorem Persici regni historiam tractatam esse. » GEIER. Cf. Ctesiæ fr. p. 63.

33.

Lucian. De morte Peregrini c. 25, p. 694 Didot. : Ἐκεῖνοι γὰρ (οἱ Βραχμᾶνες) οὐκ ἐμπηδῶσιν εἰς τὸ πῦρ, ὡς Ὀνησίκριτος ὁ Ἀλεξάνδρου κυβερνήτης ἰδὼν Κάλανον καόμενον φησὶν, ἀλλ' ἐπειδὰν νήσωσι, πλησίον παραστάντες ἀκίνητοι ἀνέχονται παροπτώμενοι, εἶτ' ἐπιβάντες κατὰ σχῆμα κάονται, οὐδ' ὅσον ὀλίγον ἐκτρέψαντες τῆς κατακλίσεως.

Cf. Nearch. fr. 37. Diodor. XVII, 107; Plutarch. Alex. 69; Arrian. Exp. Alex. c. 69; Ælian. V. H. II, 41; V, 6; Droysen. l. l. p. 503. Bohlen. l. l. p. 287 sqq.

28.

Onesicritus ait omnes fluvios, Euphratem Tigrimque, in lacum influere : rursumque Euphratem e lacu egressum proprio ostio cum mari jungi.

30.

Circa Gedrosiam (quæ pars est Indiæ haud ignobilis) Onesicritus et Orthagoras cete gigni dicunt dimidiati stadii habentia longitudinem et pro longitudinis ratione latitudinem quoque. Eaque tanti dicunt esse roboris, ut sæpenumero, quando fistulis respirarint, tantopere in sublime ejiciant fluctus marinos, ut nescientes et imperiti typhones spectare videantur.

31.

Onesicritus ait turrim decem tabulata habuisse, et in supremo Cyrum jacere. Inscriptionem esse Græcam Persicis exaratam literis :

Cyrus ego, rex olim regum, conditus hic sum.

Aliamque esse Persicam, quæ eandem sententiam exprimat. Onesicritus illius quoque meminit, quæ in Darii sepulcro erat hoc sensu : Amicus fui amicis, et eques et sagittator optimus, venatores superavi et omnia facere potui.

32.

Cyrus, Persarum rex, antiquus ille, ut indicant Persarum et Assyriorum annales, quibus etiam Onesicritus vitæ Alexandri scriptor, consentire videtur, centum annorum quum esset, amicorum unumquemque requisivit : comperto autem plerosque interfectos a Cambyse filio suo, qui ipsius se imperio hoc fecisse diceret, contristatus partim quod male audiret propter crudelitatem filii, partim quod facinora ipsius coarguisset, vitam finiit.

33.

Brachmanes enim non insiliunt in ignem, ut Onesicritus narrat Alexandri gubernator, qui ardentem vidit Calanum, sed rogo exstructo prope astantes immoti ustulari se patiuntur; tum conscenso rogo, servato eodem habitu, cremantur, ne paullum quidem immutantes de suo concubitu.

NEARCHUS CRETENSIS.

Νέαρχος, Ἀνδροτίμου (Ἀνδροτίνου libri Arrian. Exp. III. 6, 8), τὸ γένος μὲν Κρής· ᾤκει δὲ ἐν Ἀμφιπόλει τῇ ἐπὶ Στρύμονι, Arrian. Hist. Ind. 18, 10, cl. 38, 4. Aliter Stephanus Byz. : Λήτη (*), πόλις Μακεδονίας, ἀπὸ τοῦ πλησίον ἱδρυμένου Λητοῦς ἱεροῦ, ὡς Θεαγένης Μακεδονικοῖς. Τὸ ἐθνικὸν Λητaῖος· οὕτω γὰρ ἱστορεῖται Νέαρχος (libri Νίκαρχος) Λητaῖος, τῶν Ἀλεξάνδρῳ τῷ μεγάλῳ συστρατευσαμένων ὁ διασημότατος. Cujus discrepantiæ origo me fugit; nihil se commendat sententia Berkelii, qui Stephanum censet in vitiato Theagenis codice (?) Λητaῖος legisse pro Κρηταῖος. Κρὴς Nearchus dicitur etiam ap. Diodor. XIX, 69, 1.

Vivente adhuc Philippo Nearchus inter familiares erat Alexandri. Quare Philippus quum, repudiata Olympiade, Alexandrum haud immerito suspectum haberet, cum reliquis filii amicis consiliorumque sociis etiam Nearchum in exilium ejecit. Quos omnes post obitum patris Alexander revocavit, summisque deinde affecit honoribus (Plutarch. Alex. 10; Arrian. Exp. III, 6, 8). Et Nearchum quidem Lyciæ finitimisque ad Taurum usque regionibus præfecit (Arrian. l. l. Ol. 111, 3. a. C. 334). Eo satrapæ munere functus Nearchus est usque ad an. Ol. 113, 1, a. C. 328, quo tempore, ut mercenarios regi adduceret, una cum Asandro Ioniæ satrapa profectus est in Bactriam (Arrian. Exp. IV, 7, 4), ubi mox eum memorari videmus inter chiliarchos scutatorum (τῶν ὑπασπιστῶν). Arrian. Exp. IV, 30, 11. Deinde decreta ad Oceanum per flumina navigatione, dux classis universæ constitutus est (Arrian. Exp. VI, 2; 6; Ind. 18, 10). Postquam ad mare feliciter perventum erat, nova regi consilia volventi atque idoneum navigationis ab Indi ostiis ad Euphratem instituendæ ducem quærenti sponte sua sese obtulit Nearchus, faustum spondens conaminis successum (lege fr. 18, ex Arrian. Ind. 20). Neque virum fortem prudentemque (vid. fr. 28) non juvit fortuna. In ipso itinere Nearchus Alexandrum convenit in Salmunte (**) urbe Carmaniæ (Vide Arrian. Ind. 32 sqq., qui fusius et optime hæc ex Nearchi commentariis narrat). Exantlatis tandem ærumnis, Pasitigrim ingressus servatam classem regi tradidit. Læta illa dies sacrificiis ludisque. Quoquoversus Nearchus per castra ibat, petebatur floribus ac sertis (Arr. Ind. 42). Mox Susis ex manu Alexandri et uxorem accepit Mentoris Rhodii Barsinesque filiam, et coronam auream, præmia meritorum (Arr. Exp. VII, 4 sq. Ind. 42). Prope Babylonem ad Nearchum accedunt Chaldæi, orantes ut de oraculis Alexandrum certiorem faceret atque dehortaretur, ne urbem rex intrare sustineret (Diodor. XVII, 112, 3. Plutarch. Alex. 73.). Jam correptus morbo fatali Alexander ex ore pependit Nearchi, ἀκροώμενος τὰ περὶ τὸν πλοῦν καὶ τὴν μεγάλην θάλατταν (Plutarch. Al. 76, cl. Arrian. Exp. VII, 25). — Rege vix defuncto, Perdiccas, *Sextus mensis est*, inquit, *ex quo Rhoxane prægnans est : optamus ut marem enitatur : ejus regnum diis approbantibus futurum. Interim a quibus regi velitis, destinate.* Tum Nearchus, *Alexandri modo sanguinem ac stirpem regiæ majestati convenire, neminem*, ait, *posse mirari. Ceterum exspectari nondum ortum regem, et qui jam sit præteriri, nec animis Macedonum convenire, nec tempori rerum. Esse e Barsine filium regis : huic diadema dandum* (Curtius X, 6). Hæc Nearchus, qui filiam Barsines uxorem habebat. — Perdicca provincias distribuente, Nearchus Lyciam et Pamphyliam obtinuit, teste Justino (XIII, 3). Contra Diodorus (XVIII) 3, 1) et Curtius (X, 10, 2) eas regiones Antigono assignatas esse tradunt. Igitur erravit Justinus tempora confundens, aut cum Droysenio (*Hellen.* I, p. 42) statuendum est Nearchum præferentem munus navarchi regii, tributis sibi provinciis cessisse Antigono. Utut est, ab Antigoni partibus stetisse Nearchum scimus ex Diodoro. Scilicet lib. XIX, 19, 4 (Ol. 116, 1, a. C. 316) memoratur inter duces Antigoni contra Eumenem proficiscentis, atque lib. XIX, 69, 1 (314 a. C.) inter consiliarios, quos Demetrio filio Antigonus adjunxit. Hactenus de vita Nearchi.

Commentarii Nearchi descriptionem navigationis continebant, quam ab Indi capitibus usque ad Pasitigrin oras maritimas legens instituerat. Ex iis sua tantum non omnia excerpsit Arrianus (*) in

(*) Ita pro vulg. Λητή posui jubente Theognost. Can. p. 617, 15. Ceterum de Lete urbe cf. Marsyas ap. Harpocrat. s. v.; Ptolem. III, 13; Zonaras p. 1304; nummi ap. Mionnet. *Supplem.* vol. III, p. 31.

(**) Si quidem fides habenda Diodoro XVII, 106, 4. V. Droysen. *Alexand.* p. 481 not. 13; Ritter. *Erdkunde*. tom. X, p. 27 sqq.

(*) « Erant qui hunc (Arriani) Nearchum falsarium, ejusque itinerarium Ptolemæorum demum tempore compositum esse crederent, in quibus nominandi Harduinus ad Plin. H, N. p, 326 et H. Dodwellus Dissert. de Nearch. Parapl. in Hudson Geogr. Min. tom. I. [adde Bohlen. *Das*

Hist. Indica inde a cap. 20. Jam vero quum multa (v. c. fr. 17, 33, 34. 37 ex. Arr. et Strabon.) ex Nearcho afferantur, quæ ad ipsam navigationem nihil pertineant, nonnulli (**) censuerunt aut Paraplum partem fuisse majoris operis, aut præter Paraplum singulare de Alexandri expeditione opus a Nearcho conscriptum esse. Eamque sententiam confirmari dix runt loco Suidæ s. v. Νέαρχος, ubi hæc : Οὗτος συνεστράτευσεν Ἀλεξάνδρῳ καὶ ξυγγραφὴν συνεγράψατο ὑπὲρ Ἀλεξάνδρου· ἐψεύσατο δὲ ναύαρχον ἑαυτὸν ἀναγράψας εἶναι κυβερνήτης ὤν. At quum pateat in postremis temere misceri Nearchi et Onesicriti memoriam, etiam ista ὑπὲρ Ἀλεξάνδρου συγγραφή rectius ad Onesicritum referetur. Certe nihil hoc loco potest probari. De reliquis audiamus Geierum nostrum : « Quoniam constat, Arrianum Strabonemque et de ipsa navigationis descriptione et aliis de rebus, quæ ad navigationem nihil viderentur pertinere, iisdem haud raro locis eodem usos esse Nearchi testimonio, neque alia alio tractata esse libro uspiam indicasse : consentaneum profecto videtur, eodem Nearchi libro simul navigationis aliarumque rerum descriptionem fuisse comprehensam. Etenim siquidem revera Nearchus præter navigationis descriptionem singularem quendam de Alexandri rebus librum edidisset, primum illud maximopere unicuique mirum videretur, Arrianus quod in Historia quidem Indica alterius libri ubique fere sequutus auctoritatem, in Expeditione Alexandri ne verbo quidem alterum attigisset. Neque Arrianus solum et Strabo, sed etiam Plutarchus, Diodorus et quotquot sequioris ævi auctores Alexandri res conscripserunt, Nearchi librum iisdem de rebus compositum prorsus ignorant... Satis jam apparebit, non duos singulares libros, sed unum tantummodo opus Nearcho esse tribuendum, cujus de argumento quæstio restat haud ita difficilis. Primum enim inter omnia hujus libri fragmenta ne unum quidem reperitur, quod ad Alexandri res ante expeditionem Indicam gestas jure queat referri. Immo quæcunque de Alexandri rebus a Nearcho sunt prodita, ad unum temporis pertinent spatium, quod inter reditum ex India et regis mortem erat interjectum. Huc ista spectant de Alexandro apud Mallos vulnerato (fr. 17), de itinere per Gedrosiam suscepto, (fr. 23) de Calani Gymnosophistæ interitu (fr 37), de Cossæis ab Alexandro per hiemem devictis atque oppressis (fr. 34); huc denique sunt referenda, quæ de terrarum situ et magnitudine, de populorum moribus, de plantarum, animalium natura aliisque id genus ille persequutus est. Hæc vero omnia quum navigationem ab Hyphasi usque ad Pasitigrin Nearcho duce peractam aliquatenus certe attingant, totius libri primarium quidem argumentum in hac navigationis descriptione (τοῖς ἀμφὶ τῷ παράπλῳ cf. Arr. Hist. Ind. c. 18, et Exp. Alex. VI. c. 28) versatum fuisse existimamus, cui secundaria accederet earum quoque rerum narratio, quæ ad navigationem illam plus minus viderentur pertinere. Quare quoniam Indicæ res et per se memoratu dignæ et cum ipsa navigatione arctius videbantur cohærere, earum descriptione noluit supersedere auctor diligentissimus, eademque de causa non prætermittenda putavit, quæ intra ipsum navigationis tempus exercitui pedestri juxta oram maritimam proficiscenti accidissent. Hinc sponte consequitur, in Arriani Historia Indica inde a capite XX. usque ad caput XLIII non integrum Nearchi opus, sed primarium modo ejus argumentum esse conservatum; reliqua vero ejus parte Arrianus ita videtur usus esse, ut quæ memoratu digna ab hoc auctore prodita essent, passim cum aliorum narrationibus mixta vel Historiæ Indicæ vel Expeditioni Alexandri intexeret. Ita in Historia Indica c. 19, § 8, ipse Arrianus, ubi exposuit quomodo in Hyphasi et Indo classis regia instructa fuisset, de reliqua hujus navigationis narratione lectores ad Expeditionem Alexandri a se scriptam ablegavit; unde etiam quid causæ fuerit apparet, uno quod sexto hujus operis libro, quippe quo hujus navigationis descriptio contineretur, bis Arrianus ad Nearchi auctoritatem provocaverit, neque dubium potest esse quin maxima hujus libri pars ex Nearchi fluxerit commentariis.

« Denique ad Nearchi fidem quod attinet, haud multum sane in Indicarum certe rerum descriptione ei esset tribuendum, si judicium sequeremur Strabonis (p. 70), qui, Ἅπαντες, inquit, οἱ περὶ τῆς Ἰνδικῆς γράψαντες, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ψευδολόγοι γεγόνασι, καθ' ὑπερβολὴν δὲ Δηίμαχος· τὰ δὲ δεύτερα λέγει Μεγασθένης (fr. 10), Ὀνησίκριτός τε καὶ Νέαρχος καὶ ἄλλοι παραψελλίζοντες ἤδη. Contra quam severiorem auctoris gravissimi censuram verissime jam Vincentius animadvertit, quæ Straboni vix credibilia Nearchus narrasse visus esset, ea maximam partem recentiorum geographorum et physicorum observationibus ita esse confirmata, ut viri diligentiam admirari potius quam fidem infamare deberemus. Quantopere vero Nearchus veræ

alt. Ind. I, p. 68]. Jure vero ab his auctorem criminationibus defendere conati sunt D'*Anville*, *Rennel*, *Robertson*, *Vincent*, alii, de quorum sententia exponit *Ste-Croix*, *Exam. critiq.* p. 745 sqq. » Westermann. ad Voss. p. 95. Adde quæ ex Geiero notavimus ad Onesicriti fr. 26.

(**) Uti Dodwell. l. l. p. 140 § 10, et Schmieder Præfat. ad Arrian. Exp. Al. p. 33

ac sinceræ rerum narrationi ubique studuerit, etiam eo comprobatur, quod, ubicunque quidpiam non satis certo ipsi fuit exploratum, non solum ingenue hoc professus est (fr. 12. 35), sed etiam in refutandis fabularum ineptiis plurimum operæ posuit (fr. 25). Ceterum ut concedamus, rerum novitate deceptum Nearchum hoc illud minus vere tradidisse, a fabulis fictis atque commentis certe eum abhorruisse, strenua etiam spondet viri probitas atque integritas, quam vita et factis affatim ille comprobavit. »

ΠΑΡΑΠΛΟΥΣ.

1.

Strabo XV, p. 689; Arrian. Ind. c. 3, de Indiæ magnitudine. Vide Onesicriti fr. 11.

2.

Strabo II, p. 77 : Αἱ ἄρκτοι ἐκεῖ (sc. ἐν τοῖς ἄκροις τῆς Ἰνδικῆς) ἀμφότεραι, ὡς οἴονται, ἀποκρύπτονται, πιστεύοντες τοῖς περὶ Νέαρχον.

Idem contendit Megasthenes (fr. 3), contradicente Daimacho.

3.

Strabo XV, p. 691 : Νέαρχος δὲ περὶ τῆς ἐκ τῶν ποταμῶν ἐπιχοῆς παραδείγματα φέρει τὰ τοιαῦτα, ὅτι καὶ τὸ Ἕρμου καὶ Καΰστρου πεδίον καὶ Μαιάνδρου καὶ Καΐκου παραπλησίως εἴρηται, διὰ τὴν ἐπιφορουμένην τοῖς πεδίοις χοῦν αὔξειν αὐτά, μᾶλλον δὲ γεννᾶν ἐκ τῶν ὀρῶν καταφερομένην, ὅση εὔγεως καὶ μαλακή· καταφέρειν δὲ τοὺς ποταμούς, ὥστε τούτων ὡς ἂν γεννήματα ὑπάρχειν τὰ πεδία, καὶ εὖ λέγεσθαι ὅτι τούτων ἐστὶ τὰ πεδία. Τοῦτο δὲ ταὐτόν ἐστι τῷ ὑπὸ τοῦ Ἡροδότου λεχθέντι ἐπὶ τοῦ Νείλου καὶ τῆς ὑπ' αὐτῷ γῆς, ὅτι ἐκείνου δῶρόν ἐστι· διὰ τοῦτο δ' ὀρθῶς καὶ ὁμώνυμον τῇ Αἰγύπτῳ φησὶ λεχθῆναι τὸν Νεῖλον ὁ Νέαρχος.

Eadem Arrian. Exp. Al. VI, 6, 5, ex eodem, ut videtur, Nearcho. Cf. Bohlen. *Das alte Indien* I, p. 15.

4.

Strabo XV, p. 692 de imbribus Indiæ fluviorumque inundationibus. Vide Aristobuli fr. 29.

5.

Strabo XV, p. 696 : Νέαρχος δὲ τὸ ζητούμενον πρῶτον ἐπὶ τοῦ Νείλου, πόθεν ἡ πλήρωσις αὐτοῦ, διδάσκειν ἔφη τοὺς Ἰνδικοὺς ποταμούς, ὅτι ἐκ τῶν θερινῶν ὄμβρων συμβαίνει. Ἀλέξανδρον δ' ἐν μὲν τῷ Ὑδάσπῃ κροκοδείλους ἰδόντα, ἐν δὲ τῷ Ἀκεσίνῃ κυάμους Αἰγυπτίους, εὑρηκέναι δόξαι τὰς τοῦ Νείλου πηγάς, καὶ παρασκευάζεσθαι στόλον εἰς τὴν Αἴγυπτον, ὡς τῷ ποταμῷ τούτῳ μέχρι ἐκεῖσε πλευσόμενον· μικρὸν δ' ὕστερον γνῶναι, διότι οὐ δύναται ὃ ἤλπισεν.

De iisdem adi Arrian. Ind. c. 6. Cf. Onesicrit. fr. 12, Aristobul. fr. 29. 32. Bohlen. l. l.

6.

Strabo XV, p. 701, de Pattalene insula. Vide Aristobul. fr. 31.

7.

Strabo XV, p. 716 sq : Νέαρχος δὲ περὶ τῶν σοφιστῶν οὕτω λέγει· τοὺς μὲν Βραχμᾶνας πολιτεύεσθαι καὶ παρακολουθεῖν τοῖς βασιλεῦσι συμβούλους, τοὺς δ' ἄλλους σκοπεῖν τὰ περὶ τὴν φύσιν· τούτων δ' εἶναι καὶ Κάλανον· συμφιλοσοφεῖν δ' αὐτοῖς καὶ γυναῖκας, τὰς δὲ διαίτας ἁπάντων σκληράς. Περὶ δὲ τῶν κατὰ τοὺς ἄλλους νομίμων τοιαῦτα ἀποφαίνεται· τοὺς μὲν νόμους ἀγράφους εἶναι, τοὺς μὲν κοινούς, τοὺς δ' ἰδίους, ἀήθειαν ἔχοντας πρὸς τοὺς τῶν ἄλλων· οἷον τὸ τὰς παρθένους ἆθλον παρά τισι κεῖσθαι τῷ πυγμὴν νικήσαντι, ὥστ' ἀπροίκους συνεῖναι· παρ' ἄλλοις δὲ κατὰ συγγένειαν κοινῇ τοὺς καρποὺς ἐργασαμένους, ἐπὰν συγκο-

2.

(In India extrema) Ursa utraque occultatur, uti opinantur fidem habentes Nearcho.

3.

Nearchus de terra illuvie fluviorum solo aggesta hæc affert exempla : Hermi et Caistri et Mæandri et Caici campos ita appellatos esse ob limum, qui e montibus a fluviis delatus campos auget, atque adeo facit, si quis defertur, qui mollior sit et pinguior. Ideoque recte dici, campos hos a fluviis effici. Hoc idem est atque id quod Herodotus de Nilo dicit, terram, quæ circa eum est, donum ipsius esse. Et propterea Nearchus putat, Nilum recte eodem nomine vocatum esse, quo ipsa Ægyptus.

5.

Nearchus antiquam de Nili incrementis quæstionem sic explicari ait, quod Indica flumina edoceant ex æstivis imbribus id contingere. Alexandrum quidem, quum crocodilos in Hydaspe vidisset, et Ægyptiacas fabas in Acesine, putasse Nili initium se invenisse : et propterea classem in Ægyptum parasse, tamquam per hoc flumen eo navigaturum : at paullo post intellexisse, quod sperabat, effici non posse.

7.

Nearchus de sophistis ita loquitur : Brachmanum nonnullos rem publicam gerere et reges sequi et eorum consiliarios esse; ceteros vero, quæ ad naturam pertinent contemplari : et ex his Calanum fuisse : cum iis etiam mulieres philosophari, et omnium vitam durissimam esse. De institutis vero aliorum hæc prodit : Leges esse non scriptas, alias communes, alias proprias, quæ ab aliorum legibus valde sint alienæ : ut quod apud nonnullos virgines præmium proponantur pugillatione vincenti, et sine dote nubant, et quod alii quidam per cognationes communiter agros colant : et quum

μίσωσιν, αἵρεσθαι φορτίον ἕκαστον εἰς διατροφὴν τοῦ ἔτους· τὸν δ' ἄλλον ἐμπιπράναι τοῦ ἔχειν εἰσαῦθις ἐργάζεσθαι καὶ μὴ ἀργὸν εἶναι. Ὁπλισμὸν δ' εἶναι τόξον καὶ οἰστοὺς τριπήχεις, ἢ σαύνιον καὶ πέλτην καὶ μάχαιραν πλατεῖαν τρίπηχυν· ἀντὶ δὲ χαλινῶν φιμοῖς χρῆσθαι, κημῶν μικρὸν διαφέρουσιν· ἥλοις δὲ τὰ χείλη διαπεπάρθαι. Τὴν δὲ φιλοτεχνίαν τῶν Ἰνδῶν ἐμφανίζων, σπόγγους φησὶν ἰδόντας παρὰ τοῖς Μακεδόσι μιμήσασθαι, τρίχας καὶ σχοινία λεπτὰ καὶ ἁρπεδόνας διαρράψαντας εἰς ἔρια, καὶ μετὰ τὸ πιλῆσαι τὰ μὲν ἐξελκύσαντας, τὰ δὲ βάψαντας χροιαῖς· στλεγγιδοποιούς τε καὶ ληκυθοποιοὺς ταχὺ γενέσθαι πολλούς· ἐπιστολὰς δὲ γράφειν ἐν σινδόσι λίαν κεκροτημέναις, τῶν ἄλλων γράμμασιν αὐτοὺς μὴ χρῆσθαι φαμένων, χαλκῷ δὲ χρῆσθαι χυτῷ, τῷ δ' ἐλατῷ μή· τὴν δ' αἰτίαν οὐκ εἶπε, καίτοι τὴν ἀτοπίαν εἰπὼν τὴν παρακολουθοῦσαν, ὅτι θραύεται κεράμου δίκην τὰ σκεύη πεσόντα.

Cf. Aristobul. fr. 44, Onesicrit. fr. 10, fragmenta Megasthenis. De re ipsa uberrime exponit Bohlen. l. l. tom. II passim.

8.

Strabo XV, p. 693 : Ἐκ τούτου δὲ (sc. τοῦ ἐρίου ὃ δένδροις ἐπανθεῖ) Νέαρχός φησι τὰς εὐητρίους ὑφαίνεσθαι σινδόνας· τοὺς δὲ Μακεδόνας ἀντὶ κναφάλων αὐτοῖς χρῆσθαι καὶ τοῖς σάγμασι σάγης· τοιαῦτα δὲ καὶ τὰ σηρικά ἔκ τινων φλοιῶν ξαινομένης βύσσου. Εἴρηκε δὲ καὶ περὶ τῶν καλάμων ὅτι ποιοῦσι μέλι μελισσῶν μὴ οὐσῶν· καὶ δένδρον εἶναι καρποφόρον· ἐκ δὲ τοῦ καρποῦ μεθύειν.

9.

Arrian. Ind. 16, 1 : Ἐσθῆτι δὲ Ἰνδοὶ λινέῃ χρέονται, κατάπερ λέγει Νέαρχος, λίνου τοῦ ἀπὸ τῶν δένδρεων, ὑπὲρ ὅτων μοι ἤδη λέλεκται. Τὸ δὲ λίνον τοῦτο ἢ λαμπρότερον τὴν χροιήν ἐστιν ἄλλου λίνου παντὸς, ἢ μέλανες αὐτοὶ ἐόντες λαμπρότερον τὸ λίνον φαίνεσθαι ποιέουσιν, κτλ. Cf. Onesicriti fr. 22 a. Bohlen. II, p. 168.

10.

Arrian. Ind. 16, 4 : Τοὺς δὲ πώγωνας λέγει Νέαρχος ὅτι βάπτονται Ἰνδοί, χροιὴν δὴ ἄλλην καὶ ἄλλην, οἱ μὲν ὡς λευκοὺς φαίνεσθαι, οἵους λευκοτάτους, οἱ δὲ κυανέους· τοὺς δὲ φοινικέους εἶναι, τοὺς δὲ καὶ πορφυρέους, ἄλλους πρασοειδέας. Καὶ σκιάδια ὅτι προβάλλονται τοῦ θέρεος ὅσοι οὐκ ἠμελημένοι Ἰνδῶν.

Cf. Onesicrit. fr. 18; Bohlen. II, 171; Sprengel. *Gesch. der wichtigsten geograph. Entdeckungen*, p. 101.

11.

Arrian. Ind. c. 11, 7 : Ὧν (δένδρων) τὴν σκιὴν Νέαρχος λέγει ἐς πέντε πλέθρα ἐν κύκλῳ ἐξικνέεσθαι καὶ ἂν καὶ μυρίους ἀνθρώπους ὑπὸ ἑνὶ δένδρεϊ σκιάζεσθαι· τηλικαῦτα εἶναι ταῦτα τὰ δένδρεα.

Cf. Aristobul. fr. 30; Onesicrit. fr. 15.

12.

Arrian. Ind. c. 15, 1 : Τίγριος δὲ δορὴν μὲν ἰδεῖν λέγει Νέαρχος, αὐτὸν δὲ τίγριν οὐκ ἰδεῖν· ἀλλὰ τοὺς Ἰνδοὺς γὰρ ἀπηγέεσθαι, τίγριν εἶναι μέγεθος μὲν ἡλίκον τὸν μέγιστον ἵππον, τὴν δὲ ὠκύτητα καὶ ἀλκὴν, οἵην οὐδενὶ ἄλλῳ εἰκάσαι· τίγριν γάρ, ἐπεὰν ὁμοῦ ἔλθῃ ἐλέφαντι, ἐπιπηδᾶν τε ἐπὶ τὴν κεφαλὴν τοῦ ἐλέφαντος καὶ ἄγχειν εὐπετέως. Ταύτας δὲ ἄστινας καὶ ἡμεῖς ὁρέομεν καὶ τίγριας καλέομεν, θῶας εἶναι αἰόλους καὶ μέζονας

---

fructus colligunt, quisque onus suum tollat in anni alimenta; reliquum vero crement, ne otiosi sint, sed habeant laborandi causam. Armaturam esse arcum et sagittas tricubitales vel tragulam, et peltam et gladium latum tricubitalem : capistris pro frenis uti, quæ a camis non multum differant : item labia clavis perforari. Monstraturus porro Indos valde studiosos esse artium, dicit eos, spongia apud Macedones visa, statim eam imitatos fuisse, pilos et funiculos subtiles et licia in lanæ speciem consuentes : tum carminatam partim traxisse, partim coloribus tinxisse : item subito multos strigilum et lecythorum opifices exstitisse; epistolas in sindonibus scribere coactis, quum alii negent ullis eos uti literis. Ære fuso uti, ductili nequaquam, causam non dicens, quum tamen absurditatem consequentem dixisset, quod vasa decidentia fictilium more frangantur.

8.

Ex lana hac (quæ arboribus innascitur) Nearchus ait sindones subtiles et reticulati operis texi, et Macedones ea pro tomento ac clitellarum stratis usos esse : serica etiam ejusdem generis esse, bysso scilicet ex corticibus quibusdam excarminata. Tradit idem arundinem mel sine apibus gignere, et esse arborem fructiferam, cujus fructus ebrios faciat.

9.

Idem, p. 635, E : Πηκτὶς δὲ καὶ μάγαδις ταὐτὸν, καθά φησιν ὁ Ἀριστόξενος καὶ Μέναιχμος ὁ Σικυώνιος ἐν τῷ Περὶ τεχνιτῶν. Καὶ τὴν Σαπφὼ δέ φησιν οὗτος, ἥτις ἐστὶν Ἀνακρέοντος πρεσβυτέρα, πρώτην χρήσασθαι τῇ πηκτίδι.

6.

Idem XIV, p. 637, F : Τὴν δὲ ψιλὴν κιθάρισιν πρῶτόν φησι Μέναιχμος εἰσαγαγεῖν Ἀριστόνικον τὸν Ἀργεῖον, τῇ ἡλικίᾳ γενόμενον κατὰ Ἀρχίλοχον, κατοικήσαντα ἐν Κορκύρᾳ.

7.

Idem XIV, p. 638, A : Δίωνα δὲ τὸν Χῖον τὸ τοῦ Διονύσου σπονδεῖον πρῶτον κιθαρίσαι Μέναιχμος (φησίν).

8.

Idem II, p. 65, A : Ὅτι τὸ εἰς Ὅμηρον ἀναφερόμενον ἐπύλλιον, ἐπιγραφόμενον δὲ Ἐπικιχλίδες, ἔτυχε ταύτης τῆς προσηγορίας διὰ τὸ τὸν Ὅμηρον ᾄδοντα αὐτὸ τοῖς παισὶ κίχλας δῶρον λαμβάνειν, ἱστορεῖ Μέναιχμος ἐν τῷ Περὶ τεχνιτῶν.

9.

Schol. Pind. Nem. II, 4 : Μέναιχμος ἱστορεῖ τοὺς ῥαψῳδοὺς στιχῳδοὺς καλεῖσθαι διὰ τὸ τοὺς στίχους ῥάβδους λέγεσθαι ὑπό τινων. Cf. Welcker. *Cyclus* p. 362 not.

ΠΕΡΙ ΤΟΡΕΥΤΙΚΗΣ.

(10 ?)

Plinius H. N. XXXIV, 8, 19 : *Menæchmi vitulus genu premitur replicata cervice : ipseque Menæchmus scripsit de sua arte.*

In auctorum elencho lib. 33 et 34 recensentur : « Antigonus qui de toreutice, Menæchmus qui item, Duris qui item. » Utrum hic Menæchmus idem cum nostro Sicyonio necne incertum est. Cf. Müller. *Archæol.* § 35, 1. Diversum esse suspicor.

ΠΥΘΙΚΟΣ.

11.

Schol. Pind. Pyth. IV, 313 : Ἐξ Ἀπόλλωνος δὲ φορμικτάς] Ἀπόλλωνος τὸν Ὀρφέα φησὶν εἶναι, ὃν καὶ αὐτὸς ὁ Πίνδαρος καὶ ἄλλοι Οἰάγρου λέγουσιν. Παρατίθεται (Χαῖρις) καὶ χρησμόν τινα, ὅν φησι Μέναιχμον ἀναγράψαι ἐν τῷ Πυθικῷ. Ἔχει δὲ οὕτως·

Πιέρες αἰνοπαθεῖς, στυγνὴν ἀποτίσετε λώβην
Ὀρφέ' ἀποκτείναντες Ἀπόλλωνος φίλον υἱόν.

Καὶ Ἀσκληπιάδης ἐν ἕκτῳ Τραγῳδουμένων ἱστορεῖ Ἀπόλλωνος καὶ Καλλιόπης Ὑμέναιον, Ἰάλεμον, Ὀρφέα.

Haud absurdum videtur Menæchmum Sicyonium Πυθικὸν λόγον composuisse, quum in patria urbe Apollinis cultus tantopere celebraretur. Lucas Holstenius etiam Stephani locum (fr. 1) ex hoc libro petitum esse censuit. Kiessling. De Menesæchmo oratore (v. Westermann. *Gr. Bereds*. 54, 30) nemo cogitaverit.

DE ARTIFICIBUS.

5.

Menæchmus libro De artificibus, pectidem, quæ eadem cum magadi est, a Sapphone inventam dicit.

Pectis et magadis idem instrumentum, uti dicit Aristoxenus et Menæchmus Sicyonius, qui Sapphonem, quæ Anacreonte est antiquior, primam pectide usum esse tradit.

6.

Assa cithara canere, Menæchmus ait primum instituisse Aristonicum Argivum, qui Archilochi vixerit ætate et Corcyræ habitaverit.

7.

Dionem Chium, Menæchmus ait, primum fuisse, qui Bacchi spondeum cithara caneret.

8.

Breve carmen, quod Homero auctori tribuitur Epicichlides inscriptum, eo sortitum id nomen esse narrat Menæchmus in libro De artificibus, quod Homerus pueris illud carmen canens turdos ab his in præmii locum acceperit.

9.

Menæchmus narrat rhapsodos appellatos esse stichodos, quod stichi (*versus*) a nonnullis rhabdi dicerentur.

DE PYTHICO ORACULO.

11.

Chæris grammaticus oraculum affert, quod Menæchmum literis tradidisse ait in tractatu De oraculo Pythico. Verba ejus sunt :

Pierides gravia perpessæ, tristem ulciscemini injuriam
Orpheum interficientes Apollinis carum filium.

ANTICLIDES ATHENIENSIS.

Anticlides Atheniensis (fr. 2. 8) qua vixerit ætate certius definiri nequit. Duridi (fr. 4) et Istro (fr. 6) præponitur a Plutarcho : unde sub primis Ptolemæis eum floruisse conjicias. Scripsit Δηλιακά, Νόστους, opus amplissimum, et Ἐξηγητικά. Quorum argumenta virum ostendunt præ ceteris versatum in expositione fabularum antiquitatumque, quæ ad urbium origines, res sacras aliaque instituta pertinent. Præterea opus composuit *De rebus Alexandri*, cujus semel tantum diserta fit mentio. Verum vel ex tenuissimis istis fragmentis colligimus etiam in Alexandri historia Anticlidem data occasione ostendisse illum rerum priscarum scrutatorem, quem ex reliquis ejus operibus cognovimus.

ΤΑ ΚΑΤ' ἈΛΕΞΑΝΔΡΟΝ.

1.

E LIBRO SECUNDO.

Diogen. L. VIII, 11 : Τοῦτον (sc. Πυθαγόραν) καὶ γεωμετρίαν ἐπὶ πέρας ἀγαγεῖν, Μοίριδος πρῶτον εὑρόντος τὰς ἀρχὰς τῶν στοιχείων αὐτῆς, ὥς φησιν Ἀντικλείδης ἐν δευτέρῳ Περὶ Ἀλεξάνδρου. Cf. Wilkinson. *Manners and Customs*, tom. III, p. 342 ; Bunsen. *Ægypten*, tom. II, p. 205.

2.

Plinius. H. N. VII, 57 (p. 47 Tauchn.) : *Anticlides in Ægypto invenisse* (sc. literas) *quendam nomine Menona tradit, quindecim annis ante Phoroneum antiquissimum Græciæ regem : idque monumentis approbare conatur.* Bekker. Anecd. p. 783, 12 : Ἀντικλείδης δὲ ὁ Ἀθηναῖος Αἰγυπτίοις τὴν εὕρεσιν [τῶν γραμμάτων] ἀνατίθησι.

Hæc quoque ex opere de rebus Alexandri petita esse ex fragm. 1 collegeris. Menon si idem est cum Mene, quem vulgo dicunt, Anticlides systema chronologicum secutus est, quod a reliquis, quæ novimus, longe recedit. *Amenophin* qui Memnon Græcis dicitur, regem dynastiæ XVIII vel XIX, intelligi voluit Rask., improbante Bæckhio *Manetho u. d. Hunds-sternperiode* p. 294. Sec. Manethonem Phoronei tempora ad regnum pastorum referri possunt. Fortasse igitur Menon idem est cum rege *Bnon*, *Anon*, *Mæon* (sec. Syncell.). qui pertinet ad dyn. XVII Eusebii. Alius ejusdem dyn. rex ap. schol. Platonis p. 424 anni solaris rationes primus ordinasse narratur. Cf. Maneth. fr. 49.

3.

Plutarch. Alex. c. 46 post Ptolemæum et ante Duridem ponit Anticlidem in eorum numero, qui quæ de Amazone Alexandrum conveniente narrantur, πλάσμα esse dixerunt. Cf. Onesicrit. fr. 5.

ΔΗΛΙΑΚΑ.

4.

E LIBRO SECUNDO.

Schol. Apollon. Rhod. I, 1207 : Ἀντικλείδης (Διοκλείδης cod. Paris.) δὲ ἐν τοῖς Δηλιακοῖς ἱστόρησεν, οὐ τὸν Ὕλαν εἰς τὴν ὑδρείαν ἐξεληλυθέναι, ἀλλὰ τὸν Ὕλλον, καὶ ἀνεύρετον γενέσθαι.

Idem I, 1298 : Ἰδίως δὲ Ἀντικλείδης ἐν τῷ β' τῶν Δηλιακῶν, Ὕλλον φησὶ τὸν Ἡρακλέους υἱὸν ἀποβάντα ἐφ' ὕδωρ, μὴ ὑποστρέψαι.

5.

Plutarch. De mus. c. 14 : Ἡ ἐν Δήλῳ δὲ τοῦ ἀγάλματος αὐτοῦ (sc. Ἀπόλλωνος), ἀφίδρυσις ἔχει ἐν μὲν τῇ δεξιᾷ τόξον, ἐν δὲ τῇ ἀριστερᾷ Χάριτας, τῶν τῆς μουσικῆς ὀργάνων ἑκάστην τι ἔχουσαν· ἡ μὲν γὰρ λύραν κρατεῖ, ἡ δ' αὐλούς, ἡ δ' ἐν μέσῳ προκειμένην ἔχει τῷ στόματι σύριγγα. Ὅτι δ' οὗτος οὐκ ἐμὸς ὁ λόγος, Ἀντικλῆς (Ἀντικλείδης recte Reines.) καὶ Ἴστρος (fr. 35) ἐν ταῖς Ἐπιφανείαις περὶ τούτων ἀφηγήσαντο· οὕτω

DE REBUS ALEXANDRI.

1.

E LIBRO SECUNDO.

Pythagoram excoluisse geometriam, sed inventa prima ejus elementa a Mœride esse tradit Anticlides libro secundo De Alexandro.

2.

Anticlides Atheniensis inventionem literarum tribuit Ægyptiis.

DELIACA.

4.

E LIBRO SECUNDO.

Anticlides in Deliacis non Hylam, sed Hyllum aquatum exiisse et disparuisse narrat.

Anticlides in Deliacorum libro secundo Hyllum Herculis f., ad aquam hauriendam profectum non rediisse dicit.

5.

Simulacrum Apollinis in Delo positum in dextra manu arcum, læva Gratias habet, quarum quævis aliquod musicum instrumentum tenet; lyram una, alia tibias, media fistulam ori admotam. Neque meus est hic sermo; sed An-

δὲ παλαιόν ἐστι τὸ ἀφίδρυμα τοῦτο, ὥστε τοὺς ἐργασαμένους αὐτὸ τῶν καθ' Ἡρακλέα Μερόπων φασὶν εἶναι.

Ad Deliaca referre licet etiam fr. 25.

ΝΟΣΤΟΙ.

6.

E LIBRO SECUNDO.

Athenæus IV, p. 157, F: Ἡμῖν δὲ αὐτάρκης μερὶς, ἣν ἂν παρ' ὑμῶν λάβωμεν, καὶ οὐ χαλεπαίνομεν ὡς ἔλαττον φερόμενοι, καθάπερ ὁ παρ' Ἀντικλείδῃ Ἡρακλῆς. Φησὶ γὰρ οὗτος ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν Νόστων· « Μετὰ τὸ συντελέσαι τοὺς ἄθλους, Ἡρακλέα, Εὐρυσθέως θυσίαν τινὰ ἐπιτελοῦντος, συμπαραληφθέντα, καὶ τῶν τοῦ Εὐρυσθέως υἱῶν τὰς μερίδας ἑκάστῳ παρατιθέντων, τῷ δ' Ἡρακλεῖ ταπεινοτέραν παραθέντων, ὁ Ἡρακλῆς, ἀτιμάζεσθαι ὑπολαβὼν, ἀπέκτεινε τρεῖς τῶν παίδων, Περιμήδην, Εὐρύβιον, Εὐρύπυλον. »

Perimedes et Eurybius sec. Apollodorum II, 8, 1, post mortem Herculis ab Atheniensibus prœlio cum Eurystheo commisso interfecti sunt. Eurypylum Eurysthei filium non habet Apollodor. l. c., nec aliunde novi. Notus vero Eurypylus Neptuni f., Coi insulæ rex, quem Troja rediens Hercules interfecit (Apollod. II, 7, 1), cujusque filia Chalciope Thessalum Herculi peperit. Hoc quum aptum Nostis argumentum sit, fortasse hac occasione de altero Eurypylo item ab Hercule interfecto verba fecit.

7.

E LIBRO DECIMO SEXTO.

Athenæus XI, p. 466, C: Ἀντικλείδης δ' ὁ Ἀθηναῖος ἐν τῷ ἑκκαιδεκάτῳ Νόστων, περὶ Γρᾶ διηγούμενος, τοῦ τὴν ἀποικίαν εἰς Λέσβον στείλαντος σὺν ἄλλοις βασιλεῦσι, καὶ ὅτι χρησμὸς ἦν αὐτοῖς, δηλώσας καθεῖναι διαπλέοντας τῷ Ποσειδῶνι εἰς τὸ πέλαγος παρθένον, γράφει καὶ ταῦτα· « Μυθολογοῦσι δὲ περὶ τῶν ἐν Μηθύμνῃ τινὲς περὶ τῆς ἀφεθείσης εἰς τὴν θάλασσαν παρθένου, καί φασιν, ἐρασθέντα αὐτῆς τῶν ἡγεμόνων τινὰ, ᾧ ἦν τοὔνομα Ἔναλος, ἐκκολυμβῆσαι, βουλόμενον ἀνασῶσαι τὴν παιδίσκην. Τότε μὲν οὖν, ὑπὸ κύματος αὐτοὺς ἀμφοτέρους κρυφθέντας, ἀφανεῖς γενέσθαι, χρόνῳ δ' ὕστερον, ἤδη τῆς Μηθύμνης οἰκουμένης, παραγενέσθαι τὸν Ἔναλον, καὶ διηγεῖσθαι τὸν τρόπον, καὶ ὅτι ἡ μὲν παρθένος παρὰ ταῖς Νηρηίσι διέτριβεν, αὐτὸς δὲ τὰς τοῦ Ποσειδῶνος ἔβοσκεν ἵππους· καί ποτε καὶ, κύματος ἐπιφερομένου μεγάλου, συγκολυμβήσαντα αὐτὸν ἐκβῆναι, ἔχοντα κύπελλον χρυσοῦ οὕτω θαυμασίου, ὡς τὸν παρ' αὐτοῖς αὐτῷ παραβαλλόμενον οὐδὲν διάφορον εἶναι χαλκοῦ. »

Eandem historiam ex Myrsili Lesbiacis (fr. 12) paullo aliter narrat Plutarchus. De sollert. anim. c, 36 et in Sympos. c. 20. Cf. Müller. *Min.* p. 466. De critica hujus loci ratione adi Schweighæuserum. — Cum Æolicæ migrationis historia probabiliter conjungenda sunt quæ leguntur fr. 21.

8.

E LIBRO SEPTUAGESIMO OCTAVO (?).

Athenæus IX, p. 384, D: Ἀντικλείδης δ' ἐν ἑβδομηκοστῷ ὀγδόῳ Νόστων, « Ἐν δείπνῳ, φησὶ, μελλόντων Χίων ὑπ' Ἐρυθραίων ἐξ ἐπιβουλῆς ἀναιρεῖσθαι, μαθών τις τὸ μέλλον γίγνεσθαι, ἔφη·

Ὦ Χῖοι· πολλὴ γὰρ Ἐρυθραίους ἔχει ὕβρις·
φεύγετε δειπνήσαντες ὑὸς κρέα, μηδὲ μένειν βοῦν. »

---

ticlides et Ister in libris quos De apparitionibus deorum scripsit, hæc retulerunt.

REVERSIONES.

6.

E LIBRO SECUNDO.

Nobis suffecerit portio, quamcunque a vobis accipiemus, neque ægre feremus tanquam minus ferentes, quemadmodum apud Anticlidem Hercules. Ait enim hic secundo libro Reversionum, Herculem laboribus suis defunctum, quum sacrificium aliquod celebraret Eurystheus, ad convivium cum aliis esse adhibitum. Ubi quum filii Eurysthei portiones unicuique apponerent, Herculi vero apposuissent tenuiorem et viliorem, occidisse Herculem tres ex pueris, Perimedem, Eurybium, Eurypylum.

7.

E LIBRO DECIMO SEXTO.

Anticlides Atheniensis decimo sexto Reversionum, ubi de Gra loquitur, qui cum aliis regibus in Lesbum insulam coloniam duxit, quibus oraculo mandatum fuerat, ut inter navigandum Neptuno virginem in mare projicerent, post alia hæc scribit: « Nonnulli vero priscas de rebus Methymnensium et de projecta in mare virgine fabulas referentes aiunt unum e ducibus, nomine Enalum, virginis amore captum in mare prosiluisse servaturum puellam: ac tunc quidem undarum fluctibus opertos ambos evanuisse; aliquanto post vero, quum jam colonis frequentata Methymna esset, comparuisse Enalum, et quid interim accidisset, quove pacto, narrasse, dicentem apud Nereidas versari virginem, ipsum vero Neptuni equos pascere; fluctu autem aliquando ingenti excitato, cum eo enatantem ipsum mari egressum esse, manu tenentem poculum ex auro tam admirabili, ut quod apud Methymnæos reperitur cum illo collatum nihil ab ære differret. »

8.

E LIBRO SEPTUAGESIMO OCTAVO (?)

Anticlides libro septuagesimo octavo Reversionum hæc scribit: « Chios Erythræi inter cœnandum ex insidiis interficere paraverant. Quorum consilium quum comperisset quispiam, dixit:

O Chii! ingens vobis scelus ab Erythræis imminet: [nam.]
fugite postquam suillam comederitis, neu manete bovi·

Ἐν ἑβδομηκοστῷ ὀγδόῳ] « Cogitemus de hoc numero : nam quale id poema (!) fuerit, quod contineret libros LXXVIII aut etiam plures? » Casaubonus. » Fortasse vero non tam per justæ magnitudinis *libros* quam per singulos νόστους, i. e. singulorum virorum notabilium *reditus*, distributum erat. « Schweighæuser. Certiori judicio pronuntiari aliquid posset, si compertum haberemus quousque narrationibus suis Anticlides descenderit. Num etiam tempora historiæ luce clara tractavit, viros principes gentesque recensens, qui bello aliisve de causis moti vel coacti patriam reliquerunt, deinde vero recuperarunt aut recuperare studuerunt? Minime hoc improbabile est. Nam excessisse Nostrum fines, quibus Nosti epici (V. Welcker. *Cycl. Hom.*, p. 273—287) continebant se, id extra dubitationem positum est fragmento libri decimi sexti. Igitur exemplum secutus fuerit Clitodemi, quem ἐν ὀγδόῳ Νόστων (fr. 24) de reditu Pisistrati egisse scimus. Eodemque modo post Anticlidem egerit Lysimachus, quamquam hoc ex ipsis reliquiis minus clare apparet. Laudatur sane Lysimachus (fr. 14) ἐν β′ Νόστων (ap. Photium et Suid. v. Σαμίων ὁ δῆμος) de Polycrate tyranno; sed quum reliqua, quæ e libro secundo et tertio afferuntur, omnia spectent ad Troica tempora, auctor data occasione ad Polycratis res excurrisse censeatur. At nescio an pro ἐν β′ scribendum sit ἐν η′ (frequens litt. β et η in mss. permutatio) vel ἐν ιϐ′. Ut ut est, si ad Medica usque Anticlides νόστων recensum perduxit, ad octoginta fere libros moles operis excrescere potuit. Fortasse igitur fragmentum nostrum referas ad bellum Chiorum, quod Herodotus (I, 18) innuit verbis : Καὶ γὰρ δὴ πρότερον οἱ Μιλήσιοι τοῖς Χίοισι τὸν πρὸς Ἐρυθραίους πόλεμον συνδιήνεικαν. Sin corruptum esse libri numerum mihi concedis, ita ut pro ἐν τῷ οη′ olim fuerit ἐν τῷ ιη′, Anticlidæ loco admoverim narrationem Hippiæ Erythræi (ap. Athen. VI, p. 258 F.) Tradit Hippias Cnopum, Codri filium regemque Erythræorum, interfectum esse ab Ortyge, qui ipse Chiorum satellitio fisus sæva Erythræos presserit tyrannide. Mox vero filium Cnopi, Hippotem, qui Colophonem aufugerat, in patriam reversum esse et Erythræorum opera usum amicos tyranni, dum festa agerent, trucidasse atque sic recuperasse regnum paternum. Quod quidem argumentum et Νόστων operi, et fragmento nostro optime convenit.

9.

E LIBRIS INCERTIS.

Clem. Al. Protr. c. 3, p. 12, 34 Sylb. (I, 36 Kl.) : Λυκτίους γὰρ (Κρητῶν δὲ ἔθνος εἰσὶν οὗτοι) Ἀντικλείδης ἐν Νόστοις ἀποφαίνεται ἀνθρώπους ἀποσφάττειν τῷ Διί. Exscripsit Euseb. P. E. p. 157, C. Cf. Müller. *Min.* p. 163.

10.

Schol. Ar. Nub. 144 : Exstant veteres χρησμοὶ iambicis metris concepti, ut ἐν Λέσβῳ Ναπαίου Ἀπόλλωνος ὁ δοθεὶς Πέλοπι, αἰτοῦντος αὐτὸν ἀνάθημα τοῦ θεοῦ τὴν ἄρνα τὴν χρυσῆν, ἕτερα παρέχοντι κειμήλια. Ἔστι (ἔχει Dindf.) δὲ οὕτως·

Ὃ βούλομαι δὸς, μὴ δίδου δ' ὃ μὴ θέλω

Φέρει δὲ τὸν χρησμὸν τοῦτον Ἀντικλείδης ἐν τοῖς Νόστοις.

Eadem ex schol. Arist. transcripsit Suidas v. Ἀνάθημα et Ἀντικλείδης.

De Apolline Ναπαίῳ a Lesbiis culto v. Macrob. Sat. I, 17. Suidas : Νάπη, πόλις Λέσβου, ὅθεν Ἀπόλλων Ναπαῖος. Quam glossam omittunt codd. Paris. et Leid. (A et V. ap. Bernhardy.). Cf. Suidas v. Ἀνάθημα. Ceterum de historia, unde hæc desumpta fuerint, mihi non constat.

11.

Tzetzes Lyc. 464 : Ἀντικλείδης δὲ ὑπὸ Πάριδός φησι τοξευθέντα ἀποθανεῖν (sc. τὸν Αἴαντα). Sic etiam Dares Phrygius 35 et Hypothesis ad Soph. Ajac. extr. : Οἱ μὲν γάρ φασιν, ὅτι ὑπὸ Πάριδος τρωθεὶς ἦλθεν εἰς τὰς ναῦς αἱμορροῶν; alii pro Paride posuerunt Ulyssem (Cic. De invent. I, 8; Quinctil. IV, 2, 13). V. Lobeck. ad Ajac. p. 377; Wunder. ad Aj. p. 18.

12.

Schol. Hom. Od. δ′, 355 : Ἀντικλείδης ἱστορεῖ, ὅτι ποθοῦσα Μενέλαον Ἑλένη λάθρα ἔξεισι τῆς πόλεως, καὶ Καρικὸν εὑροῦσα πλοῖον παρακαλεῖ τὸν ναύκληρον, ὃς ἐκαλεῖτο Φάρος, εἰς Λακεδαίμονα αὐτὴν ἀποκατα-

---

9.

Lyctios in Creta insula homines Jovi mactare Anticlides narrat in Reversionibus.

10.

In Lesbo Apollo Napæus oraculum Pelopi dedit, quo jussit ut agnam illam auream ipsi donarium voveret, quum alia Pelops deo dona offerret. Verba oraculi ita se habent :

Quod volo da, ne des quod nolo.

Affert hoc oraculum Anticlides in Reversionibus.

11.

Anticlides Ajacem a Paride sagitta confossum periisse dicit.

12.

Anticlides narrat Helenam Menelai desiderio captam clam urbem reliquisse; et quum Caricum deprehendisset navigium, rectori ejus, cui Pharo nomen, jussisse ut in Lacedæmoniam transportaret ipsam. Verum tempestate de-

στῆσαι. Χειμασθέντες δὲ ἧκον εἰς Αἴγυπτον, καὶ ἐνθάδε τῆς νεὼς ἀποβάντα τὸν Φάρον ὄφις ἀναιρεῖ. Ἡ δὲ θάψασα αὐτὸν, οὕτως ὠνόμασε τὴν νῆσον.

ΕΞΗΓΗΤΙΚΟΝ
sive
ΕΞΗΓΗΤΙΚΑ.

Ejusdem tituli et argumenti librum composuit Clidemus, Atthidum scriptorum vetustissimus. Vide Fragm. Histor. Prolegg. p. LXXXVII.

13.

Athen. XI, p. 473, B : Καδίσκος Ἀγγεῖον δ' ἐστὶν, ἐν ᾧ τοὺς κτησίους Δίας ἐγκαθιδρύουσιν, ὡς Ἀντικλείδης φησὶν ἐν τῷ Ἐξηγητικῷ, γράφων οὕτως· « Διὸς κτησίου σημεῖα ἱδρύεσθαι χρὴ ὧδε. Καδίσκον καινὸν δίωτον ἐπιθηματοῦντα * στέψαντα ὦτα ἐρίῳ λευκῷ, καὶ ἐκ τοῦ ὤμου τοῦ δεξιοῦ, καὶ ἐκ τοῦ μετώπου τοῦ χροκίου *, καὶ ἐσθεῖναι, ὅ τι ἂν εὕρῃς, καὶ εἰσχέαι ἀμβροσίαν. Ἡ δ' ἀμβροσία ὕδωρ ἀκραιφνὲς, ἔλαιον, παγκαρπία. Ἅπερ ἔμβαλε.

Locus vix sanabilis. Casaubonus postrema corrigi voluit : Ἐκ τοῦ μετώπου ἄωτον κρόκινον κρεμαννύναι, καὶ ἔννυσθαι ὅ τι ἂν εὕρῃς, εἶτά οἱ Χέαι ἀμβροσίαν κτλ. Latine locum expressit ita : « *Jovis Ctesii signa ita statuenda : Cadiscum novum utrinque ansatum operculo tegendum : simulacri* (!) *auribus coronam e lana alba imponito : ex humero ejus dextro lanam suspendito coloris crocei : amicito etiam ut erit tibi commodum. Deinde ambrosiam illi affundito; est autem ambrosia, aqua pura, oleum, et fructuum omne genus; hæc omnia misce ad ambrosiam* (!) Jacobsius conj. : Καὶ ἐκ τοῦ ὤμου τοῦ δεξιοῦ τοῦ θεοῦ κ. ἐ. τ. μ. κρόκινον κάλυμμα ἐσθῆναι. » Villebrunius vertit : *on fera pendre de l'épaule droite et du front* (*de la statue*) *quelque étoffe ou bande couleur de sufran, telle qu'on la trouvera*, etc.

Lacunas indicavi post κροκίου, quæ vox nihili est, et post ἐπιθηματοῦντα (ἐπίθημα ἔχοντα?), vocem item suspectam, quam pro adjectivo habet Schneiderus. Ceterum verba ἐκ τοῦ ὤμου κτλ. non retulerim ad simulacrum vasi imponendum, sed ad hominem consecraturum imaginem. Is, puto, ut purus sanctusque rem sacram perageret, lunæ fila (κρόκας, κροκύδας) habebat ab humero dextro et a fronte dependentia. Similiter mystæ lanæ fila in bracchio dextro pedeque dextro gerebant. Photius Lex. p. 180, f. v. Κροκοῦν : Οἱ μύσται, ὥς φασι, κρόκῃ τὴν δεξιὰν χεῖρα καὶ τὸν πόδα ἀναδοῦνται· καὶ λέγεται τοῦτο κροκοῦν· οἱ δὲ ὅτι ἐνίοτε κρόκῳ καθαίρονται. Scribi itaque possit καὶ ἐκ τοῦ ὤμου τ. δ. κ. ἐ. τ. μ. σοῦ κρόκας καθεῖναι, καὶ ἐσθεῖναι κτλ. Fortasse etiam in verbis τοῦ κροκίου mentio latet τοῦ δίου κῳδίου vel Διὸς κῳδίου. Istud enim vellus purgatorium et lustrale in sacrificiis Διὸς Κτησίου adhibitum fuisse scimus ex Apostol. Pr. VII, 10. Usus harum pellium varius; et pedibus substernebantur, et capitis indumenta ex iis parabantur, et vestis in modum circumjiciebantur. V. Lobeck. Aglaoph. p. 185 sq.; Preller. ad Polem. p. 141. — Quæ sequuntur ἐσθεῖναι ὅτι ἂν εὕρῃς, si sana sunt, intelligo de rebus variis, quas quisque tamquam documenta donorum Διὸς Κτησίου sub manu habebat. Comparaverim τὸ κέρνος Cereris, de quo Polemo (p. 141 Pr.) ap. Athen. p. 478, C, egit in libro περὶ τοῦ Διὸς κῳδίου. Τοῦτο δ' ἐστὶν, ait, ἀγγεῖον κεραμεοῦν, ἔχον ἐν αὐτῷ πολλοὺς κοτυλίσκους κεκολλημένους· ἔνι δ' ἐν αὐτοῖς ὅρμινοι, μήκωνες λευκοὶ, πυροὶ, κριθαὶ, πισοὶ, λάθυροι, ὦχροι, φακοὶ, κύαμοι, ζειαὶ, βρόμος, παλάθιον, μέλι, ἔλαιον, οἶνος, γάλα, ὄϊον ἔριον ἄπλυτον.

14.

Plutarch. Nic. c. 23 de Atheniensibus in Sicilia subito lunæ defectu perterritis : Τῶν περὶ ἥλιον καὶ σελήνην ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας ἐποιοῦντο φυλακὴν, ὡς Ἀντικλείδης διέγραψεν ἐν τοῖς Ἐξηγητικοῖς.

15.

Harpocratio v. Ὀξυθύμια. Δίδυμος δὲ Ἀντικλείδου λέξιν παραγράψας ἐκ τῶν Ἐξηγητικῶν φησιν Ὀξυθύμια τὰ καθάρματα λέγεται καὶ ἀπολύματα· ταῦτα γὰρ ἀποφέρεσθαι εἰς τὰς τριόδους, ὅταν τὰς οἰκίας καθαίρωσιν.

---

latos esse in Ægyptum, ubi Pharum nave egressum serpens interemerit. Sepelisse eum Helenam et de nomine ejus Pharum insulam appellasse.

EXEGETICA.

13.

Cadiscus, vas est in quo collocant Joves Ctesios (rei familiaris præsides), ut ait Anticlides in Exegetico, ubi scribit : « Jovis Ctesii signa ita consecrare oportet. Cadiscum novum utrinque auritum.. cingere aures lana candida, et ex humero dextro et e fronte... imponere quidquid inveneris, et infundere ambrosiam. Est vero ambrosia, aqua pura, oleum, promiscui fructus. Hæc injice. »

14.

Quæ circa solem et lunam acciderent per tres dies Athenienses observarunt, ut Anticlides in Exegeticis scribit.

15.

Didymus Anticlidæ in Exegeticis verba apponens ὀξυθύμια vocari ait purgamenta et retrimenta, quæ domos purgantes in triviis deponant.

16.

Idem : Παλαμναῖος. Τοὺς αὐτοχειρίᾳ τινὰς ἀνελόντας, τῇ παλάμῃ, παλαμναίους ἐκάλουν, ὡς καὶ Ἀντικλείδης ἐν Ἐξηγητικῷ ὑποσημαίνει.

17.

Idem : Προκώνια... ἔοικε δὲ ἐκ πυρῶν τε καὶ κριθῶν γίνεσθαι, ὡς Ἀντικλείδης ἐν τοῖς Ἐξηγητικοῖς ὑποσημαίνει.

Tribus hisce Harpocr. locis Bekkerus e suis codd. edidit Αὐτοκλείδης pro Ἀντικλ.

18.

Schol. Hom. Od. π, 471 : Ἑρμαῖος λόφος]. Ἑρμῆς κατὰ Διὸς κέλευσιν ἀνελὼν Ἄργον τὸν τῆς Ἰοῦς φύλακα, ἤχθη ὑπὸ δίκην, Ἥρας αὐτὸν καὶ τῶν ἄλλων ἀγαγόντων θεῶν εἰς κρίσιν, ὅτι πρῶτος ἐπιβεβλήκει δαιμόνων θνητῶν μιάσματι καὶ τὸν Ἄργον ἀνῃρήκει. Κρίνοντας δὲ τοὺς θεοὺς εὐλαβεῖσθαι μὲν τὸν Δία (διὰ) τὸ ὑπόδικον γεγενῆσθαι τὸν Ἑρμῆν ταῖς αὐτοῦ παραγγελίαις, ἅμα δὲ ἀφωσιωμένους τὸ ἄγος καὶ τῆς ἀνδροφονίας ἀπολύοντας, αἷς εἶχον ὀργαῖς προσβαλεῖν αὐτῷ τὰς ψήφους, καὶ οὕτω ἐπισωρευθῆναι πρὸς τοῖς ποσὶ τοῦ Ἑρμοῦ ψήφων πλῆθος. Ὅθεν καὶ τοὺς ἀνθρώπους ἄχρι τοῦ νῦν εἰς τιμὴν Ἑρμοῦ κατὰ τὰς ὁδούς, διὰ τὸ τὸν θεὸν εἶναι τοῦτον καθηγεμόνα καὶ ἐπίτροπον τῶν ἐκδημούντων (sic Barn. et Buttm. ; vgo καὶ τρόπον τῶν ἐκδικούντων), σωροὺς ποιεῖν λίθων καὶ διάγοντας προσβάλλειν λίθους, καὶ τούτους καλεῖν Ἑρμαίους λόφους· ἔστι δὲ λόφος πᾶν τὸ εἰς ὕψος μετέωρον. Ἡ ἱστορία παρ' Ἀντικλείδῃ.

Cf. Xanthi fr. 9. Hæc ex Exegetico deprompta haud dubium. Idem valet de fragm. sequente.

19.

Schol. Hom. Il. η', 44 : Μυθεύεται τῶν ἐξ Ἑκάβης γεγονότων Πριάμῳ παίδων Ἕλενον καὶ Κασσάνδραν διδύμους γεγενῆσθαι. Τῶν δὲ γενεθλίων αὐτοῖς συντελουμένων ἐν τῷ τοῦ Θυμβραίου Ἀπόλλωνος ἱερῷ λέγεται τὸν Ἕλενον καὶ τὴν Κασσάνδραν ἐν τῷ ναῷ παίζοντας κατακοιμηθῆναι, ὑπὸ δὲ μέθης ἐκείνων ἐκλαθομένων περὶ τῶν παίδων οἴκαδε χωρισθῆναι· τῇ δὲ ὑστεραίᾳ ἐλθόντας εἰς τὸ ἱερὸν θεάσασθαι τοὺς παῖδας ταῖς τῶν ὄφεων γλώτταις τοὺς πόρους τῶν αἰσθητηρίων καθαιρομένους. Ὡς οὖν διὰ τὸ παράδοξον αἱ γυναῖκες ἀνέκραγον, συνέβη ἀπαλλαγῆναι τοὺς ὄφεις καὶ καταδῦναι ἐν ταῖς παρακειμέναις δάφναις, τοὺς δὲ παῖδας ἀμφοτέρους τῆς μαντικῆς οὕτω μεταλαβεῖν. Ἡ ἱστορία παρὰ Ἀντικλείδῃ.

20.

Hesychius : Ἀλευροδοῦντες, πέμματος γένος παρ' Ἀντικλείδῃ. « Ubi fortasse ἀλευροῦντες legendum, ut σησαμοῦντες. Glossa ipsa ex Anticlidis Exegetico vel alio rei sacrificalis commentario sumpta videtur, ut pleraque liborum et placentarum vocabula a grammaticis relata. » LOBECK. Aglaoph. p. 1060.

FRAGMENTA SEDIS INCERTIORIS.

21.

Strabo V, p. 211 : Ἀντικλείδης δὲ πρώτους φησὶν αὐτοὺς (τοὺς Πελασγούς) τὰ περὶ Λῆμνον καὶ Ἴμβρον κτίσαι· καὶ δὴ τούτων τινὰς καὶ μετὰ Τυρρηνοῦ τοῦ Ἄτυος εἰς Ἰταλίαν συνᾶραι.

16.

Qui sua παλάμῃ sive manu aliquem interfecit, παλαμναῖος dicebatur, ut Anticlides in Exegetico subindicat.

17.

Προκώνια (sc. ἄλφιτα), farina ex tritico et hordeo, ut videtur, parata. Id enim Anticlides in Exegeticis significat.

18.

Mercurium quum Jovis jussu Argum occidisset Ius custodem, in judicium vocatum aiunt a Junone reliquisque diis propterea, quod Argum interficiens primus se dæmonis mortalis cæde polluisset. Verum judicantes deos Jovem esse reveritos, quippe cujus jussa perficiens Mercurius reus factus sit. Simul igitur detestantes piaculum et tamen cædis crimine deum absolventes, qua fuerint ira calculos in eum conjecisse, atque sic ad pedes Mercurii multitudinem calculorum esse acervatam. Unde mortales etiamnunc in honorem Mercurii ad vias (nam dux et patronus viatorum Mercurius est) cumulos facere lapidum, et trajicientes adjicere lapides. Eosque vocari ἑρμαίους λόφους, cumulos Mercurii; nam λόφος omne est quod in altum se attollit. Historia legitur apud Anticlidem.

19.

Inter liberos, quos Priamo Hecuba peperit, geminos fuisse narrant Helenum et Cassandram. Quorum quum natalitia celebrarentur in templo Apollinis Thymbræi, Helenum dicunt et Cassandram inter ludum obdormiisse, illos vero propter ebrietatem rem non animadvertentes absque liberis domum rediisse. Postero autem die in templum reversos conspexisse serpentes, qui linguis suis meatus sensuum liberis expurgaverint. Quo miraculo exterritæ mulieres quum clamorem ediderint, serpentes aufugientes in lauros adjacentes se abscondidisse, liberos vero inde vaticinandi facultate præditos esse. Historiam narrat Anticlides.

20.

Ἀλευροδοῦντες, placentæ genus, cujus meminit Anticlides.

FRAGMENTA SEDIS INCERTIORIS.

21.

Anticlides ait primos Pelasgos Lemno et Imbro vicina colonis frequentasse, quosdamque eorum cum Tyrrheno Atyis filio in Italiam navigasse.

Cf. not. ad fr. 7. Müller *Min.* p. 438. Hæc probabiliter e Nostis petita.

22.

Plutarch. De Is. et Os. c. 37 : Ἑῷ καὶ Ἀντικλείδην, λέγοντα τὴν Ἶσιν Προμηθέως οὖσαν θυγατέρα Διονύσῳ συνοικεῖν. Hæc ad Exegetica retulerim.

23.

Harpocratio : Καλαυρία... νῆσός ἐστι πλησίον Τροιζῆνος... Ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Εἰρήνη ἡ Καλαυρία, καθά φησιν Ἀντικλείδης.

24.

Plinius H. N. IV, 21 : *Rhene, quam Anticlides Celadussam vocat, item Artemin Hellanicus.* Hæc probabiliter vindicanda Deliacis. Laudatur Anticlides etiam in Indice auct. ad Plin. H. N. lib XII et XIII.

NICANOR. ARISTUS. SALAMINIUS ET ASCLEPIADES.

NICANOR.

ΤΑ ΚΑΤ' ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΝ.

Schol. Platon. p. 315 Bekk. : Σίβυλλαι μὲν γεγόνασι δέκα, ὧν πρώτη ὄνομα Σαμβήθη· Χαλδαίαν δέ φασιν οἱ παλαιοὶ λόγοι, οἱ δὲ μᾶλλον Ἑβραίαν... Καὶ τὰ κατὰ τὸν Ἀλέξανδρον τὸν Μακεδόνα προειπεῖν (αὐτήν φασιν)· ἧς καὶ μνήμην Νικάνωρ ὁ τὸν Ἀλεξάνδρου βίον ἀναγράψας πεποίηκε.

Eadem fere Suidas v. Σίβυλλα et Cramer. in Anecdot. Parisin. I, p. 332, 23 : Πρώτη (Σίβυλλα) ἡ καὶ Χαλδαία, ἡ καὶ Περσὶς, ἡ καὶ πρός τινων Ἑβραία ὀνομαζομένη... ἡ περὶ τῶν κατὰ Ἀλέξανδρον τὸν Μακεδόνα λεγομένων προειρηκυῖα, ἧς μνημονεύει Νικάνωρ ὁ τὸν Ἀλεξάνδρου βίον ἱστορήσας.

Lactantius De fals. rel. I, 6 : *Primam* (Varro Sibyllam ait) *fuisse de Persis, cujus mentionem fecerit Nicanor, qui res gestas Alexandri Macedonis scripsit.*

Qui fuerit hic Nicanor a Varrone laudatus difficile dictu. Frequens id nomen apud Macedones fuit. Nicanorem Balacri patrem qui Alexandrum comitatus est, memorant Arrianus II, 12, 3 et Diodorus XVIII, 22, 1. Filium Balacri Nicanorem afferunt Harpocratio, Photius et Suidas v. Νικάνωρ. Nicanoris, Hephæstionis filii, sæpius meminerunt scriptores rerum Alexandri. Nicanorem Stagiritam Alexandri comitem habes ap. Diodorum XVIII, 39, 6. Idem memorat Nicanorem fratrem Cassandri, alium ducem Cassandri, alium Ptolemæi I ducem, etc. In tanta Nicanorum copia non erat sane cur ad Seleucum *Nicatorem* fortasse opus de Alexandro referendum esse suspicaretur Vossius (p. 474). Neque felicior est altera ejusdem conjectura. « Fortasse, ait, est *Leander Nicanor*, Alexandrinus grammaticus, quem de Alexandria commentatum dicebamus lib. II, 12. Potuit enim idem et de urbe agere et de conditore. » At qui de Alexandria scripsit Nicanor est Hermiæ filius (*). Hic vero sub Hadriano floruit æqualis Hermippi Berytii (**), neque potuit a Var-

(*) Steph. Byz. v. Ἀλεξάνδρεια. Νικάνωρ δὲ ὁ Ἑρμείου ἐν τῇ Περὶ Ἀλεξανδρείας πρώτῃ ταῦτα πάντα κύροῖ καὶ τὸ Ἀλεξανδρῖνος καὶ τὸ Ἀλεξανδρίτης, οὐ μέντοι τὸ Ἀλεξανδρεώτης.

(**) Suidas : Νικάνωρ, ὁ Ἑρμείου, Ἀλεξανδρεύς, γραμματικός, γεγονὼς ἐπὶ Ἀδριανοῦ τοῦ Καίσαρος, ὅτε καὶ Ἕρμιππος ὁ Βηρύτιος. Stephan. Byz. v. Ἄθλιβις, πόλις Αἰγύπτου· ὁ πολίτης Ἀθλιβίτης. Νικάνωρ δ' ὁ Ἑρμείου, ἐν ἧ πρὸς Ἀδριανὸν γράφων διὰ τοῦ ρ φησὶν Ἄθριβις. Laudat eum Stephan.

22.

Mitto Anticlidem, qui dicit Isidem, Promethei filiam, nupsisse Dionyso.

23.

Calauria, prope Trœzenem insula, prius Irene vocata est, ut Anticlides tradit.

Sibyllæ fuerunt decem, quarum primæ nomen erat Sambethæ. Chaldæam perhibent veteres historiæ; alii vero Hebræam potius fuisse dicunt. Inter alia etiam de Alexandro Macedone vaticinia edidisse fertur. Meminit ejus Nicanor, qui Vitam Alexandri scripsit.

rone citari. Quod denique auctorem Vossius dicit *Leandrum Nicanorem*, secutus est Stephanum Byz. v. Ὕδη, ubi sic : Λέανδρος δ' ὁ Νικάνωρ παρατίθησιν ἐν Μετονομασίαις (*), τὴν αὐτὴν Ὕδην καὶ Σάρδεις φησίν. Verum monstrosum istud nomen tollendum scribendo· Λέανδρος δὲ, ὃν Νικ. κτλ. Leandrum intellige *Milesium*, de quo v. Vossius p. 461. Nicanor vero Μετονομασίων auctor quum *Cyrenæus* dicatur ap. Athenæum VII, p. 296, D, minime liquet hunc esse eundem cum Hermiæ filio, Alexandrino. Immo si Hermias ille idem est cum Hermia, cujus Ægyptiaca laudat Plutarchus De Is. et Osir. c. 37 et 42, multo verisimilius est filium ejus Nicanorem in Ægypto natum esse. Quæ quum ita sint, fieri possit ut Cyrenæus ille De Alexandro opus scripsisse putetur. At præferendus fortasse est homo Macedo, *Nicander Miezensis sive Miezæus*, quem invenio ap. Stephan. Byz. : Μίεζα, πόλις Μακεδονίας, ἢ Στρυμόνιον ἐκαλεῖτο... τὸ ἐθνικὸν Μιεζεὺς καὶ Μιεζαῖος· οὕτω γὰρ χρηματίζει Νικάνωρ, καθὰ Λούσιος (sic edd.; καθαλούμιος codd.). Pro Λούσιος scribo Λούκιος, intelligoque Lucium Tarrhæum, cujus meminit Stephan. v. Τάρρα, quemque v. Κάλαρνα et Θεσσαλονίκη rectius nuncupat Λούκιλλον. Scripsit ille Lucillus præter Proverbia (quæ Hadriani temporibus Zenobius in compendium redegit) etiam historiam Thessalonices urbis, et Didymo paullo antiquior fuisse videtur (v. Schneidewin. in Parœmiogr. præfat. p. XII). — Præterea laudatur etiam *Nicanor Samius* Περὶ ποταμῶν ap. Plut. De fluv. c. 17, 2. Porro *Nicanor Cyprius* memoratur ap. Arnob. IV, 29 : *Possemus... omnes istos, nobis quos inducitis atque appellatis deos, homines fuisse demonstrare, vel Agrigentino Euhemero replicato... vel Nicanore Cyprio vel Pellæo Leone vel Cyrenensi Theodoro*, etc. (Eadem fere Clemens Protr. p. 7, 12.) At pro *Nicanore* alii exhibent *Nicagora*; idque præferendum puto, quum nomina in αγόρας desinentia apud Cyprios frequentissima sint, atque de Cypri loco Nicagoras laudetur apud Antigonum in Hist. Mir. 173 (157 Westerm.).

v. Τίβυρις, et fortasse aliis locis, ubi simpliciter citatur Νικάνωρ. Ceterum cf. Bernhardy ad Suid. l. l. Matter. *Essai s. l'école d'Alex.* I, p. 253.

(*) Μετονομασίας Nicanoris præter Athenæum l. l. et Steph. Byz. v. Ὕδη expresse laudant Harpocrat. v. Ἄκη et Steph. B. v. Πάρος. Ad idem opus referenda sunt quæ ex Nicanore habet Steph. v. Διοσκουριάς (olim Αἶα); Ὀλυμπία (olim Πῖσα et Ἀρπίνα); Παρρασία (olim Παρμασία). Schol. Apoll. Rh. : Ægyptii omnium antiquissimi sunt; apud eos prima urbs condita Thebæ : καὶ Νικάνωρ δὲ τούτοις συμφωνεῖ καὶ Ἀρχέμαχος ἐν τοῖς Μετωνυμίαις. Hæc ex Metonomasiis petita suadet vicinia Archemachi. Lobeck. in Aglaoph. putat esse hunc Nicanorem Cyprium, quem laudat Arnob. IV, 29. Quod si verum est, ap. schol. scribendum puto Νικαγόρας (v. supra), præsertim quum ipse schol. Apoll. ad II, 269 habeat hæc : Νικαγόρας φησὶν ἀπὸ τῶν ἀντοίκων αὐτὸν (τὸν Νεῖλον) ῥεῖν. — Sequentia num ex Μετονομασίαις an ex Samii περὶ ποταμῶν opere, an ex Nicanoris Hermiæ f. scriptis fluxerint, dubitari potest : St. B. Τάναϊς. Τινὲς δὲ καὶ τὸν ποταμὸν Ἀκεσίνην εἶναι καὶ Ἰαξάρτην, ἡλληνίσθαι δὲ τὰ πολλὰ τῶν βαρβάρων ὀνομάτων, ὥς N. φησὶ (De his etiam Alexandri rerum scriptores agere solebant). Id. : Ἱμέρα.. ἔστι καὶ ποταμὸς Ἱμέρας, ὥς N. — Idem : Ἀλάβαστρα, π. Φρυγίας· ἐν ταύτῃ λίθος διάσημος. Ex hoc loco Westermannus ad Voss. p. 474 colligi vult Nicanorem Samium etiam De lapidibus scripsisse. — Νικάνωρ (Μετονομασιῶν auctor) forte reponendus ap. Eustath. ad Dionys. 178, pro Νικίας. V. Bernhardy p. 872.

ARISTUS SALAMINIUS.

Aristus Salaminius ex Cypro insula (Strabo XIV, p. 682 : Σάλαμις, ὅθεν ἦν Ἄριστος ὁ συγγραφεύς), qui res Alexandri (fr. 3), et fortasse etiam alia (fr. 5) scripsit, Aristobulo et Onesicrito πολὺ νεώτερος fuit, teste Strabone (fr. 1). Idque vel ex iis colligas, quæ fragm. 3 leguntur de Alexandro futuram Romanorum potentiam vaticinato. Accuratius ætatem scriptoris definire non ausim. Polemone paullo antiquior fuerit, si recte se habent quæ notavi ad fragm. 4. Vossius Aristum nostrum eundem esse suspicatur cum Aristo Academico, quem Cicero (Brut. 97) hospitem suum et familiarem dicit.

Aristo Arrianus (fr. 3) jungit Asclepiadem, qui num fuerit Myrleanus ille grammaticus, Pompeii æqualis, an Cyprius, quem de patria et de Phœnice scripsisse scimus, an alius, sciri nequit.

ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΙΣΤΟΡΙΑ.

1.

Strabo XV, p. 730, postquam de Cyri sepulcro Aristobuli (fr. 37) et Onesicriti (fr. 31) testimonia apposuit, pergit ita : Ἄριστος δ' ὁ Σαλαμίνιος πολὺ μὲν ἔστι νεώτερος τούτων· λέγει δὲ δίστεγον τὸν πύργον καὶ μέγαν, ἐν δὲ τῇ Περσῶν διαδοχῇ ἱδρύσθαι, φυλάττεσθαι δὲ τὸν τάφον· ἐπίγραμμα δὲ τὸ λεχθὲν Ἑλληνικὸν, καὶ ἄλλο Περσικὸν πρὸς τὸν αὐτὸν νοῦν.

1.

Aristus Salaminius, qui Aristobulo et Onesicrito multo junior est, sepulcrum Cyri refert magnam turrim fuisse duorum tabulatorum, quam sequentes Persarum reges exstruxerint; monimento custodiam appositam esse; porro inscriptionem habere eam quam diximus Græcam, atque aliam Persicam, quæ eandem sententiam exprimat.

2.

Clemens Alexandr. Protr. IV, p. 16, 27, postquam de regibus dixit qui deorum nomina assumpserint, ut Mithridates Dionysus, *Alexander Ammonis filius*, addit : Τί με δεῖ καταλέγειν Ἀλέξαρχον; γραμματικὸς οὗτος τὴν ἐπιστήμην γεγονὼς, ὡς ἱστορεῖ Ἄριστος ὁ Σαλαμίνιος, αὑτὸν κατεσχημάτιζεν εἰς Ἥλιον.

Alexarchi epistolam citat Aristo ὁ τὴν Ἀθηναίων ἀποικίαν γεγραφὼς ap. Plutarch. De Is. et Osir. c. 37. Num forte ille Aristo noster est Aristus? Alexarchus quidam historicus, Ἰταλικῶν auctor, memoratur ap. Servium ad Virgil. Æn. III, 334 et Plutarch. Par. min. c. 7.

3.

Arrianus VII, 15, 5 : Ἄριστος δὲ καὶ Ἀσκληπιάδης τῶν τὰ Ἀλεξάνδρου ἀναγραψάντων καὶ Ῥωμαίους λέγουσι ὅτι ἐπρέσβευσαν. Καὶ ἐντυχόντα ταῖς πρεσβείαις Ἀλέξανδρον ὑπὲρ Ῥωμαίων τι τῆς ἐσομένης ἐς τὸ ἔπειτα δυνάμεως μαντεύσασθαι, τόν τε κόσμον τῶν ἀνδρῶν ἰδόντα καὶ τὸ φιλόπονόν τε καὶ ἐλευθέριον, καὶ περὶ τοῦ πολιτεύματος ἅμα διαπυνθανόμενον. Cf. not. ad Clitarchi fr. 23. Auctoribus ibi nominatis haud dubie addendus est Timagenes historicus, quem Clitarchi sectatorem fuisse novimus (cf. Clitarchi fr. 11). Contra hunc enim disputare putandus est Livius IX, 16 sqq., ubi inter alia dicit : *quem* (Alexandrum) *ne fama quidem illis* (Romanis) *notum arbitror fuisse*. Vide introductio ad fragm. Theagenis.

4.

Athenæus X, p. 436, E : Ἔπινε δὲ πλεῖστον καὶ Ἀλκέτας ὁ Μακεδὼν, ὥς φησιν Ἄριστος ὁ Σαλαμίνιος, καὶ Διότιμος ὁ Ἀθηναῖος. Οὗτος δὲ καὶ Χώνη ἐπεκαλεῖτο· ἐντιθέμενος γὰρ τῷ στόματι χώνην, ἀπαύστως ἔπινεν, ἐπιχεομένου οἴνου· ὅθεν καὶ Χώνη ἐπεκλήθη, ὥς φησι Πολέμων (fr. 79 Preller.). Quæ antecedunt apud Athenæum de Arcadione et Erasixeno strenuis potatoribus item ex Polemone petita sunt. Unde conjicio Aristi testimonium fluxisse ex eodem Polemone, ut qui antiquiorum et æqualium scriptorum locos cumulare ubique consueverit. — Χώνη] Similiter Philonides Tarentinus (de quo v. Dionys. Hal. Exc. Vat. p. 504 Mai.) dictus est Κοτύλη, monente Prellero ad Polemon l. l.

5.

Zenobii Prov. VI, 50 : Ὥσπερ Χαλκιδικὴ τέτοκεν ἡμῖν ἡ γυνή : Ταύτης Πολύζηλος μέμνηται ἐν Μουσῶν γοναῖς, ἐπί τινος πολλὰς θυγατέρας ἀπογεννώσης· ἐπειδὴ Χαλκίδα τῆς Εὐβοίας πόλιν φασὶ ποτὲ ἀνθῆσαι

δόρασί τε καὶ πλήθει τετρώρων ἁρμάτων.

Οἱ δὲ φασὶν οὐ τὴν πόλιν, ἀλλὰ ἡρωΐδα Χαλκίδα εἰρῆσθαι. Κόμβην γὰρ φασὶ, τὴν ἐπικληθεῖσαν Χαλκίδα, ἐπειδὴ ὅπλα χαλκᾶ ἐποιήσατο, πρώτην συνοικήσασαν ἀνδρὶ ἑκατὸν παίδων γενέσθαι μητέρα, ὡς ἱστοροῦσιν οἱ τὰ Εὐβοϊκὰ συγγράψαντες καὶ Ἄριστος ὁ Σαλαμίνιος.

De Combe, Curetum matre, v. Hesych. s. v.; Welcker. *Trilog*. p. 197, n. 317; Lobeck. Aglaopham. p. 209, 1134. Ceterum ex quonam Aristonis scripto hæc petita sint, non discerno. Certe ab Alexandri historia aliena esse videntur.

2.

Quid opus est (commemorare) Alexarchum, qui arte grammaticus Solem se ipse nominavit, uti tradit Aristus?

3.

Aristus et Asclepiades, qui Alexandri historiam scripserunt, Romanos quoque legatos misisse dicunt, et Alexandrum audita eorum legatione de futura Romanorum potentia aliquid auguratum esse, quum et cultum horum virorum et diligentiam et generositatem admiratus esset, atque reipublicæ administrandæ rationem comperisset.

4.

Plurimum bibebant etiam Alcetas Macedo, ut Aristus Salaminius tradit, et Diotimus Atheniensis, qui etiam Infundibulum dictus est propterea, quod infundibulo in ore posito vinum infusum absque intervallo bibebat.

5.

Quemadmodum Chalcidica hæc nobis mulier peperit. Hujus proverbii Polyzelus in Musarum Natalibus meminit; scilicet Chalcidem Eubœæ urbem olim floruisse aiunt

hastis et multitudine curruum quadrijugorum.

Alii contra non urbem, sed heroinam Chalcidem intelligendam esse dicunt. Nam Comben, quæ quum arma ærea (χαλκᾶ) fabricaret, Chalcis cognominata esset, primam ex marito suo evasisse centum matrem liberorum, uti narrant qui de rebus Euboicis scripserunt atque Aristus Salaminius.

DOROTHEUS. NICOBULE. ANTIGENES.

DOROTHEUS.

ΤΑ ΠΕΡΙ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΝ.

E LIBRO SEXTO.

1.

Athenæus VII, p. 276, F : Φιλόμηλοι δ' ἦσαν Φίλιππός τε ὁ Μακεδὼν, καὶ ὁ υἱὸς αὐτοῦ Ἀλέξανδρος, ὡς Δωρόθεός φησιν ἐν τῇ ἕκτῃ τῶν Περὶ Ἀλέξανδρον ἱστοριῶν. Sequitur fragm. 4 Charetis.

Qui fuerit hic Dorotheus, haud liquet. Santo-Crucio (*Exam. crit. d. hist. d'Alex.* p. 63) dicitur : *Dorothée d'Ascalon*, mira confidentia (*). — Idem Dorotheus aut (quod malim) alius ejusdem nominis scriptor composuit *Sicula* et *Italica*. Nam utraque ab eodem auctore profecta esse, tum ex ipsis argumentis probabile fit, tum inde colligas, quod qui fragmenta eorum nobis servarunt, ex iisdem fontibus haurire solent. Ceterum Dorotheus Italicorum auctor Diodoro antiquior esse non potuit (v. fr. 3), probabiliter vero multo fuit junior. Cf. not. ad fragm. 5.

(*) De *Dorotheo Ascalonita* grammatico vid. Stephanus Byz. v. Ἀσκάλων; Athenæus VII, p. 329 D : Δ. ἐν ρ̣γ' Περὶ λέξεων συναγωγῆς (coll. Eustath. ad Il. 23, 230, p. 1297). Eosdem libros signare videtur Schol. Hom. Il. 10, 252, ubi : Δ. περὶ τῆς Ἀττικῆς λέξεως (Cf. Villoison. prolegg. p. 30); Photius Bibl. cod. 156 : Δ. περὶ τῶν ξένως λεγομένων λέξεων; Schol. Ven. Gl. 9, 90 : ὅλου βίου (βιβλίου correx. Coray ad Hippocrat. Περὶ ἀέρων p. 305) ἐδεήθη Δωροθέῳ τῷ Ἀσκαλωνίτῃ εἰς ἐξήγησιν τοῦ παρ' Ὁμήρου κλισίου (cf. Wolf. Prolegg. p. 193); Athenæus XIV, p. 662, F : Δωροθέῳ τῷ Ἀσκαλ. σύγγραμμα (ἐκδέδοται) ἐπιγραφόμενον Περὶ Ἀντιφάνους καὶ περὶ τῆς παρὰ τοῖς νεωτέροις κωμικοῖς ματτύης (cf. Fuhr. Dicæarch. p. 63, not. 39); Idem XIV, p. 658, E. Eundem grammaticum intellige ap. Athenæum IX, p. 409, F (cf. Müller. *Dor.* II, p. 246; *Eumenid.* p. 163, 20); XI, p. 481, D, ubi de poculorum generibus sermo est. Idem p. 497, C, de ῥυτῶν forma laudat Δωρόθεον τὸν Σιδώνιον, qui fortasse ab Ascalonita non diversus fuit. Adde Etym. M. p. 87, 49, ubi ex Dorotheo explicatur vox ἀμφιγνοῖεν. — *Dorotheus Atheniensis*, qui laudatur in indice auctt. ad Plinii H. N. lib: XII et XIII, idem fuerit cum *medico*, cujus mentio fit lib. XXII, 45, cujusque Ὑπομνήματα citat Phlegon in Hist. Mir. c. 26, p. 140 Westerm. — *Dorotheum quendam rhetorem* introducit Plutarch. in Moral. p. 807 ed. Didot. — Reliquos Dorotheos, quorum permagnus est numerus, recenset Fabricius in Bibl. Gr.

ΣΙΚΕΛΙΚΑ.

E LIBRO PRIMO.

2.

Stobæus Floril. 49, 49 : Δωροθέου ἐν α' Σικελικῶν.

Φάλαρις Ἀκραγαντίνων τύραννος, ἀπότομος καὶ ἀπαθὴς ὑπάρχων, ξέναις καὶ παρευρημέναις βασάνοις ἔτρυχε καὶ ἐστρέβλου τοὺς ὁμοφύλους. Πέριλλος δὲ τῇ τέχνῃ χαλκοῦργος κατασκευάσας δάμαλιν, ἔδωκε τῷ βασιλεῖ δῶρον, ἵνα τοὺς ξένους εἰς αὐτὴν βάλλων κατακαίῃ ζῶντας· μυκηθμὸν δ' ἡ δάμαλις ἀνεδίδου τῷ φυσικῷ παρόμοιον. Φάλαρις δὲ τότε μόνον γενόμενος δίκαιος, αὐτὸν τὸν τεχνίτην πρῶτον ἐνέβαλεν. Eadem Apostolius Prov. XX, 13.

Cf. Plutarchus Paral. c. 39 : Φάλαρις, Ἀκραγαντίνων τύραννος, ἀποτόμως τοὺς παριόντας ξένους ἐστρέβλου καὶ ἐκόλαζε. Πέριλλος δὲ τῇ τέχνῃ χαλκοῦργος, δάμαλιν κατασκευάσας χαλκῆν, ἔδωκε τῷ βασιλεῖ, ὡς ἂν τοὺς ξένους κατακαίῃ ζῶντας ἐν αὐτῇ· ὁ δὲ μόνον τότε γενόμενος δίκαιος, αὐτὸν ἐνέβαλεν. Ἐδόκει δὲ μυκηθμὸν ἀναδιδόναι ἡ δάμαλις· ὡς ἐν δευτέρῳ Αἰτίων.

« Utriusque congruentiam fragmenti probe sentis nec minus e priore posterius videri opera tumultuaria expressum; quæsiveris autem, cur, celato Dorothei nomine, ἐν β' Αἰτίων hæc haberi dicantur. Fabricio Plutarchi Αἴτια βαρβαρικὰ hic laudari opinanti assentitur Wernsdorfius (Comment. I ad

---

DE REBUS ALEXANDRI.

E LIBRO SEXTO.

1.

Pomis delectabantur Philippus Macedo ejusque filius Alexander, ut Dorotheus scribit libro sexto Historiarum Alexandri.

SICULA.

E LIBRO PRIMO.

2.

Phalaris Agrigentinorum tyrannus crudelis sævusque novis et inauditis tormentis cives torquebat et excruciabat. Perillus, faber ærarius æream buculam confecit tyrannoque obtulit, ut in ea peregrinos vivos cremaret. Mugitum bucula illa edebat naturali adsimilem. Phalaris tunc tantum justus ipsum fabrum primum injecit.

Plut. Qu. Gr. p. 2); Lennepius (Ad Phalarid. Epp. p. 24 Gron.) in Plutarchi loco vitium inesse suspicatus, Dorotheum restitui in integrum cupit; Ruhnkenius (ad Fragm. Callim. p. 487 Ern.) Callimachi Αἴτια significari putat, cui judicio Burmannus cum Wyttenbachio accedunt. Ego hoc Anonymi fragmentum e Dorotheo factum arbitror : is autem, qui hæc Parallela concinnavit, quum Callimachus in re tradita Dorotheo consentiret, transcripsit quidem in farraginem suam locum Dorothei pedestri oratione conceptum, verum testem citavit non ignobiliorem Dorotheum, sed edoctum poetam Callimachum, captansne elegantioris doctrinæ laudem an memoriola vacillans non interpretor. » Ebert. in Σικελ. p. 88. Ipse fortasse Dorotheus Αἴτια Callimachi aut Philostephani laudaverat.

ΙΤΑΛΙΚΑ.

E LIBRO QUARTO.

3.

Plutarchus Par. min. c. 20. : Μάριος πρὸς Κίμβρους πόλεμον ἔχων, καὶ ἡττώμενος, ὄναρ εἶδεν, ὅτι νικήσει, ἐὰν τὴν θυγατέρα προθύσῃ· ἦν δ' αὐτῷ Καλπουρνία· προκρίνας δὲ τῆς φύσεως τοὺς πολίτας, ἔδρασε καὶ ἐνίκησε. Καὶ ἔτι καὶ νῦν βωμοί εἰσι δύο ἐν Γερμανίᾳ, οἳ κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ἦχον σαλπίγγων ἀποπέμπουσιν· ὡς Δωρόθεος ἐν τετάρτῳ Ἰταλικῶν.

Eadem brevius Clemens Alex. Protrept. c. 3, p. 12, 40 Sylb.; Euseb. P. E. p. 157.

ΜΕΤΑΜΟΡΦΩΣΕΙΣ

4.

Idem ibid. c. 25 : Φώκου ὄντος ἐκ Ψαμάθης Αἰακῷ, καὶ στεργομένου, Τελαμὼν ἦγεν ἐπὶ θήραν· καὶ συὸς ἐπιφανέντος κατὰ τοῦ μισουμένου ἐπαφῆκε τὸ δόρυ, καὶ ἐφόνευσεν. Ὁ δὲ πατὴρ ἐφυγάδευσεν· ὡς Δωρόθεος ἐν πρώτῳ Μεταμορφώσεων. [Hic legendum Θεόδωρος. *Dübner.*]

ΠΑΝΔΕΚΤΑΙ.

E LIBRO PRIMO.

5.

Clem. Alex. Strom. I, 21, p. 144, 24 Sylb. : Φασὶ δὲ τὴν Μόψου καλουμένην μαντικὴν συντάξαι τὸν Κυρηναῖον Βάττον, Δωρόθεός τε ἐν τῷ πρώτῳ Πανδέκτῃ, ἁλκυόνος καὶ κορώνης ἐπακοῦσαι τὸν Μόψον ἱστορεῖ.

Metamorphoseôn et Pandectôn libros refero ad auctorem Italicôn. Et quum Plutarchus in Parallelis eosdem fere auctores citat, quorum in libro De fluviis mentionem injicit, nescio, an Dorotheus noster idem sit cum D. Chaldæo, qui scripsit De lapidibus. Certe Italica si ab Asiatico homine scripta putes, fabulam fr. 3 narràtam minus miraberis.

Dorotheus Chaldæus.

ΠΕΡΙ ΛΙΘΩΝ.

E LIBRO SECUNDO.

6.

Plutarch. De fluv. 23, 3 : Καὶ λίθος δὲ γεννᾶται, Σικυώνος καλούμενος, μελάγχρους. Οὗτος ὅταν τις χρησμὸς ἀνθρωποκτόνος ἐμπέσῃ, τοῖς βωμοῖς τῶν ἀποτροπαίων θεῶν ὑπὸ δυοῖν ἐπιτίθεται παρθένων. Τοῦ δὲ ἱερέως αὐτοῦ τῇ μαχαίρᾳ θιγόντος, αἵματος ἔκλυσις γίνεται δαψιλής. Καὶ τούτῳ τῷ χρόνῳ τὴν δεισιδαιμονίαν τελέσαντες μετ' ὀλολυγμῶν ἀναχωροῦσι, τὸν λίθον πρὸς τὸν ναὸν προσενέγκαντες· καθὼς ἱστορεῖ Δωρόθεος ὁ Χαλδαῖος ἐν β' περὶ Λίθων. Lapis ille in Araxe fluvio reperitur.

ITALICA.

E LIBRO QUARTO.

3.

Victus bello Cimbrico Marius, somnio monitus est victorem se fore, si filiam suam Calpurniam immolaret. Fecit hoc ille, civium saluti naturæ vinculo posthabito, ac vicit. Atque etiamnum duæ sunt in Germania aræ, quæ sub id tempus sonum tubarum edunt. Dorotheus quarto Italicorum.

METAMORPHOSES.

4.

Phocum Æaci e Psamathe filium, dilectumque patri Telamon eduxit venatum; aproque oblato hastam in fratrem quem oderat contorsit, eumque interfecit. Pater exilio multavit Telamonem. Scribit hoc Dorotheus primo Transformationum libro.

PANDECTÆ.

5.

Aiunt Battum Cyrenæum composuisse eam quæ Mopsi dicitur divinationem. Et Dorotheus in primo Pandectarum refert Mopsum audiisse Alcyonem et Coronen.

NICOBULE

[ΤΑ ΚΑΤ' ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΝ.]

1.

Athen. X, p. 434, C : Νικοβούλη δὲ, ἢ ὁ ἀναθεὶς ταύτῃ τὰ συγγράμματα, φησὶν ὅτι παρὰ Μηδείῳ τῷ Θεσσαλῷ δειπνῶν ὁ Ἀλέξανδρος, εἴκοσιν οὖσιν ἐν τῷ συμποσίῳ, πᾶσι προὔπιε, παρὰ πάντων τὰ ἴσα λαμβάνων, καὶ ἀναστὰς τοῦ συμποσίου μετ' οὐ πολὺ ἀνεπαύετο.

Quæ fuerit Nicobule vel is qui hujus nomine librum de historia Alexandri, vel certe opus in quo sæpius de Alexandro sermo erat, edidit, dicere ego nihil habeo.

2.

Idem, p. 537, D : Νικοβούλη δέ φησιν, ὅτι παρὰ τὸ δεῖπνον πάντες οἱ ἀγωνισταὶ ἐσπούδαζον τέρπειν τὸν βασιλέα, καὶ ὅτι ἐν τῷ τελευταίῳ δείπνῳ αὐτὸς ὁ Ἀλέξανδρος, ἐπεισόδιόν τι μνημονεύσας ἐκ τῆς Εὐριπίδου Ἀνδρομέδας, ἠγωνίσατο, καὶ τὸν ἄκρατον προθύμως προπίνων, καὶ τοὺς ἄλλους ἠνάγκαζεν.

ANTIGENES.

1.

Plutarchus Alex. 46 : Ἐνταῦθα δὲ πρὸς αὐτὸν (Ἀλέξανδρον) ἀφικέσθαι τὴν Ἀμαζόνα οἱ πολλοὶ λέγουσιν, ὧν καὶ Κλείταρχός ἐστι καὶ Πολύκριτος καὶ Ὀνησίκριτος καὶ Ἀντιγένης καὶ Ἴστρος.

2.

Herodianus Π. μον. λέξ. p. 41, 26 ed. Ddf. : Ζύσκος, ποταμὸς Μακεδονίας, ὡς Ἀντιγένης. De Zysco fluvio aliunde vix constat. Suspicor scribendum esse Φύσκος. Certe urbem hujus nominis in Macedonia fuisse constat. Steph. Byz. : Φύσκος... Ἔστι καὶ ἄλλη Μακεδονίας, ἧς μέμνηται Θεαγένης (quod nomen fortasse etiam ap. Herodianum reponendum) ἐν Μακεδονικοῖς (Cf. Pinedo ad h. l.). Fluvius ejus nominis in Caria erat.

Plinius ind. auctor. ad lib. V (quo Africam et Asiam describit) inter fontes suos recenset Eudoxum, *Antigenem*, Callicratem, etc.

Incerta res est num historicis an geographis Antigenes annumerandus sit. Antigenem Alexandri comitem argyraspidum ducem probe novimus. Vix tamen erit qui hunc eundem cum auctore nostro esse putaverit.

DE REBUS ALEXANDRI.

1.

Nicobule, aut is qui huic libros illos supposuit, ita scribit : « Apud Medium Thessalum cœnans Alexander, quum viginti una essent convivæ, omnibus propinavit, et ab omnibus vicissim propinationes accepit : deinde e convivio discedens, paullo post quieti se dedit. »

2.

Nicobule ait, inter cœnandum musicos et ludiones omnes oblectare solitos regem : et in novissima cœna ipsum Alexandrum episodium aliquod ex Euripidis Andromeda, quod memoria tenebat, tragœdorum more declamitasse; et merum sedulo propinantem ceteros quoque ad bibendum coegisse.

ANTIGENES.

1.

Ibi Amazonem ad Alexandrum venisse tradunt plurimi, inter eosque Clitarchus, Polycritus, Onesicritus, Antigenes, Ister.

2.

Zyscus, fluvius Macedoniæ, ut Antigenes tradit.

IASON NYSÆENSIS

ET

IASON ARGIVUS.

Suidas : Ἰάσων, Μενεκράτους, Νυσαεὺς ἐκ πατρὸς, ἀπὸ δὲ μητρὸς Ῥόδιος, φιλόσοφος, μαθητὴς καὶ θυγατριδοῦς καὶ διάδοχος τῆς ἐν Ῥόδῳ διατριβῆς Ποσειδωνίου τοῦ φιλοσόφου. Ἔγραψε Βίους ἐνδόξων, καὶ Φιλοσόφων διαδοχὰς, καὶ Βίον Ἑλλάδος ἐν βιβλίοις δʹ κατά τινας. Οὗτος ἔγραψε καὶ Περὶ Ῥόδου.

Ἰάσων Ἀργεῖος, νεώτερος Πλουτάρχου τοῦ Χαιρωνέως, γραμματικός. Ἔγραψε Περὶ τῆς Ἑλλάδος βιβλία δʹ· ἔχει δὲ ἀρχαιολογίαν Ἑλλάδος, καὶ τὰ ἀπὸ τῶν Μηδικῶν τά τε κατ' Ἀλέξανδρον ἕως τελευτῆς αὐτοῦ, καὶ τὰ μέχρι Ἀθηναίων ἁλώσεως τῆς γενομένης ὑπ' Ἀντιπάτρου τοῦ πατρὸς Κασσάνδρου.

Cf. Eudoc. p. 244, ubi verba κατά τινας. Οὗτος omittuntur. Quæ sequuntur post ἐν βιβλίοις δʹ usque ad verba βιβλία δʹ, exciderunt in duobus Suidæ codicibus (B et E ap. Bernhardy.).

Menecrates, pater Iasonis, procul dubio est Aristarchi discipulus, quem inter claros Nysæenses recenset Strabo XIV, p. 650; neque alius esse videtur Menecrates quem ad Pindari carmina laudant schol. Olymp. II, 16 et Nem. III, 104 et schol. ad Sophocl. Trachin. 254 et Eustath. ad Il. II, 2 et 11. Tzetzes ad Lyc. 662 citat Menecratem τὸν περὶ Νικαίας γεγραφότα; sed quæ ibi affert manifesto petita sunt ex schol. Pind. Nem. III, 104, ubi de Nicææ Historia ne verbum quidem. Scilicet obversabatur Tzetzæ locus Plutarchi in Thes. c. 26, ubi memoratur Μενεκράτης τις ἱστορίαν περὶ Νικαίας ἐκδεδωκώς : nam legisse Tzetzem, sed negligentissime, locum hunc Plutarchi patet ex scholiis ejus ad Antehom. p. 238 ed. Jacobs. (v. Herodori fr. 15).

Filius Menecratis, Iason quando vixerit, ex patris et Posidonii temporibus intelligitur. Ex scriptis ejus De vitis clarorum virorum (*), De philosophorum successionibus, et De Rhodo insula nihil tulit ætatem. Quartum opus, quod a nonnullis Nysæensi ascribebatur, Βίος Ἑλλάδος ἐν βιβλ. δʹ, aperte idem est cum libris quattuor, quos Iason Argivus Περὶ Ἑλλάδος composuisse dicitur. Verum auctorem esse Nysæensem Iasonem censet Fuhr. ad Dicæarch. p. 95, 4, qui ut ipsis Suidianis dubitationem eximat, interpungi vult ita : ἐν βιβλίοις δʹ. Κατά τινας οὗτος κτλ. Cujus mutationis causam idoneam desidero. Quum de neutro Iasone aliunde aliquid compertum habeamus, nisi ludere velis, in Suidæ verbis qualia codices præbent acquiescendum est. Hæc vero eo nos ducunt, ut plurimos opus illud de Græcia Iasoni Argivo historico attribuisse censeamus; nec aliud quidpiam præter libros Περὶ Ἑλλάδος, quos eosdem cum Βίῳ Ἑλλάδος esse res clamare videtur, ei attribuitur. — Titulo operis et fortasse etiam rerum tractatione notum scriptum Dicæarchi imitatus est (*). Atque hæc ipsa veterum titulorum, sicuti veteris sermonis, imitatio vel potius affectatio quammaxime cadit in historicos, qui Adriani seculo floruerunt. — Ceterum divisionem operis Sainte-Croix (*Exam. critiq.* etc. p. 58) et Schœll. (*Gesch. d. gr. Lit.* II, p. 425 ed. Berolin.) ex Suidæ verbis ita constituunt, ut liber primus continuerit τὴν ἀρχαιολογίαν Ἑλλάδος, alter τὰ ἀπὸ τῶν Μηδικῶν, tertius τὰ κατ' Ἀλέξανδρον ἕως τελευτῆς αὐτοῦ, quartus τὰ μέχρι Ἀθηναίων ἁλώσεως. Quæ quum per se admodum probabilia sint, refellerentur tamen loco Stephani, si recte ibi secundum codicem Rhedigeranum (quem Westermannus expressit) de Alexandria a Macedone condita laudaretur Ἰάσων ὁ τὸν Βίον τῆς Ἑλλάδος γράψας ἐν δʹ βιβλίῳ. At præferenda haud dubie lectio vulgata : ἐν τέτταρσι βιβλίοις, ita ut commode hæc ad tertium librum referri possint. Idque confirmari etiam videtur loco Athenæi, qui Ἰάσων ἐν τρίτῳ, ait, περὶ τῶν Ἀλεξάνδρου ἱερῶν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ φησὶν κτλ. Hæc enim ex citandi ratione satis frequente de Vitæ libri tertii eo loco, quo de sacrificiis Alexandri Iason locutus est, intelligenda esse videntur. Atque ita Fuhrio quoque videtur (l. l. p. 115, 5). Sainte-Croix l. l. peculiare opus

(*) Bernhardy ad Suidæ verba Βίους ἐνδόξων] « Non addito miror nomine quopiam, idque dubito an defendi possit. Itaque suspicor divulsa fuisse quæ olim cohæserant : βίους καὶ διαδοχὰς ἐνδόξων φιλοσόφων. » Verum Βίους ἐνδόξων, nullo addito nomine, habes etiam v. Θησεύς et Νικαγόρας.

(*) Cf. Varronis opus *Vita populi Romani* inscriptum.

de sacrificiis regis Iasonem scripsisse opinatur, quippe qui ipse sensisse videretur, narrationem in Vita Græciæ nimia laborasse brevitate (*).

Præterea semel laudatur Iason ἐν τοῖς Περὶ Κνίδου; quod opus cuinam Iasoni adscribendum sit non liquet. Suspicarer profectum esse ab eodem qui Περὶ Ῥόδου scripsisse dicitur. Denique tertium Iasonem, *Byzantium*, Θρᾳκικῶν auctorem affert Plutarchus De fluviis. Quartum *Cyrenæum* tanquam fontem suum citat auctor libri de Maccabæis. Grammatica quædam ex Iasone produnt Zonaras Lex. I, p. 367; Etym. M. p. 184, 27 (ἄψ... Ἰάσων δὲ λέγει αὐτὸ εἶναι ἄοψ, τὸ μὴ ὀπτόν); Anti-Atticist. p. 19, ubi : ἀθετεῖν φασιν οὐ δεῖ λέγειν, ἀλλ ἀναιρεῖν. ἴασιν (i. e. Ἰάσων) οὖν ὁ γραμματικὸς μέμφεται ἐπὶ τῇ λέξει Ἀρίσταρχον. Hæc ad Iasonem Argivum pertinere colligas ex Suida, qui eum et historicum appellat et grammaticum, quamquam ex divulsis vocibus ἱστορικὸς... γραμματικὸς, turbatum aliquid esse et fortasse aliena misceri nascitur suspicio.

(*) « De quel secours, inquit, pouvait être un abrégé de ce genre, où tout se pressait, et où rien n'était suffisamment développé? Il est probable que l'auteur le sentit, et que pour avoir occasion d'en parler plus en détail, il composa un traité sur les sacrifices d'Alexandre, dont Athénée cite le troisième livre. On voit par les éphémerides du prince Macédonien, qu'il ne passait aucun jour sans sacrifier aux dieux. Croyait-il par là expier le crime d'immoler journellement tant de milliers d'hommes à son ambition et à sa fureur de la renommée? C'était de pareils sacrifices que Jason aurait dû s'occuper : il aurait fallu que son ouvrage en eût offert l'affreux calcul; peut-être aurait-ce été un moyen efficace de le faire passer à la posterité; du moins se serait-il immortalisé lui-même par son ouvrage vraiment philosophique (!).

ΒΙΟΣ ΕΛΛΑΔΟΣ

ἐν βιβλίοις δ'.

1.

Stephan. Byz. : Τῆλος, νῆσος τῶν Κυκλάδων ἀπὸ Τήλου οἰκιστοῦ. Ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Ἀγαθοῦσσα, ὡς Ἰάσων. Hæc e libro primo, uti videtur.

2.

E LIBRO TERTIO.

Stephan. Byz. v. Ἀλεξάνδρεια. Ἰάσων δὲ ὁ τὸν Βίον τῆς Ἑλλάδος γράψας ἐν τέτταρσι βιβλίοις φησί· « Τὸν μὲν οὖν τόπον τῆς πόλεως ὄναρ ἐχρησμοδοτήθη οὕτω·

Νῆσος ἔπειτά τις ἐστὶ πολυκλύστῳ ἐνὶ πόντῳ,
Αἰγύπτου προπάροιθε, Φάρον δέ ἑ κικλήσκουσιν.

Ἐκέλευσε δὲ διαγράφειν τὸ σχῆμα τοὺς ἀρχιτέκτονας· οὐκ ἔχοντες δὲ λευκὴν γῆν, ἀλφίτοις διέγραφον· ὄρνιθες δὲ καταπτάντες τὰ ἄλφιτα αἴφνης διήρπασαν· ταραχθεὶς οὖν Ἀλέξανδρος, οἱ μάντεις θαρρεῖν ἔλεγον· πάντων γὰρ τὴν πόλιν τροφὸν γενήσεσθαι. » Ταῦτα καὶ Ἀρριανός (III, 2). Ἐκλήθη δὲ Ῥακῶτις καὶ Φάρος καὶ Λεοντόπολις διὰ τὸ τὴν τῆς Ὀλυμπιάδος γαστέρα ἐσφραγίσθαι εἰκόνι.

ἐν τέτταρσι βιβλίοις] ἐν δ' βιβλίῳ cod. Rhedig. De re v. Plutarch. Alex. c. 26; Curtius IV, 21; Valer. Max. I, 4; Eustath. ad Dion. p. 37.

3.

Περὶ τῶν Ἀλεξάνδρου ἱερῶν.

Athenæus XIV, p. 620, D : Ἰάσων δ' ἐν τρίτῳ, περὶ τῶν Ἀλεξάνδρου ἱερῶν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ φησὶν ἐν τῷ μεγάλῳ θεάτρῳ ὑποκρίνασθαι Ἡγησίαν τὸν κωμῳδὸν τὰ Ἡροδότου, Ἑρμόφαντον δὲ τὰ Ὁμήρου.

Sin recte hæc ex Vita Græciæ depromta esse suspicati sumus, in ejusdem tituli opere Dicæarchus narraverit, quæ leguntur ap. Athenæum XIII, p. 603, A : Φιλόπαις δ' ἦν ἐκμανῶς καὶ Ἀλέξανδρος ὁ

VITA GRÆCIÆ.

1.

Telos, una ex Cycladibus insulis, nomen habet a Telo conditore ; alio nomine appellabatur Agathussa, uti Iason tradit.

2.

E LIBRO TERTIO.

Iason, qui Vitam Græciæ quattuor libris scripsit, habet hæc : De loco urbis condendæ Alexander per somnium oraculo edoctus est ita :

insula deinceps quædam est undoso in ponto,
ante Ægyptum sita, quam Pharum vocitant.

Iussitque Alexander architectos formam urbis delineare. Hi quum terram albam ad manum non haberent, farina delinearunt. Sed aves devolantes farinam confestim abstulerunt Turbatus inde Alexander; vates bono animo esse jusserunt, omnium enim hanc urbem fore nutricem. Eadem Arrianus quoque. Nominabatur Alexandria etiam Rhacotis et Pharos et Leontopolis. Hoc propterea, quod leonis signo Olympiadis venter obsignatus fuerit.

3.

DE SACRIFICIIS ALEXANDRI.

Iason libro tertio de Alexandri sacrificiis (*templis* voluit Toup.) loquens Alexandriæ ait in magno theatro Hegesiam comœdum Herodoti historias, Hermophantem Homeri carmina recitasse.

βασιλεύς. Δικαίαρχος γοῦν ἐν τῷ περὶ τῆς ἐν Ἰλίῳ θυσίας Βαγώου τοῦ εὐνούχου οὕτως αὐτόν φησιν ἡττᾶσθαι, ὡς ἐν ὄψει θεάτρου ὅλου καταφιλεῖν αὐτὸν ἀνακλάσαντα, καὶ τῶν θεατῶν ἐπιφωνησάντων μετὰ κρότου οὐκ ἀπειθήσας πάλιν ἀνακλάσας ἐφίλησεν. De his Fuhrius ad Dicæarch. p. 114 : « Hunc librum vel partem alius cujusdam libri ita inscriptam de solemni Alexandri ad Trojam sacrificio exposuisse (cum Fabricio) conjicimus. Alexandri vero ipsius in titulo disertam mentionem non factam esse, aut ex festinatione scriptoris qui citat Athenæi repetere debemus, aut etiam æqualibus, in quorum potissimum usum Dicæarchus illam solemnitatem descripsit, eo additamento opus non fuit. Ceterum plane non liquet, utrum quæ memoratur dissertatio περὶ τῆς ἐν Ἰλίῳ θυσίας, singularis liber exstiterit, annon potius partem operis de Alexandro, vel etiam de sacrificiis ritibusque sacris universis effecerit. »

ΠΕΡΙ ΚΝΙΔΟΥ.

4.

Schol. Theocrit. XVII, 69 : Τὸ δὲ Τριόπιον ἀκρωτήριον τῆς Κνίδου, ἀπὸ Τρίοπος τοῦ Ἄβαντος, ὡς ἐν τοῖς Περὶ Κνίδου Ἰάσων φησίν.

IASON BYZANTIUS.

ΘΡΑΚΙΚΑ.

5.

Plutarchus De fluv. 11, 2 : Γεννᾶται δ' ἐν αὐτῷ (sc. ἐν τῷ Στρυμῶνι) λίθος παυσίλυπος καλούμενος ὃν ἐὰν εὕρῃ τις πένθων, παύεται παραχρῆμα τῆς κατεχούσης αὐτὸν συμφορᾶς, καθὼς ἱστορεῖ Ἰάσων ὁ Βυζάντιος ἐν τοῖς Τραγικοῖς (Θρᾳκικοῖς em. Jonsius Scr. hist. ph. III, 2, 2). Nescio an pro ἱστορεῖ Ἰάσων fuerit ἱστορεῖ Λέων ὁ Βυζάντιος, quæ quidem nomina majusculis literis exarata facile confundi poterant. Leo Byzantinus ἐν τοῖς Περὶ ποταμῶν laudatur a Plutarcho l. l. c. 24. Ejusdem citantur Βοιωτιακὰ ibid. c. 2, quæ partem fuisse statuo operis Περὶ ποταμῶν, in quo fluviorum mirabilia secundum terras distributa erant; id quod in alios multos similis generis titulos cadere existimamus.

IASON CYRENÆUS.

« Iason Cyrenæus floruit sub Ptolemæo Philometore Ol. 150 et post. Hic gesta Asmonæorum sive Maccabæorum quinque libris est complexus. Eos in compendium redegit scriptor secundi Maccabæorum libri, cujus cap. II, 24 sic legas : Ὑπὸ Ἰάσωνος τοῦ Κυρηναίου δεδηλωμένα διὰ πέντε βιβλίων πειρασόμεθα δι' ἑνὸς συντάγματος ἐπιτεμεῖν. » *Vossius* p. 173. Cf. Schœll. l. l. II, p. 281; Clinton. F. H. III, p. 531.

DE CNIDO.

4.

Triopium Cnidi promontorium a Triope Abantis filio nomen habet, ut in libris De Cnido Iason tradit.

THRACICA.

5.

In Strymone lapis reperitur, quem pausilypum (mœrorem sedantem) appellant; quem si quis mœrens invenerit, statim liberatur qua opprimitur calamitate. Ita narrat Iason Byzantius in Thracicis.

AMYNTIANUS. PRAXAGORAS. ANTIDAMAS.

AMYNTIANUS.

Photius Bibl. cod. 131 p. 97 ed. Bekk. : Ἀνεγνώσθη Ἀμυντιανοῦ εἰς Ἀλέξανδρον· προσφωνεῖ δὲ τὸν λόγον τῷ αὐτοκράτορι τῶν Ῥωμαίων Μάρκῳ, καὶ ἐπαγγέλλεται μὲν ἀξίως εἰπεῖν τῶν Ἀλεξάνδρου πράξεων, ἐδείχθη δὲ προϊὼν ὡς ἐπαγγεῖλαι μέν ἐστιν ἔνθερμος καὶ τολμητής, πληρῶσαι δὲ τὴν ἐπαγγελίαν ψυχρὸς καὶ δειλός· πολὺ γὰρ καταδεέστερον καὶ τῶν ἔμπροσθεν εἰρηκότων λέγει περὶ αὐτοῦ, ἀτόνῳ δὲ καὶ ἐκλύτῳ χαρακτῆρι χρῆται. Τοῦ μέντοι σαφοῦς οὐ διαπίπτει, πολλὰ δὲ τῶν ἀναγκαίων παραλιμπάνει.

Ὁ αὐτὸς δὲ καὶ ἑτέρους λόγους ἔγραψε διαφόρους, καὶ Παραλλήλους συνέθηκε βίους, ὥσπερ Διονυσίου καὶ Δομιτιανοῦ ἐν δυσὶ λόγοις, Φιλίππου τε Μακεδόνων καὶ Αὐγούστου ἐν ἑτέροις δυσίν· ἔτι δὲ καὶ περὶ Ὀλυμπιάδος τῆς Ἀλεξάνδρου μητρὸς λόγον ἔγραψεν.

Amyntianus ἐν τῷ Περὶ ἐλεφάντων laudatur a schol. Pindar. Olymp. III, 52 et schol. Tzetz. Chil. ap. Cramer. Anecd. tom. III, p. 357. Is num idem sit cum historico, qui sub Marco Antonino vixit, nescimus.

PRAXAGORAS ATHENIENSIS.

Photius Bibl. cod. 62, p. 20 ed. Bekk. : Ἀνεγνώσθη Πραξαγόρου τοῦ Ἀθηναίου τῆς κατὰ τὸν μέγαν Κωνσταντῖνον ἱστορίας βιβλία δύο.

(Sequuntur horum librorum excerpta, quæ non exscribimus.)

Ἔτος δὲ τῆς ἡλικίας ἦγε δεύτερον καὶ εἰκοστὸν Πραξαγόρας, ὡς αὐτός φησιν, ὅτε ταῦτα συνέγραφε. Συνεγράψατο δὲ ὁ αὐτὸς καὶ ἕτερα βιβλία δύο περὶ τῶν Ἀθήνησι βασιλευσάντων, ἔτος ἀνύων ἐννεακαιδέκατον. Συνέταξε δὲ καὶ ἕτερα βιβλία ἓξ εἰς τὸν τῶν Μακεδόνων βασιλέα Ἀλέξανδρον, τριακοστὸν πρῶτον ἐλαύνων ἐνιαυτόν. Ἔστι δὲ τὴν φράσιν σαφὴς καὶ ἡδὺς, ὀλίγον δὲ τοῦ δέοντος ἀτονώτερος. Κέχρηται δὲ Ἰωνικῇ διαλέκτῳ.

Nihil superstes.

ANTIDAMAS HERACLEOPOLITES.

Historia Alexandri.

Fulgentius Exp. serm. ant. p. 168 ed. Munk. : *Vispillones dicti sunt bajuli; quamvis Antidamas Heracleopolites vispillones dixerit cadaverum nudatores, sicut in historia Alexandri Macedonis scripsit : « Plus quam trecentos cadaverum vispillones reperiens crucibus affixit. Mnaseas* (fr. 16.) *tamen* etc.

Antidamas] cod. Leid. vulgo *Antidamus*. Qui sit auctor et quid spectet res narrata, parum liquet. (De canibus ἐνταφιασταῖς Bactrianorum cf. fr. 6 Onesicriti Astypalæensis)

Moralia.

Idem ibidem : *Antidamas in Moralibus libris ait : « Fabre compactum animal hominem quis ferat sic ire pecuatum? et averruncassit igitur tam Aricinas* (*Aretinas?*) *hominum mentes* ». *Porro averruncare dixit pro eradicare; Aricinas vero testeas vel argillaceas; et pecuatum, stultum.*

Aricinas] sic codd.; *Eretinas* vett. edd. *Aretinas* conj. Munk.

FINIS

PSEUDO-CALLISTHENES

PRIMUM EDIDIT

CAROLUS MULLER

ACCEDIT

ITINERARIUM ALEXANDRI

PRÆFATIO.

Ptolemæo et Aristobulo jungentes Pseudo-Callisthenem veremur sane ne quis ad aliena nos aberrasse et quadrata junxisse rotundis clamitet. Quod si crimen est, excusari id Græculorum exemplo nolumus; verum putabamus complura fabulis nostris inesse, quæ etiam severior historia non aspernatura sit. Sin minus, valeat superbum istud vulgus historicorum, qui adunco naso quemvis suspendunt, nisi canat archontes et respublicas. Nunc nos eos unice diligimus, quibus Candaces placent cubicula, qui mirantur Alexandri vultum leoninum et quæ in oriente ultimo rex viderit monstra et prodigia.

Narrationes istæ quam late per orbem terrarum diffusæ sint, et quî factum, ut illis temporibus, quibus Europa sancto furore percita Asiam invasit, ex fabulosis Alexandri historiis carmina nascerentur in paucis insignia : sæpius hoc et præclare viri docti explicarunt. Supererat ut in origines et progressus harum fabularum penitius inquireretur. Id vero quominus rite peragerent plurimi hucusque impediebantur. Nam constabat antiquissima nostra italica, gallica, germanica e latinis, latina e græcis exemplaribus ducta esse; græca autem in bibliothecarum pluteis jacebant inedita. Sane quidem fragmenta aliquot e codicibus Parisinis, Leidensibus et Turinis publici juris fecerat doctissimus Bergerus de Xivrey (V. *Notices et Extraits d. Manuscr.* tom. XIII, p. 162 sqq. et *Traditions tératologiques* p. 350 sqq.). Verum hæc non restinguendo desiderio sed excitando erant. Igitur Firminus Didot, de nullo literarum genere non meriturus, adiit virum clarissimum ex eoque petivit, ut si quæ de Pseudo-Callisthene elaborata in promptu haberet, ea secum vellet communicare. Annuit Bergerus de Xivrey et pro insigni liberalitate sua Firmino Didot tradidit codicis Parisini 113 (Suppl.) apographum, cui ad capita nonnulla etiam lectionis varietatem ex aliis libris adscripserat. Atque hoc ipsum exemplar typis expressum foret, nisi, comparatis reliquis duobus codicibus Parisinis, statim ab initio apparuisset codicem 113, etsi scri-

bam prodat attentiorem vincatque rerum acervo, tamen ut ætate infimus est, sic etiam oratione et historiæ indole esse pessimum. Tantoque magis nobis rejiciendus erat, quum pretium ejusmodi librorum non ex copia narratorum (quæ tantum non omnia dudum novimus) metiendum sit, sed is censeatur optimus, qui literarum historiam investiganti utilissimus esse possit. Itaque res flagitabat, ut ad codicem antiquissimum (N° 1711) nos converteremus. Hic autem quum omne genus corruptelis et lacunis fœde mutilus esset, nos vero ante omnia verborum contextum exhibere deberemus, qui quantumvis barbarus, legi tamen posset : unus relinquebatur codex 1685, qui medium inter alteros duos locum obtinet. Hoc igitur fundamento nostræ editionis constituto, ita egimus, ut primum narrationis diversitatem e reliquis libris enotaremus, eamque, si paucis continebatur, in annotatione exscriberemus, sin multa erat, in textum reciperemus, uncis a reliquo historiæ corpore seclusam. Deinde ubi narratio in omnibus libris eodem modo procedebat, lectionis varietatem præcipuam consignavimus. Levissimas quasque differentias cur in medium proferremus causa non suberat, uti ex iis quæ de ratione codicum infra dicemus, quisque intelliget. Denique quæ in codice 1685 corrupta vel manca leguntur, reliquorum librorum ope corrigere et resarcire tentavimus. Præterea argumenta singulis capitibus e codice 113 præfigere cœperamus. Quod institutum relinquere inde a capite XXIII libri I nos coactos vidimus, quoniam argumenta ista in narrationem codicis 1685 non amplius cadebant.

Versionis loco subjecta sunt latina Julii Valerii. Lacunas codicis Ambrosiani ex libris Parisinis supplevimus; reliqua locis quam plurimis correximus e codice Reg. 4880.

Valerio in codice Ambrosiano jungitur Anonymi Itinerarium Alexandri. Quod quoniam ab altera parte cum Arriano, ab altera cum Pseudo-Callisthene componendum est, non ingratum lectoribus fore putavimus, si denuo typis excuso ad calcem hujus voluminis locum concederemus. Ceterum tale fere dedimus, quale Majus magna cum laude constituit, auctum tamen correctionibus clarissimi Letronii, quibus nostra quædam addidimus. Vale.

CAROLUS MÜLLER.

PARISIIS mense decembri MDCCCXLVI.

INTRODUCTIO.

I. DE CODICIBUS GRÆCIS PSEUDO-CALLISTHENIS.

Julius Bergerus de Xivrey, vir clarissimus, qui (in *Notices et Extraits des Manuscr. de la Bibl. roy.* tom. XIII, p. 198 sqq.) data opera collegit quæcunque de libris manuscriptis historiæ Pseudo-Callistheneæ innotuerunt, codices græcos recenset quattuordecim. Ex iis tres asservantur Parisiis in Bibliotheca Regia, N° 1711, sæc. X, N° 1685, sæc. XIV, N° 113 supplementi, sæc. XVI. De his antequam curatius dicam, reliquos enumerabo, quos inspicere mihi non licebat.

1) *Codex Leidensis* N° 93 in-4°, papyraceus, in Sicilia scriptus sæculo decimo quinto. Quo volumine continentur: 1. Stephanites; 2. vita Æsopi; 3. fabulæ Æsopi; 4. Alexandri historia, Βίος Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος καὶ πράξεις. 5. Compendium historiæ universalis inde a mundi initio usque ad Alexandrum, paginis tribus.

Alexandri historiæ initium ex eo codice dedit Berkelius ad Stephanum Byzantium v. Βουκεφάλεια, et Berger. de Xivrey l. l. (Vide not. ad. lib. I, 1 init.). Hæc excerpta ad narrationem antiquissimi codicis Parisini proxime accedunt, minusque corrupta sunt. Lectionis varietatem ad alia capita nonnulla Bergerus ad marginem apographi sui enotavit (Vid. not ad II, 16).

2) Codex Florentinus, N° 37, in-4°, pergamenteus sæc. XII, palimpsestus, foliorum 47, initio et fine mutilus. — Ex eo libro L. de Sinner, vir egregius, quum Florentinam bibliothecam anno 1831 excuteret, in usum Bergeri exscripsit epistolam Alexandri ad Darium (lib. I, c. 38), quam Bergerus dedit l. l. p. 249. Verba exhibet codd. Parisin. 1685 et 113, sed corruptiora lacunisque deformata. Quare male de hoc libro auguramur. — De reliquis codicibus ipsum audiamus Bergerum l. l. p. 203:

« Nous ajouterons d'abord ceux que cite Montfaucon. »

3, 4) « *La Bibliothèque de Saint-Marc de Venise* possédait de son temps deux manuscrits grecs de cette histoire (*Bibl. bibliothecarum* tom. I, p. 478 et 483), dont l'un écrit à Rome, en 1469, par ordre du cardinal Bessarion, avait un titre beaucoup plus long que les nôtres: Ἐξήγησις ἱστορικὴ κατὰ λεπτὸν ἔχουσα τὴν γέννησιν, ἀνατροφὴν καὶ πράξεις Ἀλεξάνδρου, μέγιστα κατορθώματα καὶ τελευτὴν, τῇ τούτου παρ' Αἰγυπτίων ἐκ πάλαι καλῶς παραδοθεῖσα (sic) (Græca D. Marci Bibl., p. 198, chez M. Favre in *Biblioth. universelle de Genève*, tom. III, p. 329). Mais il est présumable que ce titre avait été fait par Bessarion, qui a pu même être l'auteur d'une espèce de préface pompeuse, commençant par ces mots, qui sont donnés comme les premiers du texte: ὁ Μακεδόνων βασιλεὺς Ἀλέξανδρος, ἐκεῖνος ὁ γίγας, ὁ περίφημος, ὁ συνετὸς ἐν λόγοις. — Venaient ensuite, dans ce manuscrit de Bessarion, les œuvres de Josèphe.

5) Un manuscrit *de la Bibliothèque du Vatican* (*Bibl. bibl.* I, p. 3) contenait aussi la même histoire, commençant par ces mots: Βουλόμενοι οὖν τὸ τῶν βαρβάρων πλῆθος..., ce qui me ferait croire qu'il y manquait le premier ou les deux premiers feuillets, car c'est à la fin du fol. 2 *verso* que notre manuscrit 113 du supplément parle de cette foule de peuples barbares, qui, par leur irruption en Égypte, forcèrent Nectanébo à quitter son empire [V. lib. I, c. 2, ed. nostræ].

6) La *Bibliothèque Ambrosienne de Milan* possédait également un de ces manuscrits grecs (*Bibl. bibl.* I, p. 528), probablement le même que cite M. Mai (ad. Jul. Valer., præfat. p. 105) sous le numéro O. 117, part. suppl., et qu'il regarde comme très-différent de celui dont se servit Sainte-Croix, c'est-à-dire du N° 1685.

7) Au contraire, celui de la *bibliothèque du cardinal Ridolfi* paraît en avoir été la copie ou l'original, puisque l'histoire d'Alexandre y était, de même, suivie des fables d'Ésope (*Bibl. bibl.* II, p. 772).

8) La *bibliothèque de Saint-Remi de Reims* possédait aussi cette histoire dans un manuscrit grec du onzième siècle, écrit sur papier de coton (*Ibid.* p. 1289; *Catal. gr. mss. abbat. St.-Remig. Rhem.*, *cod.* 427). Mais on sait que cette belle bibliothèque, où se trouvait entre autres raretés un des deux manuscrits latins, qui nous

ont conservé les fables de Phèdre, fut entièrement consumée par un incendie en 1774.

9-11) D'autres manuscrits grecs de cette histoire sont cités par quelques auteurs. Draudius (Bibliotheca classica) parle de deux qui existaient, l'un dans la *bibliothèque de Strozzi*, l'autre dans *celle du cardinal de Saint-Ange*. Nous avons vu aussi Léon Allatius (*Catal. libror. mss.* etc. *Lips.* 1830, *in*-4°, *p.* 927.) citer un passage de cette histoire, qu'il avait lu dans un manuscrit, peut-être le même qu'un des précédents, car le grand rapport de cette citation avec le texte des manuscrits 1685 et 113 du supplément nous fait penser que cet exemplaire de Léon Allatius pourrait être celui du cardinal Ridolphi, ou bien celui de la Bibliothèque du Vatican, dont Léon Allatius avait la garde. M. Hænel en cite un dans sa *Bibliothèque de l'Escurial* (*Plut.* VII, arm. Z, n° 4). »

Hactenus Bergerus. Jam videamus *codices Parisinos*.

12) N° 1711 (nobis cod. *A.*), pergamenteus in-fol., sæculi undecimi, in quo Chronographiis Nicephori, Georgii Syncelli, Theophanis et Leonis grammatici subjicitur inde a fol. 375 *recto* Βίος Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος, foliis 33. Incipit verbis: Οἱ σοφώτατοι Αἰγύπτιοι, θεῶν ἀπόγονοι; verba ultima: ἐτελεύτησε δὲ Φαρμουθὶ τετράδι δύσεως. Narratio distincta in libros tres, sicuti apud Julium Valerium. Libro primo subscriptum: Ἀλεξάνδρου πράξεων μέρος α'; et similiter ad calcem libri secundi; libri tertii postrema, quæ initio folii legebantur, exciderunt. Præterea in medio codice lacuna est unius folii (V. not. 27 ad lib. I, 41).

13) N° 1685 (nobis cod. *B.*), chartaceus in-fol. min., anno 1469 p. C. scriptus eleganter. Continet Vitam Alexandri, fol. 1—53, et fabulas Æsopi, fol. 54 — 60. Titulus rubris literis majusculis exaratus: Καλλισθένης ἱστοριογράφος ὁ τὰ περὶ τῶν Ἑλλήνων συγγραψάμενος. Οὗτος ἱστορεῖ Ἀλεξάνδρου πράξεις. Ad finem, fol. 53 *verso*, leguntur hæc: Τῷ (non τὸ ut Bergerus scriptum esse ait, p. 199 n° 3) δόντι τέρμα δόξα, τιμὴ καὶ κράτος. Ἐτελειώθη τὸ παρὸν βιβλίον διὰ χειρὸς Νεκταρίου ἱερομονάχου τῆς μονῆς τοῦ ἁγίου Νικολάου τῶν Κασούλων τῆς πόλεως Ὑδρούσης (*Otrante*), ἐν μηνὶ Νοεμβρίῳ, ε' ἡμέρᾳ, σαββάτῳ, ὥρᾳ β' τῆς ἡμέρας, ἐν ἔτει ,ςϠοζ' (6977 a. m. = 1469 p. C.), ἰνδ. β'.

14) N° 113 Supplementi (nobis cod. *C.*), chartaceus, in-4°, foliorum 205, scriptus anno 1567 ab Eustathio hierodiacono (vid. p. 152). Titulus: Βίβλος Ἀλεξάνδρου. Historia in capita distincta; singulis capitibus præfixa argumenta (1).

Jam si libros inter se contenderis, liquet non

---

(1) *Latini codices* Bibliothecæ Regiæ, etsi a nobis alieniores sunt, alioque loco accuratius de iis agere propositum est, paucis tamen etiam hoc loco recenseantur:

1) N° 6041, sæc. XIV, fol., pergam., post alia scripta fragmentum Vitæ Alexandri exhibet.

2) N° 6831, sæc. XIII, in-4°, pergam., quo continetur: *1. Origo, ortus, vita et actus Alexandri M.* 2 *Alexandri epistola ad Aristotelem de situ et mirabilibus Indiæ.* 3. *Ejusdem epistola ad Brachmanos et horum responsum.* 4. *Dindymi et Alexandri colloquium.*

3) N° 8501, in fol., pergam.; Vita Alexandri prosa oratione et deinde versibus elegiacis, a Quilichino composita anno 1236.

4) N° 8514, in-4°, pergam. et chartaceus, scriptus anno 1465. *Vita Alexandri et epistola quam ad Alexandrum scripsit Mardocheus Judæorum princeps.* Hi quattuor a græcis nostris longius recedunt, linguaque scripti barbara. Propius ad nos pertinent libri sequentes:

5) N° 8518, sæc. XI vel, Bergero judice, sæc. X, in-8°, pergamenteus, paginarum 96; post paginam 12mam excidit folium unum. Continet *Vitam Alexandri* (p. 1—62) *et epistolam Alex. ad Aristotelem magistrum de itinere et situ Indiæ.* — Is codex post Valerii codicem Ambrosianum, qui est sæculi IX, omnium quos novimus antiquissimus. Epitome est Valerii uberioris: narrationis enim tenor atque ordo idem plane est atque apud nostrum Valerium. Prima historiæ pars sive fabula de Nectanebo, quam ex hoc codice supplevimus (p. 1—7 ed. nostr.), ad græca cod. A. proxime accedit, ejusdemque est ambitus. Postea historiam in arctius contrahit, satis habens narrationis capita paucis commemorasse; verba, quantum ejus in epitome fieri potest, eadem plerumque sunt quæ in nostro Valerio.

6) N° 5819, sæc. XIII., in-8°, pergamenteus, foliorum 56. continet *Vitam Alexandri* (fol. 1—31), et *Epilogum de mirabilibus quæ vidit Alexander, ad Aristotelem magistrum*, fol. 32—49; *De itinere ad paradisum*, fol. 49 sqq. Vita Alexandri eadem est quæ in cod. 8518, nisi quod interdum paullo uberior, et in universum minus corruptus est cod. 5819. Utrique libro antiquior Valerii epitome subesse debet.

7) N° 5062, sæc. XIII, in-fol., pergamenteus, fol. 104. Continet *Vitam Alex. et epistolam ad Aristotelem.*

8) N° 8520, sæc. XIV, in-8°, pergamenteus, foliorum 13. Primi quaternionis folia septem exciderunt. Iis continebatur *Alex. de situ Indiæ epistola*, cujus ultima verba leguntur in primo folio superstite. Deinde sequitur *Historia Alexandri*; cui subjecta *Epistola Cornelii ad Crispum in Troja.* Initio hujus libri vir doctus annotavit quædam de auctoribus qui Pseudo-Callisthenis mentionem faciant. Laudantur Casaubonus, Salmasius, alii.

9) N° 8155, apographum libri antecedentis, sæculo XVII exaratum ab eodem viro docto, qui codici 8520 notulam memoratam adscripsit. Is de suo præfixit titulum hunc. *Callisthenes De origine, vita et rebus gestis Alexandri M., latine, ut puto, redditus ab Æsopo, qui versionem suam Constantino, Constantini M. filio, dedicavit.*

10) N° 4877, sæc. XIII, in-fol., pergamenteus, continet

eam esse rationem eorum, quæ est codicum Arriani vel alius cujusvis scriptoris antiqui, ubi omnis fere discrepantia vocum nonnullarum vel depravatione vel omissione continetur. Immo nihil impediebat, quominus nostrorum codicum exaratores conjungerent scribæ munera et auctoris. Neque enim historiæ severitas neque nomen celebrati scriptoris coercebat, neque unquam narrationis forma exstitit adeo perfecta et absoluta, ut nihil nisi accuratissimam ejus quasi ex ore imaginem exprimere serioribus relinqueretur. Homero suo Alexandri historia caruit, neque magis, immo multo minus fixa certisque circumscripta finibus est, quam historiunculæ, quæ per populi ora vagabundæ errant. Itaque singuli codices eatenus similes vel dissimiles sunt, quatenus scriba vel acquiescere relatis, vel mutare accepta augendo, amputando, miscendo, duxerit satius. Atque ita factum est, ut nostri codices tres non tam ejusdem libri sint apographa, quam diversæ ejusdem historiæ recensiones, quæ quo temporis intervallo eadem fere etiam orationis et tractationis differentia separantur.

Codex A. scribam arguit vel plane rudem et negligentissimum, vel cujus oculis subjectum erat exemplar turpissimis vitiis ubique inquinatum. Adeo pleraque corrupta et lacera sunt. Nihilominus facile perspicitur subesse recensionem historiæ, cujus oratio etsi barbara ac talis fere qualem sæculo nono vulgus usurpaverit, tamen delectu verborum et compositione elegantior erat quam in codd. B. et C. Ipsa denique narratio uberior est de iis rebus, unde quæ prisca ejus forma fuerit intelligere liceat. Posterioris ævi additamenta aut omissa prorsus, aut ita exhibita, ut rudia quasi saxa appareant, quæ sequior ætas dolaverit et historiæ ædificio inseruerit.

Cum codice A. componenda sunt *latina*, quæ *Julio Valerio* tribuuntur. Quod si Majus nusquam diserte indicavit Valerii opus nihil nisi versionem esse Pseudo-Callisthenis, id inde explicarim, quod græca Vaticani ætatis sunt infimæ. Scilicet Valerius, si nonnulla exceperis, et historiæ tenore et singulis ut plurimum sententiis eandem reddit narrationem quæ subest codici A. Idem quum integrior ad nos pervenerit, et forma orationis nexuque sententiarum græcis nostris superior sit, sæpenumero ad explenda quæ in cod. A. manca vel male contracta sunt, adhiberi debet. Contra ab altera parte ex codice A. supplendus est Valerius. Sat multa enim codex A. suppeditat, quæ apud Valerium desiderantur, neque ejusmodi sunt ut seriora additamenta existimari possint. Sic, ut unum

---

opera quinque. Quartum est : *Vita Alexandri M.* quæ Callistheni tribuitur; quintum : *Alexandri ad Aristotelem epistola de situ Indiæ.*

11) N° 4880, sæc. XIV in fol., pergamenteus. Præter Orosium continet : *Julii Valerii res gestæ Alexandri Macedonis translatæ ab Æsopo græco.* (Ita enim titulus exhibetur ad finem libri primi et secundi). Deinde sequitur *Alexandri epistola de itinere suo.* Initium historiæ Alexandri deest, similiter atque in codice Ambrosiano, ex quo Majus Valerium edidit. Minor tamen in nostro libro lacuna est. Verum audiamus clarissimum Letronnium, qui de hoc codice optime meruit. Is enim (in *Journal des Sav.* 1818, p. 609) ita dicit : « Il est également acéphale; mais le nombre des pages qui manquent, est moindre que dans le manuscrit Ambrosien. A la marge sont des chiffres qui se rapportent aux pages d'un autre manuscrit. C'est ce dont il n'est pas possible de douter, d'après l'égalité des intervalles qui séparent chacun de ces chiffres. Le premier chiffre indique le nombre huit, ce qui prouve, qu'il manque sept pages et demie. Le commencement de l'édition de M. Mai tombe entre les pages 9 et 10 : ainsi notre manuscrit contient deux pages de plus. Par un hasard singulier, en cherchant dans les livres manuscrits qui traitent d'Alexandre, nous avons trouvé un fragment dans le manuscrit 5873, et que le catalogue indique en ces termes : *Fragmentum vitæ Alexandri quæ Callistheni tribuitur.* Ce fragment ne consiste qu'en un seul feuillet. En le comparant avec le manuscrit 4880, il nous a été facile de voir que c'est la même écriture, la même distribution ; que la marge porte également des chiffres, et que ces chiffres correspondent juste à ceux du manuscrit; car le premier est, comme je l'ai dit, le chiffre 8, et le dernier, dans le feuillet dont je parle, est le chiffre 7. En outre notre manuscrit commence par le mot *erat*, le fragment finit par *nam et nox* (v. p.15 ed. nostr.), ce qui forme la phrase entière : *nam et nox erat.* Il demeure donc évident que ce fragment est un feuillet du manuscrit 4880, détaché d'abord par hasard, et relié dans un volume différent. Au moyen de ce feuillet, il n'y a plus au commencement qu'une lacune de quatre pages, au lieu de seize, qui manquent dans l'édition de M. Mai. » Ceterum cod. 4880 Ambrosiano inferior. Plura in arctius contrahit, alia, longiores maxime descriptiones, prorsus omittit. Porro interponit aliena, uti lib. III, cap. 27, ubi capita aliquot Josephi, atque ea omnia quæ apud Orosium de Alexandro leguntur, in mediam Valerii narrationem intrusit. Minora quædam additamenta suis locis notavi. Verba eadem atque in Cod. Ambros., paucis exceptis; corruptelarum numerus major, quamquam multis locis Ambrosianum ex nostro corrigere licuit. Lacunas Valerii, quas nos e codd. 5818 et 4880 supplevimus, Majus in altera sua Valerii editione supplevit e cod. Vaticano; is vero nonnisi epitome Valerii est. Quare postea Majus (in Spicilegio Romano tom. VIII) nova supplementa dedit ex uberiore narratione codicis Taurinensis. His uti non potui.

proferam, pro triginta versibus, quos Valerius (I, 46) ex Ismeniæ carmine affert, codex A. exhibet fere centum et quinquaginta. Quamquam etiam hi nonnisi centones sunt longioris carminis, quod in communi utriusque fonte legebatur. Similiter habent quæ de Alexandriæ originibus narrantur; alterum ex altero supplere licet, verum etiam in unum conjunctos ab fontis sui ubertate longe abesse patet.

Codici A. et Valerio simillimam esse suspicor versionem Armenicam, quam viri harum rerum periti sæculo quinto p. C. scriptam esse statuunt (1).

Codices B. et C. uti ætate non ita longe separati, sic oratione simillimi. Ubi res easdem eodem modo narrant, iisdem etiam verbis uti solent. Cetera indole valde differunt. Nimirum codex B narrationem habet quam cod. A breviorem. Alia omittit, alia contrahit, quædam mutavit et transposuit; nova præbet perpauca. — Contra codex C. voluminis mole reliquos longe superat. Fundus narrationis ea est recensio quam sequitur cod. B. Nam quæ cod. B habet, eadem eodem ordine iisdemque verbis in C leguntur pæne omnia. At intercalata iis sunt alia multa, quæ ex diversis plane fontibus auctor corrasit. Pleraque ætatem redolent infimam, multa ineptissima; ac tanta est scriptoris negligentia, ut non modo pugnantia inter se proferat, sed eadem etiam bis vel ter repetat.

Hactenus in universum de codicibus nostris dictum esto. Jam seriem narrationis per capita ita adumbrabo, ut ea quæ non in omnibus nostris libris græcis et in Valerio leguntur uncis includam, præfixa nota codicis vel codicum, quibus debentur.

II. ARGUMENTUM HISTORIÆ.

[*AV*. LIBER PRIMUS.]

[*V*. *Ortus Alexandri*.]

I. [*BC* : Procemium. Alexander, virtute et fortuna clarissimus, non Philippi sed Nectanebi filius.] [*AV* : Ægyptii sapientia et solertia omnes homines superant. *Hæc A. fusius persequitur.*] Inter eos Nectanebus rex artis magicæ scientia insignis, qua hostium conatus irritos reddere solitus erat.

II. Denuo hostes imminere ei nuntiat famulus de futuris anxius, quem ridet rex arte sua fisus.

III. At ea ipsa docetur jam adversari deos Ægyptiis. Itaque mutata veste ac facie clam aufugit in Macedonium, ubi astrologum Pellæ confitetur. [*ABC* : Quærentibus regem Ægyptiis Serapis respondet eum fugisse, at rediturum pro sene juvenem. Id oraculum statuæ Nectanebi insculpitur.

IV. Olympias ob sterilitatem divortium timens, absente marito astrologum consulit. Is amore mulieris captus, adhibita constellatione prædicit ei filium ex Ammone deo suscipiendum.

---

(1) Quæ de eo comperta habeo, Geiero debeo, qui de Callisthene historico loquens (Script. Alex. p. 230) in nota affert hæc :

« Nos autem hoc quidem loco ea certe silentio præterire noluimus, quæ quum per *Ferdinandum Rankium* litteris certiores facti essemus, Venetiis nuper editam esse Vitam Alexandri Magni Armenice scriptam, quam ipse vidisset apud *G. Petermannum*, virum doctissimum harumque litterarum peritissimum, ad litteras nostras, quibus rogabamus Petermannum, ut si quid esset, quod in libro isto Armenico ad propositum nostrum spectare videretur, id nobiscum vellet communicare, respondit vir humanissimus. Scribit enim : « Die Armenische Biographie ist, wie Sie ganz richtig vermuthet hatten, der *Pseudo-Callisthenes*, derselbe aber in der æltesten Gestalt, oder wenigstens in derjenigen, welche der æltesten zunæchst steht, ohne die vielen spætern meist widersinnigen Zusætze, ob er gleich auch wie alle andern Recensionen desselben des Wunderbaren Vieles enthælt. Uebrigens ist diese Biographie, wie die armenischen Herausgeber ausdrücklich in der Vorrede bemerken — und wir mussen sie, die gelehrten Mechitaristen (sie erschien Venedig 1842, 8.), als die competentesten Richter in dieser Beziehung anerkennen — schon im 5ten Jahrhundert unserer Zeitrechnung übersetzt worden; auch hegen sie die Vermuthung, dass *Moses Chorenensis*, der berühmteste Armenische Geschichtsschreiber, der Uebersetzer derselben sei, so wie sie meinen, dass ebenderselbe auch die Chronik des Eusebius in das Armenische übertragen haben mœge.— Auf der 73ten Seite (das Ganze hat 198 Seiten) steht als Unterschrift : « Hier ist vollendet die Geburt und die Thaten Alexanders des Macedoniers von dem weisen *Aristoteles;* wir beginnen nun (zu sprechen) auch von seinem Zuge nach Platææ, einer Stadt der Athener. » [Ex his igitur patet librorum divisionem eandem esse quæ est in cod. A. et in Valerio.] Pag. 186 schliesst die eigentliche Biographie, es folgen dann aber noch Lobreden (sic!) auf den Tod Alexanders von *Chatschatur* aus *Ketscharru* (?) enthaltend Klagen des Alexander selbst, dann der Olympias, der Roxane, seiner Feldherrn und Soldaten, und endlich ermahnende Worte Alexanders an seine Freunde. Man kœnnte aber auch dies wohl besser deuten als «Reden in Beziehung auf den Tod Alexanders. »

V. — VII. Nectanebus arte magica aliisque machinis efficit, ut primum per somnium regina se Ammonis in complexibus videat, deinde etiam vigilans fruatur deo, quem ab astrologo non diversum esse haud perspexit.

VIII. Ne miretur Philippus uxorem gravidam reperiens, Nectanebus immisso somnio regem de divinitate seminis, quod utero uxor gestet, edocet.

IX. Itaque redux Philippus uxorem erubescentem consolatur, ad deum quæ erant referens.

X. Mox tamen suspectat mulierem; suspicionem novo machinamento Nectanebus diluit.

XI. Ostento Philippus de futuri filii gloria et morte præmatura admonetur.

XII. [*ABC*: Partum edituram Olympiadem inhibet astra consulens Nectanebus, nec eniti fœtum sinit ante horam qua cosmocratorem natum iri sidera nuntiant. *Hæc paucis BC, multis prosequitur cod. A, poema apotelesmaticum exscribens.*] Prolabente puero tremit terra, coruscant fulgura.

XIII. Cur Alexandri nomen puer acceperit. Ejus forma, educatio, magistri. [*V.* Locus Phavorini de majoribus Alexandri.] Philippo affertur Bucephalus carnivorus.

XIV. Nectanebus ab Alexandro in præcipitium detruditur. Moriens se patrem Alexandri confitetur; splendido funere honoratur.

XV. Philippus oraculum Delphicum de successore interrogat. Bucephali domitorem Pythia respondet.

XVI. Alexander puer ingenium prodit responso sapientiæ præcocis.

XVII. Bucephalum per Pellam urbem agit. Gaudet Philippus oraculi memor.

XVIII. Alexander ludos Olympicos adit. Ejus cum Nicolao, Acarnaniæ regulo, jurgium.

XIX. Ludorum descriptio (*Cod. C. uberius hæc describit ex fonte juniore. Quæ ibidem de Laomedonte narrantur, ignorant ABV.*). Perit Nicolaus ab Alexandro devictus. Eam victoriam aliarum multarum fore præludium e nomine victi auguratur sacerdos.

XX. XXI. [*C.* Alexander secum in Macedoniam ducit Laomedontem. Carmen, quod Macedones in honorem Alex. composuerunt.] Domum redux Philippum, repudiata Olympiade, cum Cleopatra nuptias agentem offendit. Alexandri indignatio, cum patre gravis altercatio, in convivas et Lysiam scurram furor.

XXII. In gratiam redit cum patre, cui Olympiadem reconciliat.

XXIII. Contra Methonæos rebellantes mittitur. [*ABV.* Inde reversus, Darii legatos a Philippo tributum annuum exigentes re infecta redire jubet (*Hæc cod, C alio loco et alio modo narrat. Vid. c.* 26). Deinde mittitur contra Thraciæ urbes seditiosas.] [*C :* Contra Scythas, qui Macedoniæ imminebant, proficiscitur; strategemate eos vincit; victos clementer habet.]

XXIV. [*ABV:* Pausanias (Ἀνάξαρχος ὁ καὶ Παυσανίας *cod. C, hoc modo diversas narrationes miscens*) Thessalonicensis Olympiadis amore captus, absente Alexandro, Philippum in theatro confodit. Jamque Olympiadem vi abducturus est, quum redux Alexander spiranti adhuc patri Pausaniam offert trucidandum. Mors Philippi; luctus Alexandri. *Fusius hæc exponit cod. A. Diversam plane de morte Philippi narrationem habet cod. C. Vid. p.* 25.]

XXV. Alexandri concio de bello contra Persas suscipiendo.

XXVI. [*C:* Darii legati re infecta dimittuntur *Cf. cap.* 23]. Copiæ Alexandri recensentur.

[*ABV :* Alexander contra Thraciæ populos, Illyrios, Pæones, Triballos expeditionem suscipit.] [*Pro his C :* Contra Thessalonicenses proficiscitur, quorum tyrannus Polycrates, Anaxarchi (Ἀναξάρχου τοῦ καὶ Παυσανίου *cap.* 24) filius, submittens se Alexandro tradit Charimedem filium.]

XXVII. [*B :* Græcia rebellat; Athenienses excitat Demosthenes; Thebani præsidium urbe ejiciunt; quare Thebæ diruuntur. Flagrante urbe Ismeniam tibiis cecinisse jussu Alexandri ferunt. Tum metuentes sibi reliqui Græci Alexandrum imperatorem creant.]

[*Pro his C :* Rebellante Græcia Alex. primum contra Athenienses proficiscitur; urbem obsidet, capitque; deinde Thebas diruit. Hinc in Italiam transgressus Romanorum obsequia admittit. Auxiliares copias adducit Laomedon, quem Alexander regem subactorum in his regionibus populorum constituit. Dein meridiem versus pergit usque ad oceanum. Monstra quæ ibi viderit (*eadem plane postea in India collocat*). Ad lævam se convertens septentrionem versus in Macedoniam redit.]

XXVIII. XXIX. [*BC :* Alex. e Macedonia in Asiam transgressus ad Granicum vincit; Ioniam, Cariam, Lydiam, subjicit; mare Pamphylium recedit prætereunti. Aspendum venit : hinc solvit in Siciliam; inde in Italiam transit.] Romanorum obsequia et honores in Alexandrum ab iis collati.

XXX. In Africam transgressus a Carthagi-

niensibus tributa accipit. Ammonis templum adiens oraculum petit de loco condendæ urbis ἀειμνήστου. Dei responsum.

XXXI. XXXII. Parætonium condit. In Ægyptum venit. Alexandriæ origines (*locus de Alexandria in BC paucis, fusius in V, uberrime in A tractatur.*)

XXXIII. Serapeum Alexander quærens quomodo invenerit. Datum a deo oraculum.

XXXIV. Memphim venit, ubi more regum Ægyptiorum ἐνθρονιάζεται. Conspicit Nectanebi statuam et inscriptum ei oraculum reditum Nectanebi pro sene juvenis prænuntians. Patrem suum fassus ratum facit vaticinium. Oratio Alexandri ad Memphitas.

XXXV. In Syriam profectus a Tyriis arcetur; Gazam capit; denuo Tyrum aggreditur, de successu conaminis somnio prædoctus; urbem captam exscindit. Tripolim constituit.

XXXVI. [*C :* Duces Alexandri Seleucus et Antiochus Nicatoriam et Antiochiam condunt.] Legati Darii literas afferunt, quibus Alexander puerulus ad matrem redire jubetur.

XXXVII. Concione Alexander animos militum firmat. Legatis ostendit quomodo Græcus rex a Barbarorum tyranno differat. Darium proditoro aures non præbet.

XXXVIII. Responsum ad Darii literas.

XXXIX. Darii literæ ad Satrapas, quibus corripi Alexandrum jubet et verberibus affectum ad matrem remitti. Spinther et Hydaspes satrapæ data ad regem epistola auxilia petunt. Responsum Darii ignaviam eorum castigantis.

XL. Usque progredienti Alexandro denuo literas scribit Darius veniam delictorum promittens, si jussis Alex. obtemperet.

XLI. Quæ omnia quum frustra fuissent, exercitum contra Alexandrum ducit. [*BC :* Alexander in Cydno natans morbum contrahit; a Philippo sanitati restituitur.] Prœlium Issicum. Fugit Darius, cujus curru, armis, familia Alexander potitur.

XLII. Dario novam expeditionem parante, Alexander supplementa copiarum e Macedonia adduci sibi jubet. In Pieriam venit, ubi sudans Orphei statua novas laborum ærumnas portendit. In Phrygia ad Scamandrum fl. alterum Achillem agit. [*V :* Præcipue colit Achillem, cui cognatus erat; apponitur stemma ex Alexandriade nescio qua.]

XLIII. Amphipolim venit, deinde Abderam, quam urbem non ingreditur Abderitis obsecutus.

XLIV. Chalcidensium regionem vastat. Omnes urbes usque ad Pontum Euxinum sibi subjicit. Ad Mæotim paludem Neptuno sacra facit. Fame exercitum premente, equos mactare jubet. Quare indignatos milites concione placat.

XLV. [*AV :* Ad Locros venit; Tegyreum oraculum edit.]

XLVI. [*AV :* Thebani resistunt; urbs eorum obsessa et diruta. Excidium describitur (*e fonte poetico*). Ismenias cantilena Alexandrum flectere studet frustra.]

XLVII. [*AV :* Datum Thebanis de urbis restitutione oraculum. Alexander Corinthum proficiscitur, ubi ludis Isthmiis præsidens, Clitomacho Thebano pancratiastæ hanc habuit gratiam, ut Thebas restaurari juberet.]

[*AV.* LIBER SECUNDUS.]

[*V. Actus Alexandri.*]

I. [*AV :* Alexander Platæas venit, ubi a Proserpinæ sacerdote fausto responso excipitur. Stasagoram Platæensium præfectum a munere removet. Ægre id ferunt Athenienses. Alexandri ad Athenienses literæ.]

II. [*AV :* Atheniensium responsum. Rescriptum Alexandri rhetores expostulantis. Atheniensium deliberatio. Cedendum Alexandro suadet Æschines. Contra disputat Demades.]

III. IV. [*AV :* Demadem refellit Demosthenes, cujus sententiam populus ratam habet.]

V. [*AV:* Athenienses legatos mittunt ad Alexandrum. Hujus ad Athenienses epistola.]

VI. [*AV :* Alexander proficiscitur contra Lacedæmonios, qui primum resistere conati mox se dedunt.] Hinc denuo in Asiam transit.

VII. Darii deliberatio. Copiæ.

VIII. Alexander post natationem in Cydno in morbum incidit. A Philippo sanatur (*Cf.* I, 41).

IX. Euphratem transgressus, pontem rescindit. Id haud æque ferentes milites oratione erigit. Insidiis Persæ Macedonica veste induti in vitæ venit discrimen. Persam comprehensum cum laude dimittit.

X. Satrapam, qui Darium proditurus erat, indignatus recedere jubet. Spintheris et Hydaspæ ad Darium literæ. Darii ad Alexandrum, et Alexandri ad Darium literæ.

XI. Darii epistola ad satrapas, et horum responsum.

XII. Darii ad Porum literæ.

XIII. Alexandri strategema. Ammon ei per quietem apparet.

XIV. Dei suasu ipse Mercurii vestitu indu-

tus tamquam nuntius Alexandri ad Darium proficiscitur.

XV. Convivio a Dario adhibitus agnoscitur; fuga feliciter ad suos evadit.

XVI. Prœlium ad Strangam fluvium. Clades Persarum. Darii fuga et lamentatio.

XVII. Darii literæ, quibus regni partem et opes Alexandro offert. Oblata non accipienda esse Alexander censet, contra sententiam Hephæstionis. Arcem Persepolitanam incendit.

XVIII. Nabonassari et Cyri sepulcra visit. Græcos captivos a Persis misere mutilatos generoso animo sublevat.

XIX. Darius novam expeditionem parans a Poro auxilia petit.

XX. Bessus et Artabarzanes Darium necant. Spiranti adhuc supervenit Alexander. Darii morientis verba et mandata.

XXI. Alexander, funerato Dario, res Persarum constituit (*de his uberioris narrationis centones præbet cod. A.*), Darii interfectores punit.

XXII. Alexander Aduliten Persis satrapam dat. Literæ Alex. ad Rodogunen, Statiram et Roxanen; harum responsum. Alteræ literæ Alexandri ad easdem et ad Olympiadem. Nuptias Roxanes celebrat. [*AV:* Deinde in Porum exercitum ducit. *Finis libri secundi.*]

XXIII. [*BC :* Epistola Alexandri ad Olympiadem et Aristotelem, quibus narrat quæ gesserit inde a pugna Issiaca usque ad mortem Darii et suas nuptias. *Hucusque epistola pertinet in cod. C; in cod. B ultra progreditur, in eaque recensentur mirabilia, quæ in ultimis orientis regionibus rex viderit. Hæc eadem iisdem plerumque verbis, epistola in narrationem historici dissoluta, exponit cod. C inde a cap. XXXII.*]

XXIV. [*C :* Alexander in Judæam proficiscitur. Judæos eorumque religionem summopere honorat.

XXV. [*C :* In Ægyptum pergit. E balneo morbum contrahit. Philippi medici historia repetitur.]

XXVI. [*C :* Ægyptii primum resistentes Alexandro mox se dedunt, suadente numine.]

XXVII. [*C :* Nectanebi statua capiti Alexandri coronam imponit, in manus dat globum mundi imaginem.]

XXVIII. [*C :* Alexander urbem eximiam (*Alexandriam*) condit; priscorum deorum cultum antiquat, verum deum unicum, mundi creatorem, venerans.]

XXIX. [*C :* Ad longinquiores populos pergit. Offendit mulieres horrendas, quæ canum ope fugantur. Inde per desertum euntes infestantur formicis miræ magnitudinis. Deinde ad flumen veniunt.]

XXX. [*C :* Flumen istud, modo aquam modo arenam volvens, quomodo ponte Alexander junxerit.]

XXXI. [*C :* Deinde reperit homines staturæ minimæ, et prope lacum Sesonchosis statuam, cui inscriptum erat ultra non posse procedi. Inscriptionem veste tegit, ne legant milites.]

XXXII. [*C :* Boream versus tendit. In silva obviam fiunt homines ingentes.]

XXXIII. [*C :* In planitie reperit homines nigros miræ indolis, quibuscum manum conserunt. Alexandri ad exercitum ultra progredi nolentem cohortatio.]

XXXIV. [*C :* Ad Herculis et Semiramidis stelas veniunt. Homines sex manibus pedibusque instructi igne fugantur. Cynocephalorum terra. Cancri ingentes.]

XXXV. [*C :* Insula Brachmanum sive Oxydracum gymnosophistarum. In eam primus transit Philon, deinde ipse Alexander. *Sequuntur de Brachmanibus eadem omnia quæ in codice A leguntur lib. III, 5 sqq.*]

XXXVI. [*C :* Ex insula ad suos reversus iter continuat. Arbores una cum sole orientes et evanescentes. Lapides miræ virtutis; serpentes; pisces non igne, sed aqua frigida coquendi; aves miræ.]

XXXVII. [*C :* Regio tenebrosa; animalia ἑξάποδα, τριόφθαλμα. Regio arenosa; animalia sexocula; Cynocephali ichthyophages; phocæ. Redeundum esse dictitant amici. Alexander usque ad fines terræ penetrandum censet.]

XXXVIII. [*C :* Inde deserta, nullo sole collustrata. Ad maritima cancrum capiunt ingentem, in quo dissecto margaritæ reperiuntur pulcerrimæ. Horum desiderio captus Alexander in maris profunda descendit vano conatu.]

XXXIX. [*C :* Præcipitium structo ponte superat. Senis consilio usus in regionem tenebrosam penetrat. Regionis miracula.]

XL. [*C :* Avium voce monetur, ut jam redeat, quum beatorum terram mortali adire non liceat. Ad lucem revertitur.]

XLI. [*C :* Nova miracula. Historia Andreæ coqui et Cales Alexandri filiæ. Quomodo Alexander per aerem vectus sit.]

XLII. [*C :* Ad lacum venit, cujus aqua melle dulcior. In piscis stomacho lapidem reperit lucentem, quo lampadis loco utitur. Mulieres, quæ noctu e lacu emergunt suavissime canentes. Pugna cum Hippocentauris.]

XLIII. [*C :* Epistola ad Olympiadem et Ari-

stotelem, in qua narrata inde a cap. 24 paucis recensentur.]

XLIV. [*C*: In Indiam tendens venit ad Solis arbores fatidicas, quæ mortem regi prænuntiant. Offendit homines unipedes, pernicissimos.]

[*AV*. LIBER TERTIUS.]

[*V*. *Obitus Alexandri*.]

I. Alexander contra Porum proficiscitur per loca deserta et infesta. Militum animos oratione erigit.

II. Pori literæ ad Alexandrum. Alexandri ad milites concio et ad Porum epistola.

III. Pori exercitus propter elephantum copiam metum Macedonibus injicit. [*BC*: Alexander, mutato vestitu, Pori urbem ingreditur hostis copias exploraturus.] Elephantum impetum strategemate eludit. In pugna cadit Bucephalus. Præ mœrore Alexander bellum negligit. Persarum haud pauci in Pori castra transeunt.

IV. Quapropter Alexander bellum decernendum censet certamine singulari; quo commisso Porum occidit. [*A* : Musicani (*sic leg. pro* Παυσανίου) aliorumque regiones sibi subjicit. Aornum petram expugnat; aliam Indiæ urbem oppugnans e summo vitæ discrimine a Peuceste et Ptolemæo eripitur. *Postrema hæc narrat etiam Valerii cod. Reg.* 4880 *initio cap. XVII*.] — [*ABV*: Deinde ad Brachmanes gymnosophistas visendos proficiscitur.]

V. [*ABV* : Brachmanum ad Alexandrum literæ. Terra eorum et vivendi ratio describuntur.]

VI. [*ABV* : Brachmanum sapientiæ specimina.]

VII.—XVI. [*A* : Interponitur Palladii libellus de situ gentibusque Indiæ et Brachmanibus.] *Codex C ea quæ leguntur in ABC cap. V* et *VI, cum iis quæ cod. A e Palladio apponit inde a cap. XII, commiscuit et in alium locum transposuit. Vide II*, 35.

XVII. [*AV* : Epistola Alexandri ad Aristotelem de Indiæ miraculis (*Hanc epistolam codd. BC in narrationem historicam dissolverunt, omissis tamen compluribus*) : A Brachmanibus veni in Prasiacam urbem. Deinde ad homines molles, Sabæos, ad insulam magicam. Philonis interitus. Hebdomadarium. Redii in Prasiacam. Vidi solis et lunæ eclipsin. Darii regnum perambulavi initio facto a Portis Caspiis. Urbs in fluvio sita. Calami ingentes. Aqua amara. Lacus aquæ dulcissimæ. Sesonchosis titulus. Bestiæ castra infestantes. Redii in Prasiacam. Solis et Lunæ arbores fatidicæ. Oraculum ab iis editum. Jam e Prasiaca pergo ad Semiramidis regiam.]

XVIII. Alexander ad Semiramidis regiam venit. Epistolæ Alexandri ad Candacem, et Candacæ ad Alexandrum.

XIX. Candace Alexandri imaginem clam rege sibi procurat. Candaules, Candaces filius, cui Bebrycum rex uxorem rapuerat, ad castra Alexandri defertur. Ptolemæus regem agens Alexandro tamquam Antigono duci jubet, ut illatam Candaulæ injuriam vindicet.

XX. Alexander-Antigonus Euagridem Bebrycum tyrannum bello petens uxorem Candaulæ restituit.

XXI. Alexander-Antigonus cum Candaule ad Candacem proficiscitur. Loca ἔνθεα.

XXII. Candaces regia describitur. Alexander a regina agnoscitur, nec tamen proditur.

XXIII. Alexander magnum periculum prudentia sua effugit. Muneribus cumulatus ad exercitum redit.

XXIV. In reditu Alexander deorum præsentia et convivio fruitur. Ejus cum Sesonchosi colloquium. Serapidis oraculum. (*Hæc cod. C narravit cap*. 21).

XXV. Alexander ad Amazones pergit. Literæ ad Amazones, harumque responsum.

XXVI. Alteræ literæ ad Amazones; Amazonum rescriptum et obsequium. [*C* : Alexander Eurymithræ Belsyrorum regi bellum infert. Viginti duos populos impuros intra Caspias Portas includit.]

XXVII.—XXIX. [*V*: Iter in Prasiacam molestum. Epistola Aristotelis ad Alexandrum.] — [*VAB* : Epistola Alexandri ad Olympiadem. *Cod. C epistolam dissolvit in narrationem historici; deinde capita hujus narrationis in epistola breviore recenset*. Nostra hæc epistola in aliis codicibus aliter adornata hunc in modum :]

[*B*: Iter ad Hypanim fluv. molestum. *Hæc rectius Valerius præmittit epistolæ*.] — [*ABV*: Herculis stelæ. Mare rubrum. Atlas fluvius. Acephali aliaque monstra. Solis urbs. Tanais fluvius. Cyri et Xerxis regiæ et quæ iis insint miranda.] — [*B* : populi impuri ab Alexandro seclusi.]

XXX. Alexandro Babyloniam ingresso fœtus affertur prodigiosus. Unde imminentem regi mortem vates nuntiant.

XXXI. Antipatri de Alexandro tollendo consilia. In convivio rex haurit poculum venenatum.

XXXII. [*A*: Alexander quin in Euphratem se præcipitet a Roxane impeditur. Testamen-

tum scribit. Quid interea Perdiccas et Ptolemæus inter se pacti sint.] [*BC*: Macedonum exercitus præter lectum regis morientis prætereuns.] [*A*: Alexander testamentum apud Rhodios deponendum Orciæ tradit. Testamenti apographum.]

XXXIII. [*C*: Accurrit Bucephalus, lectumque regis lacrimis irrigat.] [*CB*: De provinciarum distributione regis verba paucissima.] [*C*: Bucephalus puerum, qui venenum Alexandro dederat conspicit, comprehensum dilaniat, dein ipse ad pedes regis exspirat.] [*CBV*: Morienti regi signa cœlitus edita.]

XXXIV. [*VCB*: Regem in Perside Persæ, Macedones in Macedonia sepeliendum censent. Rixam componit responsum Jovis Babylonii, quo Memphim corpus deportari jubetur. Eo delatum sacerdos jubet Alexandriam transferri.] [*V*: Ibi corpore in templo Alexandri deposito, Ptolemæus recitat testamentum, *quod eatenus Valerius exhibet quatenus ad provinciarum distributionem pertinet.*]

XXXV. Quot annis Alexander vixerit et regnaverit; quo die sit mortuus, quot vicerit populos. [*AVC*: Alexandriæ urbes ab Alexandro conditæ enumerantur.]

III. DE ORIGINE ET INCREMENTIS HISTORIÆ ALEXANDRI FABULOSÆ.

Accedimus ad eum locum qui est de historiæ nostræ originibus ac incrementis. Hunc autem tutissime et commodissime tractari censeo, si primum eam telæ partem, quam oculis adhuc subjectam habemus, retro resolvamus, ac tum demum conjectando et tenuiora vestigia legendo ad ipsa ascendamus initia. Primum igitur ab antiquissimo codice A et a Valerio proficiscentes paucis exponemus cujusnam generis sint mutationes et additamenta, quæ in codicibus B et C deprehendimus.

Quæ in codice B mutata videmus, maximam partem sunt ejusmodi, ut auctorem prodant, qui fabulosa interdum ad veræ historiæ seriem revocare studuerit. Tribus id exemplis probatur. Ac primum quidem in codice A et apud Valerium expeditio contra Thebas et reliqua quæ in Græcia Alexander egit, eo tempore facta esse narrantur, quo rex ex Italia, Ægypto et a prœlio Issico redux secundam contra Darium expeditionem parabat. Ita autem rem jam ab Alexandrinis auctoribus adornatam esse, inde colligitur, quod Demosthenes, cedendum esse Macedoni civibus persuadens, multis verbis evehit Alexandriam urbem recens conditam et felicitatem Ægyptiorum jussis regis benignissimi lubentissime obtemperantium. Ac probabile est eo ipso consilio Alexandrinum auctorem hanc historiæ partem ad secundæ expeditionis initium ponere maluisse, ut etiam Ægyptiorum exemplo Athenienses ad obsequium Alexandro præstandum inducti esse viderentur. Contra in codice B. statim post debellatos Thraciæ populos Alexander in Græciam proficiscitur, totusque hic locus, in antiquioribus libris uberrime expositus, verbis paucissimis ex veterum historicorum narratione absolvitur, atque adeo criticum se hoc loco auctor ostendit, ut Ismeniæ historiam voce φέρεται in dubium vocaverit.

Deinde codex A et Valerius Alexandrum ex Europa in Italiam transjecisse et in *Lycaoniam sive Lucaniam* appulisse tradunt. Ac hæc quidem ratio, introducta semel expeditione Italica, omnium simplicissima erat. Contra in cod. B (I, 28) Alexander, rebus Græciæ constitutis, in Asiam transit, ad Granicum vincit, Asiamque minorem subigens deducitur usque in Pamphyliam (in regionem *Lycaoniæ* Asiæ proximam). Hinc deinde transfretatur in Lycaoniam sive Lucaniam, ut Valerius dicit, vel uti est in cod. B, primum in Siciliam, deinde in Italiam.

Similiter historiam de Alexandro in Cydno natante codex B (I, 41) cum antiquis historicis ponit ante prœlium Issicum, quum cod. A et Valerius (II, 8) ponant ante pugnam ad Arbela commissam. Sed quoniam posteriore loco cod. B eandem historiam denuo narrat, hinc colligas correctiones illas non ab auctore cod. B, sed ab antiquiore aliquo profectas, deinde ab alio cum prisca adornatione commixtas esse.

Hæc de præcipuis mutationibus, quæ in cod. B occurrunt. Alia quædam minoris momenti silentio prætermitto. Quod deinde additamenta attinet, item seriorem ætatem redolent. Versantur maxime in miraculis Indicis. Hæc enim quum in antiquioribus libris modicis finibus contineantur, posteriorum erant deliciæ, eodemque modo augebantur, quo negligebantur historica illa de originibus Alexandriæ, de rebus Persarum ab Alexandro constitutis, de testamento regis et quæ alia ejusmodi sunt parum jucunda. Etenim quum in codice A et Valerio mirabilia duabus maxime epistolis absolvantur, quæ post narratum bellum Indicum et expeditionem contra Amazones susceptam apponuntur, auctor cod. B jam invenit tertiam epistolam (II, 23 ubi v. not.), quæ quum majorem partem circa gentes orientis ultimi sit, inepto plane loco

statim post narrationem de morte Darii nuptiisque Alexandri intruditur. Ceterum quum in ea complura legerentur eadem atque in prima epistola cod. A, posteriorem hanc deinde in narrationem historicam dissolverunt, omittentes quæ omittenda erant. Porro uti lib. II, 23 nova plane epistola intruditur, sic antiqua illa, quæ legitur II, 27 sqq., in cod. B. augetur narratione de populis impuris (II, 29), quos Alexander munitis Portis Caspiis a reliquis seclusisse dicitur. Apertum hoc Judæi vel Christiani hominis additamentum. Verum etiam in hisce narrationibus omnibus auctor codicis B sobrium se et brevitatis studiosum ostendit : neque enim dubium est quin quæ de iis uberrime tradita accepit in arctius contraxerit : unde factum, ut narratio sæpe sit obscurior maleque cohæreat.

Videamus deinceps codicem C. Is igitur quum fundum narrationis suæ eandem habeat recensionem quam sequitur cod. B, quæ in hoc mutata vel aliunde assumta diximus, præbet et ipse. Reliqua quæ addit vel mutat ex recensione fluxerunt, tum rerum tractatione tum orationis indole ab altera facile distinguenda. Auctor ejus Judæus vel Syrus Christianus fuisse videtur. Ex hocce fonte petita descriptio ludorum Olympicorum lib. I, 20 et quæ ibi de Laomedonte memorantur, expeditio Alexandri contra Scythas et narratio de morte Philippi. In hac quum interfector Philippi non esset Pausanias, sed Anaxarchus, diversa hæc in cod. C ita conjunguntur, ut homo iste sit Παυσανίας ὁ καὶ Ἀνάξαρχος. Simili modo aliis locis in cod. C introducuntur Φίλων ὁ καὶ Βύζας, Φίλιππος ὁ καὶ Πτολεμαῖος, Ὦχος ὁ καὶ Σεσόγχοσις etc. Oratio in his sicuti in reliquis plurimis verbosa et aniliter garrula. Narratiuncularum, quas *Märchen* Germani vocant, colorem habent quæ c. 26 de Darii legatis leguntur, multum illa ab antiquioris historiæ simplicitate recedentia. Præterea hunc locum ita transposuit, ut legati isti advenisse dicantur jam parante Alexandro expeditionem Persicam, atque eo modo minas Alexandri statim sequatur effectus. — Ex eadem recensione deinde arrepta expeditio contra filium *Anaxarchi* Polycratem. Qui ibi memoratur filius Polycratis *Charmedes*, eundem denuo introduci videmus libro tertio, ubi de morte regis (p. 150) et de statua Alexandri (p. 151, not. 4) sermonem facit, ut dubium non sit, utraque ex eodem fonte afferri. — Similiter *Laomedon*, quem Alexander regionum occidentalium regem constituisse narratur (I, 27, p. 26 sq.), eundem auctorem prodit, ex quo Laomedon ludis Olympiis una cum Alexandro certans memoratur. — Hinc igitur etiam petita sunt quæ de expeditione in Italiam et reliquas occidentis terras ad Oceanum usque leguntur, serioris ævi commenta. Ceterum adeo negligens Noster est, ut subjungat his ea, quæ in codd. ABV. de expeditione Italica exstant, ideoque ex parte bis exponat eadem. — Quæ cap. 36 interseruntur de Nicatoria et Antiochia conditis, haud premerem, nisi hæc quoque prodere viderentur auctorem Syrum, quem aliunde agnoscimus. Præcipuam vero operam auctor cod. C navavit narrationi quæ est de orientis mirabilibus. Supra jam monuimus hanc partem in cod. A et V rudem admodum esse, ac duabus epistolis contineri, in quibus non tam referuntur jam narrata, quam nova exhibentur, ita ut epistolæ in historicæ narrationis locum succedant. Codex B auxerat hæc addita alia epistola sed alieno prorsus loco inculcata. Hæc igitur omnia in ordinem redigit simulque novis divitiis thesaurum jam accumulatum donat codex C. Scilicet epistolas cod. A et Valerii in historiæ formam transducit, prima verbi persona in tertiam mutata, servatisque reliquis. Deinde vero novas epistolas excudit, quæ nonnisi summaria rerum narratarum exhibent. Tertiæ autem epistolæ, quam codex B. habet, initium solum retinet, ut quod retineri absque incommodo poterat; reliqua item in historiam convertit, ejusque epitomen in epistolio ad Olympiadem perferendam curat. Ita igitur ex ordine res procedunt. Additamenta autem in hac parte sunt plurima, adeo ut novam plane faciem historia induat. Nam post mortem Darii Alexander pedem refert in Syriam, unde tantam Judaicæ religionis admirationem aufert, ut deinde denuo in Ægyptum transgressus, iterumque condita Alexandria, paganorum deos foras ejiciat, nec alium quemvis agnoscat præter Jehovam. Hæc Judæum vel Christianum redolent longissime. Aliaque ejusmodi complura, quæ enumerare tædet, passim occurrunt. Unde supra de auctore hujus recensionis conjecturam feci. Deinde postquam, Cydno in lacum Ægyptium transformato, Philippi medici historiam, quam semel ac iterum jam narraverat, denuo auctor exposuerat, orientem nobis reserat, videmusque Alexandrum, antequam ad Porum veniret, jam adiisse limina paradisi. Memorabile inter alia illud est, quod de Brachmanibus in cod. C legitur. Præclarum enim exemplum præbent rationis, qua ea, quæ in antiquioribus libris tamquam documenta quædam ad historiam Alexandri pertinentia narrationi subjecta

vel etiam inserta, nec tamen juncta erant, a serioribus ipsi historiæ Callistheneæ incocta sint. Id enim auctor codicis C fecit Palladii opusculo, quod integrum præbet cod. A.—Denique postremam narrationis partem de morte Alexandri ex eadem recensione fluxisse, unde Polycratis historia in libro primo depromta est, paullo ante jam monui. Ac nemo puto non agnoscet nostrum ineptiarum aucupem in præclaris illis de Bucephalo redivivo, domini vindice, ac demum morte sua beatum Argi canis memoriam refricante. Hactenus de textura codicis C.

His igitur accrementis resectis, videndum est de codice A deque Valerio. Nam hi quoque inter se differunt, nisi quod discrepantiæ tanto rariores, quanto propius auctores ab antiquissima historiæ forma absunt. Mitto eos locos, ubi alter altero uberior est, quod alter altero plura vel accuratiora e communi fonte depromsit. Quo pertinent v. c. illa, quæ codex A. (I, 12) habet de Nectanebo partum Olympiadis inhibente usque dum fausta luceant sidera. Hæc enim Valerius Ambrosianus omittit. Quamquam ea omissio nonnisi scribæ codicis esse videtur, nam centones quidam hujus loci supersunt in Valerii cod. Reg. 8519 (Vide p. 11, not.). Ac nescio an similiter statuendum sit de aliis locis Valerii, ubi nunc justo breviora legimus, ut de Alexandriæ originibus (II, 31 sqq.) et de rebus Persarum (II, 21). Certe in universum patet, eundem latinorum Pseudocallistheneæ historiæ quam græcorum librorum esse rationem. Ut ut statuas, eximendus ex hoc genus locis sunt ea, quæ Valerius de testamento Alexandri profert. Hæc quoque multo breviora sunt, quam quæ codex A exhibet, sed non Valerii culpa, verum consilio ejus Alexandrini, quem Valerius expressit. Nam totius hujus loci alia adornatio in Valerio, alia in codice A. De quibus fusius dicemus infra. Alius autem generis sunt loci tres, quos habet Valerius, non habet codex A. Eorum primus est de proavis mythicis Alexandri ex Phavorini Historia miscellanea repetitus (I, 13); cui similis argumento est alter, ubi ex Alexandriade nescio qua recensentur majores Alexandri materni inde ab Achille (I, 42, p. 48); tertio denique affertur Aristotelis ad Alexandrum epistola (III, 27). Qui quidem omnes, quum non solum desiderentur in codice A, sed abesse etiam absque ullo historiæ damno possint, seriorum sunt additamenta, quæ jam Valerius in græcis suis repperit. Cum iisque componendus est Palladii libellus in cod. A et Josephi et Orosii loci qui in Valerii codice Reg. 4880 in mediam Pseudo-Callisthenis historiam intruduntur. Nimirum corrasit quisque et adscripsit quæ ad illustrandam vel etiam ad corrigendam Nostri historiam idonea esse censuit. Neque dubium est, quin eodem consilio in codice Ambrosiano Callistheni jungatur Anonymi Itinerarium Alexandri, cujus locum de Halicarnassi obsidione deque Ada regina etiam cod. 4880 ad Valerium I, 42 in margine adscripsit; neque mirarer si in alio libro idem locus in ipsum verborum contextum receptus legeretur.

His subjiciam, quæ leguntur in codice A., non leguntur apud Valerium, de subacto Musicano aliisque Indiæ regulis, de Aorno petra expugnata, et de Alexandri Mallorum urbem obsidentis facinore (1) et periculo (II, 4), deinde vero de Alexandro, qui morbo fatali correptus in Euphratem se dejecturus erat, et de pactis, quæ Perdiccas et Ptolemæus inierint, dum testamentum rex scriberet (III, 32, n. 1).

Igitur hæc quoque seriorum additamenta esse putaveris. Sed quod posteriorem locum attinet, Valerii silentium omnino nihil probat, quoniam postrema hæc historiæ pars vel ab antiquissimis auctoribus vario modo adornata esse videtur, atque alia ejus recensio codici A, alia Valerio subest. Deinde autem ea quæ de Ptolemæo narrantur ejusmodi sunt, ut optime conveniant Alexandrinorum studiis, quæ tanto clarius elucent, quo propius ad initia historiæ nostræ accedas. Etenim ita habet codex A. l. l.: Ὁ δὲ Περδίκκας ὑπονοήσας τὸν Ἀλέξανδρον καταλελοιπέναι τὰ πράγματα τῷ Πτολεμαίῳ διὰ τὸ πολλάκις πρὸς αὐτὸν εἰρηκέναι ὑπὲρ τῆς Πτολεμαίῳ γενέσεως, ἔτι δὲ Ὀλυμπιάδα εἰρηκέναι φοβερὰν, ὡς ἦν ἐκ Φιλίππου, λαβὼν τὸν Πτολεμαῖον κατὰ μόνας ἐξορκίζει, εἰ γίνοιτο Ἀλεξάνδρου πραγμάτων διάδοχος, μερίζειν τὰ πράγματα αὐτῷ τὰ κοινῇ συγκριθέντα. Τὸν ὅρκον ὑπομείνας Πτολεμαῖος καὶ οὐδεμίαν ἔννοιαν ἔχων ὑπὲρ ὧν ὁ Περδίκκας ὑπενόει, καὶ αὐτὸς νομίζων τὸν Περδίκκαν διάδοχον εἶναι τῶν πραγμάτων,... ὁρκίζει αὐτὸν τὸν αὐτὸν ὅρκον ἐν μέρει. Hæc igitur quin jam in antiquissimis nostræ historiæ exemplaribus locum habuerint, nihil obstat. Major dubitatio esse de altero loco potest. Nam quæ de Alexandro apud Mallos

(1) Pag. 99, not. 11, pro ὑπὸ τῶν μαζῶν scribendum putavi ὑπὲρ τὸν μαζὸν; præstat ὑπὸ τὸν μαζὸν: nam sic etiam Diodorus XVII, 99, 3.

vulnerato codex A exhibet, eodem plane modo legis in Itinerario Alexandri c. 115, p. 167, adeo ut aut alter alterum exscripsisse aut uterque ex eodem fonte hausisse debeat. Porro eadem, etsi brevius, Itinerarii verbis, sed alio minusque apto loco præbet etiam Valerii codex Reg. 4880 (1). Attamen græca nostra e latinis fluxisse per se parum est probabile, contra vero scriptorem Itinerarii præter melioris notæ auctores etiam fabulosam Alexandri historiam ante oculos habuisse patet. Nimirum cap. 119 dicit : *Cujus* (Alexandri) *ne casus prius quam laudium memor sim, ea quoque memorem, quæ per diligentiam laboravit.* Narrat deinde quomodo Alexander *diebus nonaginta* (95 Valer. III, p. 141) *continuis emensa via* ad Herculis stelas venerit, earumque pretium terebro exploraverit. Leguntur hæc initio epistolæ ad Olympiadem (III, 27, p. 139 sq.). Deinde in Itinerario sequuntur : *Verum enim revertens prærupta per loca cœlo inlucido ut juxtim se viantes vix mutuo noscerentur, tandem Thermodonta amnem* ** (Reliqua desiderantur). Quæ quidem etiam propius quam latina Valerii accedunt ad ea, quæ deinceps in codice A leguntur : Ἐντεῦθεν δὲ ἀναζευγνύων δι' ἐρήμου καὶ κρημνώδους χώρας ὑπὸ τῆς ὁμίχλης οὐκ ἦν ἰδεῖν τὸν παρεστῶτα ὅστις ποτέ ἐστιν κτλ. Dubium itaque non est, quin reliqua quoque hujus epistolæ auctor Itinerarii narraverit. Suspicorque ipsam hanc epistolam in causa fuisse, ut totum Itinerarium ab aliquo Pseudo-Callistheni jungeretur, et fortasse primum hoc loco historiæ nostræ interponeretur (sicuti in cod. Valerii 4880 eodem loco longissima excerpta Orosii et Josephi afferuntur), deinde vero ab aliis ad calcem relegaretur, quemadmodum etiam epistolæ in cod. 5819 e narrationis contextu ad finem rejecta videmus. Ceterum ıtari possit Itinerarii auctorem nonnisi epistolam ad Olympiadem ante oculos habuisse, quum ejusmodi epistolæ etiam separatim circumferrentur. Verum id ne nobis persuadeamus, obstant aliæ quædam Itinerarii fabulæ, quas easdem Pseudo-Callisthenes narrat. Sic in utroque legimus Alexandrum venisse ad Paludem Mæotidem (Itin. c. 16, Ps.-Call. I, 44 Val.), porro Olympiadem Amphipolim usque Alexandrum comitatam esse (Itin. c. 18, Ps.-Call. I, 42 Val.). Historia quoque de Aorno petra, cujus proceritudinem fuisse ait stadiorum *quadringentorum* (c. 112), e Pseudo-Callisthene potius quam ex alio quovis auctore fluxerit.

Jam igitur, ubi resecaveris omnia, quæ vel in antiquissimis nostris libris extrinsecus addita esse videntur, sponte nascitur quæstio, num quod restat historiæ corpus tale fere quale habemus inde ab initio fuerit, atque uni eidemque auctori debeatur, necne. Perlustratis autem singulis, eo, puto, adducemur, ut statuamus historiæ nostræ formam antiquissimam, e diversis plane elementis conflatam opus esse Alexandrinorum, apud ipsos vero Alexandrinos complures exstitisse ejus recensiones, quarum vestigia nonnulla etiamnum agnosci possint.

Primum dicamus de variis subsidiorum generibus, quæ auctores nostri in usum suum converterint. — Jam ab antiquissimis rerum Alexandri scriptoribus multa inflatius dicta, multa fabulosa vel narrata vel digito monstrata esse nemo nescit. Verbo memorasse sufficit notissima illa de ortu Alexandri divino, de Amazonibus, de certamine singulari quod cum Poro rex inierit, de Indiæ miraculis, de Antipatri insidiis, de mandatis Cratero datis, de testamento Alexandri et si qua sunt similia. Neque negaverim Pseudocallisthenem nonnulla ex ipso Clitarcho, Onesicrito, Megasthene, similibus depromsisse. Quamquam ea perpauca fuisse puto. Longe plurima atque ea maxime, unde proprium suum historia nostra colorem traxit, ex aliis plane fontibus hausta sunt. Quorum genera distinguere licet quattuor hæc : epistolas, narrationes ἐπιχωρίους quas *locales* dicimus, poemata, declamationes denique rhetorum philosophorumque. De singulis dicam accuratius.

Epistolas clarorum virorum, qui ex antiquitate ad nos pervenerunt, fere omnes suppositicias esse, eodemque loco habendas, quo orationes, quæ scriptis historicis inseruntur, satis constat. Fabri vero epistolarum sophistæ dum in eo omnes operam ponunt, ut orationem huic scribendi generi accommodatissimam adhibeant et ingenia eorum, quorum nomine scriptæ epistolæ, recte exprimant, eo tamen differunt, quod alii historiâ tradita presse sequuntur, præsertim si fallere publicum et coemtores propositum erat, alii vero in sophisticis his exercitiis historiam pro consiliis suis ingenue immutant. Illius generis epistolæ sunt, quibus tamquam optimæ notæ fontibus Plutarchus in Vitis uti consuevit, sicut in Alexandri vita epistolis regis ducumque præcipuorum; quas quidem etiam nunc multi genuinas esse dictitant. Alteri generi

(1) Vide p. 120, ubi pro *urgente hoste* lege *vergente die*; deinde pro (l. *dejectis*) scribe (l. *desuper*); et pro *oppugnantes* scr. *repugnantes*. Ita enim *Itin.* Alex., unde locum ductum esse postea demum vidi.

accensendæ sunt, opinor, quæ in nostra historia leguntur epistolæ Darii ad Alexandrum et ad Darium Alexandri. Harum pleræque merito suo minime carent ac meliora utique tempora sapiunt, ut eas ante historiæ nostræ coagmentationem separatim editas esse persuasum sit.

Aliud epistolarum genus ei consilio inserviebat, ut historiæ fictæ et incredibiles familiaritate commercii epistolici reprehensioni publicæ subduceretur. Qua adornatione auctores similiter sibi cavebant atque illi, qui, sicuti Euemerus aliique reconditarum historiarum narratores, stelarum inscriptionibus aliorumque monumentorum auctoritate se muniebant. Pertinet huc epistola de Indiæ miraculis, quæ sub Crateri nomine circumferebatur. Ita enim Strabo XV, p. 702 : Ἐκδέδοται δέ τις καὶ Κρατέρου πρὸς τὴν μητέρα Ἀριστοπάτραν ἐπιστολὴ πολλά τε ἄλλα παράδοξα φράζουσα καὶ οὐχ ὁμολογοῦσα οὐδενὶ, καὶ δὴ καὶ τὸ μέχρι τοῦ Γάγγου προελθεῖν τὸν Ἀλέξανδρον· αὐτός τέ φησιν ἰδεῖν τὸν ποταμὸν καὶ κήτη τὰ ἐν αὐτῷ καὶ μεγέθους καὶ πλάτους καὶ βάθους πόρρω πίστεως μᾶλλον ἢ ἐγγύς (1). Similes epistolæ de eodem argumento in nostram historiam receptæ et in narrationis historicæ locum substitutæ sunt. Vel serioribus temporibus ejusmodi literæ tamquam peculiaria opera Pseudo-Callistheni jungebantur. Quarum quæ dudum edita est, eadem fere continet atque nostræ, sed plenius et distinctius. Fundus earum sunt narrationes Megasthenis aliorumque qui Indica condiderunt; his deinde ex Paradoxôn scriptoribus, e Plinio, Solino et deinde e fabulis Judaicis et Christianis diversicolor farrago addita est. Megasthenis memoriam præ ceteris revocat epistola (lib. II, 17 sqq.), in qua Alexander a Prasiorum urbe (Palimbothris) iterum iterumque excurrens Asiæ regiones explorasse narratur.

Hactenus de epistolis. Multo majoris momenti sunt narrationes quæ ex studiis populorum, quos Alexander sibi subjecerat, profectæ sunt. Quomodo Judæi Alexandrum ita efformaverint, ut ab Israelis filio nihil differret, e codice C intelligere est. Semina narrationis præbuit Josephus. Verum hæc ab antiquissimis nostris aliena sunt. Tanto clarius ibi elucent studia Ægyptiorum, quæ per totum opus adeo regnant, ut Alexandrinum ejus auctorem nemo non agnoscat.

Etsi enim Alexandria urbs ac regis sepulcrum præ ceteris populis Ægyptios Alexandro sociaverant, non tamen hæc exurere ipsis videbantur ignominiam jugi ab alienigena rege impositi. Rationem vero qua mitigari talia vel dilui possent a majoribus acceperant. Nam quum antea Persarum imperata facere coacti fuissent, nihil iniqui se pati dictitabant; videlicet Cambysem matre fuisse Ægyptium. Ac hæc quidem jam Herodoto (III, 2) narrarunt (Cf. Dinon et Lyceas Naucratita ap. Athenæum XIII, p. 560, E). Quid mirum igitur si simili modo in Alexandri affinitatem se traduxerunt, adeo ut Nectanebi successori legitimo parere viderentur. Ansam commento præbuisse vides fabulam de Olympiadis dracone, quo dei attributo fidem asserebant iis, quæ de divina regis origine humana vanitas et servilis oraculorum adulatio sparserant (2). Neque dubium, quin ipsi æquales

(1) Fortasse etiam alia ejusdem Crateri epistola de fabuloso argumento ad Philam uxorem scripta circumferebatur. Quæ suspicio mihi nascitur e Photii Bibl. cod. 166 (p. 111, b. 3, ed. Bekk.), ubi Antonius Diogenes initio operis sui introduxisse narratur Βάλαγρον πρὸς τὴν οἰκείαν γυναῖκα Φίλαν (θυγάτηρ δὲ ἦν Ἀντιπάτρου αὕτη) γράφοντα. Scripsit autem Balager Diniæ et Dercyllidis fata et errores per terras ultimas; quorum historiam consignatam repperit in sepulcris Tyriis quo tempore ibi cum Alexandro versabatur. Jam vero Balagrum (vel rectius Balaçrum), nescio quem (conjecturas vid. ap. Droysen. *Hell.* I, p. 98, 207), uxorem habuisse Philam, quam anno 323 Cratero, et post hujus obitum Demetrio nupsisse constat, neque traditur neque probabile est. Itaque censeo Βάλαχρος corruptum esse ex Κράτερος, et figmento Diogenis subesse memoriam epistolæ cujusdam de rebus mirabilibus, quæ Cratero tribuebatur.

(2) Ab altera parte mortalem regis naturam explicasse videntur ex placitis doctrinæ, quam Euhemeristicam vocamus. Inter sectatores ejus Arnobius IV, 29 una cum Nicagora Cyprio, aliis, recenset *Leontem Pellæum*. Scripsisse hunc Leontem de mythologumenis Ægyptiorum constat ex Hygino (Poet. astron. II, 20), Clemente Alexandrino (Strom. I, 21 p. 139 Sylb.), Tertulliano (De cor. mil. 7). Porro Augustinus (De civ. d. VII, 27) postquam de Iside et Osiride eorumque parentibus utpote mortalibus dixerat, lectorem relegat ad epistolam quandam Alexandri ad Olympiadem scriptam, in qua rex Leontis *sacerdotis* auctoritate probare studuerit, deos olim homines fuisse. Hæc probabiliter eadem est epistola, in qua, referente eodem Augustino (VIII, 5), Alexander Olympiadi scribit *sibi a Leone quodam antistite sacrorum Ægyptiorum metu potestatis suæ proditum esse qui dii vulgo haberentur, eos homines fuisse.* Quod in his Pellæus scriptor dicitur *sacerdos Ægyptius*, id commentum est fabri epistolarum, ut recte monuit Jablonsky (Panth. Prolegg. XXX.). Ceterum uti patet quæstionem de divinitate Alexandri ex Euhemerismi placitis tractatam in his epistolis esse, sic verisimillimum est idem jam fecisse quem laudant Leontem. Idque pro certo fere posuerim, si verba scholiastæ ad Apollon. Rhod. IV, 262, ubi de Ægyptiis omnium mortalium antiquissimis citatur

Alexandri istam fabulam jam venditaverint. Nam Justinus, qui ejus meminit lib. XIII, 16 (cf. IX, 5), Clitarchum exprimere solet. Eratosthenes vero (ap. Plut. Alex. 3) eandem tangit utpote rem omnibus notam. Quonam autem tempore in dei locum substitutus *magus Nectanebus* sit, accuratius dici nequit. Disertam rei mentionem faciunt Moses Chorenensis (II, 12), Syncellus (p. 256 B. ed. Par. p. 487 ed. Bonn.), Cedrenus (p. 264 ed. Bonn.), Malala (p. 241 ed. Ox. p. 189 ed. Bonn.), Glycas (II, p. 141). Quorum vel antiquissimus Moses Chorenensis opus Pseudo-Callisthenis quale nos habemus, novisse putandus est, etiamsi versionem Armenicam alii auctori adjudicare malis. Hinc igitur nihil proficimus. Plutarchus (Alex. c. 2) narrat Philippum per somnum se vidisse ἐπιβάλλοντα σφραγῖδα τῇ γαστρὶ τῆς γυναικός. Quæ narratio per se Ægyptium auctorem redolet, ac Alexandrina ejus origo clarius etiam apparet, si cum Pseudocallisthene (lib. I, 8), qui sigillo isti *leonis* imaginem insculptam fuisse dicit, comparaveris Stephanum Byz. v. Ἀλεξάνδρεια, ubi propter leonis hanc imaginem Alexandria olim *Leontopolis* nuncupata esse refertur (V. Iasonis fr. 2 p. 160, quo auctore in his usus esse Stephanus videtur). Præterea etiam de *magicis præstigiis* Plutarchus loquitur (1), non ita tamen ut hæc ad nostram historiam transferenda esse liqueat. Porro Nectanebus tamquam vir artis magicæ peritus commemoratur in papyris græcis, monente Letronnio (*Statue vocale de Memnon*, p. 80) (2). Sed hæc quoque ad definiendum tempus, quo orta fabula sit, parum idonea. Verum quum eo consilio sit inventa, ut Alexander regibus Ægyptiis jungeretur, Ptolemæi autem successores Alexandri in Ægypti regno haberentur, in eumque finem Ptolemæum I utpote Philippi filium etiam in familiam Alexandri introduxissent : ipsa res clamat excogitatam Nectanebi fabulam esse regnantibus Ptolemæis, sive illis temporibus quibus vim suam exercere adhuc posset. « Je pense, Letronnius l. l. ait, qu'elle remonte à l'époque des Ptolémées, et qu'elle a été imaginée par les Égyptiens eux-mêmes pour rattacher Alexandre à leurs dynasties nationales. » Porro quum Ptolemæo Philippi filio jungatur commentum de pactis Ptolemæi et Perdiccæ (V. supra p. XVII), secundum quæ uterque ex æquo imperare debebat, consilium autem hujus commenti in eo procul dubio positum sit, ut jus Ptolemæi contra Perdiccam arma moventis tuerentur : hæc ejusmodi sunt, ut sub primis potius quam sub ultimis Ptolemæis inventa esse censeantur. Quod denique fabulam de Nectanebi magi et Olympiadis commercio attinet, monuisse sufficiat similes narrationes de mulieribus, quæ magicis præstigiis deceptæ e diis se gravidas factas esse putaverint, jam secundo ante Christum sæculo in compendiis mythologicis exhibitas esse.

Ceterum probabile est auctores nostros etiam tempora rerum conciliare inter se studuisse. Jam quum Alexander natus sit an. 356 a. C., Nectanebus vero Ægyptum reliquerit an. 341 a. C., Nostri fugam Nectanebi in annum 351 removisse, eidemque anno natales Alexandri assignasse videntur. Idque eo facilius locum habere potuit, quum horum temporum rationes apud veteres auctores mirum in modum corruptæ sint; ac nescio an Alexandrinorum maxime opera turbæ istæ sint excitatæ. Utut est, constat Diodorum (XVI, 51) Nectanebi fugam pessime referre ad Ol. 107, 3. 350 a. C. Cum Diodoro facit Eusebius Hieronymi ed. Scaliger; apud Vallarsium e codd. res notatur ad Ol. 107, 1. 352, et iterum ad Ol. 107, 3; in versione Arm. ad Ol. 108, 1, 348. Deinde vero in Pseudocall. cod. A (III, 35, n. 1.) legimus hæc : Ἐβίωσε μὲν οὖν Ἀλέξανδρος ἔτη λ[β'], ἀπὸ ιε' ἐτῶν ἀρξάμενος πολεμεῖν ἐπολέμησεν ἔτη ιζ'. Malala p. 175 ed. Bonn. Pseudocallisthenem exscribens habet : Ἐβίωσε ἔτη λϛ', ἐβασίλευσε τὰ πάντα ἔτη ιζ'. Igitur si in cod. A verba ἀρξάμενος πολεμεῖν

Λέων ἐν πρώτῳ πρὸς μητέρα, cum Lobeckio (Aglaoph. p. 1000) ita intelligenda sunt ut significent : Leon in libro primo mythologiæ Ægyptiacæ, quod opus matri Alexandri Olympiadi dedicavit. Ceterum de Ægyptiis qui Macedonem nostrum in Osiridem mutaverunt, v. cl. Letronnius : *La statue vocale de Memnon*, 1833, p. 81.

(1) Plutarch. Alex. 2 : Ὤφθη δέ ποτε καὶ δράκων κοιμωμένης τῆς Ὀλυμπιάδος παρεκτεταμένος τῷ σώματι· καὶ τοῦτο μάλιστα τοῦ Φιλίππου τὸν ἔρωτα καὶ τὰς φιλοφροσύνας ἀμαυρῶσαι λέγουσιν, ὡς μηδὲ φοιτᾶν ἔτι πολλάκις παρ' αὐτὴν ἀναπαυσόμενον, εἴτε δείσαντά τινας μαγείας ἐπ' αὐτῷ καὶ φάρμακα τῆς γυναικὸς εἴτε τὴν ὁμιλίαν ὡς κρείττονι συνούσης ἀφοσιούμενον.

(2) Somnium Nectanebi, quo deos rex ipsi iratos esse cognoscit, atque interitus regni Ægyptii portendebatur, exstat in fragmento papyri græci. V. Leemann. Papyri gr. Mus. Leid. p. 122 sqq. Cf. Bœckh. *Manethon*. p. 373 — Quod Lynceus vel potius Lyceas (uti Bœckhius l. l. p. 374 monet) narrat regem Ægyptium ab Ocho superatum ad convivium ab victore vocatum esse, si ad Nectanebum, uti videtur, referendum est, hinc quoque probatur variis modis Nectanebi historiam adulteratam esse.

ita intelligimus ut significent etiam ἀρξάμενος βασιλεύειν (1), annumque 336 a. C. utpote initium regni retinemus : natales Alexandri incidunt in annum 351, ideoque ex Eusebii calculis cum fuga Nectanebi componi possunt. Igitur inter fugam Nectanebi et regnum Alexandri intercederent anni circiter XV. Quibuscum comparanda quæ affert Syncellus p. 269 D, ubi de Vetere, quod dicunt, Chronico Ægyptio verba faciens, ultimam ejus dynastiam finire dicit an. m. 5147 (354 a. C.), ἤτοι πρὸ τῆς Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος κοσμοκρατορίας ἔτη που ιεʹ. Annus primus vero κοσμοκρατορίας Syncello est annus septimus regni Alexandri in Macedonia, sive an. m. 5162 (p. 260 D sq.). Verum cum hoc computo Syncellus l. l. miscet alium a priore distantem annis septem, ex quo Nectanebi finis tribuitur anno m. 5140 (361 a. C.). V. Bœckh. *Manetho* p. 137 sqq., ubi accuratissime hæc exponuntur. Hinc igitur jure colligitur Syncellum accepisse inde a fine regni Ægyptii usque ad regnum Alexandri numerari annos fere XV, dubium autem hæsisse utrum anni isti quindecim usque ad regnum Alexandri Macedonicum an ad κοσμοκρατορίαν ejus pertineant. Quare hæc quoque ad Pseudocallisthenis rationes traduci possent. Hactenus de Nectanebi fabula, cui vereor ne justo diutius immoratus sim.

Alterum caput quod Alexandrinum auctorem luculentissime prodit, de originibus est urbis Alexandriæ. Quod utinam integrum ad nos pervenisset. Nam codex A et Valerius nonnisi uberioris narrationis fragmenta narrationemque a plurimis excerptoribus male contractam exhibent. Quodsi vero apparet primum ejus auctorem fabulosa multa admiscuisse (sicuti illa de ambitu ingenti, quem primo consilio rex urbi condendæ destinasset (2)), porro etymologiarum ineptiis indulsisse, temporaque temere miscuisse : probe nosti hæc quasi innata periegetis atque Κτίσεων scriptoribus esse vitia, quæ arte critica facile absterguntur. Ceterum Alexandrinum se scriptor fatetur I, 31, n. 12 verbis : Καὶ παραγίνεται (Ἀλέξανδρος) ἐπὶ τούτου τοῦ ἐδάφους, et I, 31 extr. ap. Valerium : *Ejusdem mos ad nos usque prolapsus Sacrum inter nostros heroön dicitur.* Cf. I, 33 p. 33 : Ἐποίησεν ἀπέναντι τοῦ ἡρῴου βωμὸν μέγαν, ὃς νῦν (l. καὶ νῦν, *adhuc* Val.) καλεῖται βωμὸς Ἀλεξάνδρου; III, 42 p, 146: *erigitur ædes... quod etiam nunc Alexandri vocatur* (3). Pertinent huc etiam mensium nomina Ægyptia (Τυβὶ et Φαρμουθὶ) in cod. A. I, 32 not. 10 et III, 35 not. 2.

Tertium caput, quod ad Alexandriam proxime pertinebat de sepultura Alexandri in nostris libris absolvitur verbis paucis; olim plenius tractatum fuerit. Ceterum loci quos recensuimus tres de ortu Alexandri, de origine Alexandriæ et de sepultura regis, quasi fundum esse uberioris nostræ narrationis facile concedes. Neque improbabile est exstitisse olim minoris ambitus historias, quibus hæc fere sola uberius exponerentur. Attamen μονόβιβλον quod de vita Alexandri sec. Socratem (H. Eccl. III, 23) Adrias quidam vel Andrias, vel secundum Nicephorum (H. Eccl. IX, 4), qui Socratis locum exscripsit, Alexandrinus quidam (οἱ Ἀλεξανδρεῖς) scripsisse narratur, absque causa idonea ad nostram historiam referri censeo (4). Ut ut est, patet nostræ historiæ non ea tantum

---

(1) Apud Valerium Alexander regnum suscipit annos natus XVIII; in cod. B. annos natus XX, uti historia postulat.

(2) Jam si deinceps cod. A (I, 32 n. 45) Alexandriæ ambitum, qualis revera erat, cum aliis urbibus comparans refert Antiochiam fuisse stadiorum 8, Carthaginem stad. 10, Babylonem stad. 12, Romam stad. 14, Alexandriam omnium maximam stad. 16 : tale quid ab Alexandrino scriptore proficisci omnino non potuit (ut etiam de Valerio loquens monuit Letronnius in *Journal des sav.* 1818, p. 618.); e contrario augeri immodice numeros ab Alexandriæ præcone exspectabas. Quare nisi totus hic locus inepti hominis additamentum est, suspicor mensuram Ægyptiam in *stadia* Græcorum abiisse, sicuti mensium nominibus Ægyptiis Romana nomina substituuntur. Probabiliter vero stadiorum loco memorati erant *schœni*, μέτρον ἄστατον, quod alii 60, alii stadiorum 30, alii aliter definiebant. Schœni duodecim stadiorum 30, optime quadrarent in decantata illa Babylonis urbis stadia 360 vel 365. Ceterum vitium græcis inesse jam Valerius sensisse videtur, qui stadiorum numerum de *longitudine* urbium intelligit, id quod græca nostra minime indicant, neque unquam indicasse videntur.

(3) In græcis p. 151 pro σῶμα Ἀλεξάνδρου lege σῆμα Ἀλ.

(4) Scilicet apud Westermannum in *Pauly's Realencyclopædie* v. *Callisthenes*, p. 14 reperio hæc : *Friedlænder* (*Bibliothèque universelle.* 1818 litt. p. 322 ff. Eundem librum laudat Berger de Xivrey, at virum doctum de Pseudocallisthene ibi disserentem appellat *M. Favre.*) *setzt sie* (sc. *die Entstehung des Textes, welcher jetzt noch existirt*) *mit Beziehung auf Socrates* (Hist. Eccl. III, 23) *bis vor das fünfte Jahrhundert.* — Socrates l. l. in Libanium, qui Christianorum religionem riserat, invehens ostendere studet quam inepta et ridicula sint quæ pagani de diis eorumque oraculis tradant. Relegat lectorem ad ineptas deorum historias in compendiis mythologicis, ut in Peplo Aristotelis, in Stephano Dionysii, in Polymnemone Rhegini. Deinde oracula nonnulla, quibus mortalibus divini honores decernuntur in medium

quæ cum Ægyptiorum terra arctius conjuncta sunt, sed etiam reliqua si non omnia, certe plurima ab Alexandrinis profecta esse. Id enim colligis e lib. II, 39, ubi Alexander de agonibus apud Persas instituendis loquens inter alia dicit: Τόσον οἱ τῶν ἀγώνων ἐπίτροποι ἔστωσαν οἱ ἡμέτεροι Ἀλεξανδρεῖς (*ex Alexandria mea viri Ægyptii* Val.). Eodem facit Alexandriæ laus in oratione Demosthenis (II, 4); porro pertinent huc loci, quibus Alexander cum Sesostride vel Sesonchosi componitur, ut III, 34, 1; coll. III, 17, p. 122; II, 31, p. 86; et II, 24, p. 135, e quo loco simul intelligas jam apud Alexandrinos diversas historiæ nostræ recensiones exstitisse. Nam quæ II, 24 de Serapidis oraculo leguntur aperte non ab eodem auctore profecta sunt, qui eandem rem de Ammonis oraculo refert lib. I, 23.

Præter Ægyptiaca, quæ modo recensui, unum superest caput, quod ab Alexandrinis quidem alienius est, sed item debetur consiliis politicis, quæ patriæ historiæ scriptores rebus Alexandri adhibere solebant. Testamentum dico Alexandri. Quod etsi ex antiquo fonte fluxit, in nostram tamen historiam sero demum illatum esse mihi videtur. Id enim colligo comparata narratione codicis A et Valerii. Scilicet auctor codicis A (III, 33, p. 147) Alexandrum moribundum narrat, dimissis reliquis Macedonibus, coram Perdicca, Ptolemæo et Olcia sive Orcia recitari testamentum jussisse. Post hæc, Ἔστι δὲ, pergit, τοῦ μερισμοῦ τῆς διαθήκης ἀντίγραφον τὸ ὑποτεταγμένον, ὃ ἔλαβε παρὰ Ἀλεξάνδρου Ὀλκίας. Deinde, appositis verbis testamenti, subjicit: Οὐ τοσούτους δὲ βασιλεῖς Ἀλέξανδρος πολεμῶν ἐνίκησε, ὅσους τελευτῶν κατέλειψεν. Ἐβίωσε μὲν οὖν Ἀλέξανδρος ἔτη λʹ κτλ. Omittit igitur omnia quæ apud reliquos de ipsa morte et sepultura regis narrantur, sive quod ea non repperit, sive potius quod omisit, novi documenti interruptione priscam narrationem turbante. Ipsum vero testamentum advenam peregrinum vel eo sese prodit quod cum reliqua historia non concinit, Thebarumque restaurationem jubet, quæ dudum Pseudo-Callisthenes imperarat. Offendit præterea Olcias, homo plane novus, quem in testamenti historia cum Perdicca et Ptolemæo componi, cuique res maximas a rege commissas esse videmus. Jam comparemus Valerium. Is enim post mortem regis primum exponit Macedonum et Persarum altercationem, quam Jovis Babylonii oraculum composuerit; deinde quomodo corpus Alexandri Memphim, hinc Alexandriam transportatum sit, ac tum demum *Ptolemæum* introducit testamentum regis publice recitantem. Testamentum vero idem atque cod. A exhibet, ita tamen, ut priorem ejus partem, quæ ad Rhodios, Olciam, Thebanos pertinet, omittat, ne scilicet incongrua inter se proferantur.

Testamentum apud Rhodios depositum esse præter Nostrum unus tradit Diodorus, neque tamen libro XVIII, quo de mandatis Cratero

---

profert. Inter ea de Alexandro legitur hocce : Τοῦ δὲ Μακεδόνων βασιλέως Ἀλεξάνδρου ἐπὶ τὴν Ἀσίαν διαβαίνοντος, οἱ Ἀμφικτύονες Ἀλεξάνδρῳ ἐχαρίζοντο, καὶ ἀνεῖλεν ἡ Πυθία ταῦτα·

Ζῆνα θεῶν ὕπατον καὶ Ἀθηνᾶν τριτογένειαν
τιμᾶτε βροτέων ἐν σώματι κρυπτὸν ἄνακτα,
ὃν Ζεὺς ἀρίσταις (ἀρρήταισι Val.) γοναῖς ἔσπειρεν ἄρωγον
εὐνομίης θνητοῖσιν Ἀλέξανδρον βασιλέα.

Ταῦτα τὸ ἐν Πυθοῖ δαιμόνιον ἐχρημάτισεν, ὃ καὶ αὐτὸ τοῖς δυνάσταις κολακεύον ἐθεοποίει. Deinde alio simili oraculo de Cleomede pugili relato, addit hæc : Κυζικηνοὶ δὲ τρισκαιδέκατον θεὸν Ἀδριανὸν ἀνηγόρευσαν· αὐτὸς δὲ Ἀδριανὸς Ἀντίνοον τὸν ἑαυτοῦ ἐρώμενον ἀπεθέωσε. Καὶ ταῦτα γέλωτα καὶ φλύαρον οὐκ ὀνομάζει Λιβάνιος, καίτοι καὶ τοὺς χρησμοὺς καὶ τὸ μονόβιβλον ὃ Ἀδρίας (Ἀνδρίας cod. Florent., Ἀλεξανδρεῖς Nicephor. IX, 4) εἰς τὸν Ἀλεξάνδρου βίον ἐπέγραψεν, ἐπιστάμενος· οὐδὲ ἐγκαλύπτεται καὶ αὐτὸν ἀποθεῶν τὸν Πορφύριον, κτλ. Igitur dicit Socrates : « Ista Libanius non censet ridicula esse, quamquam probe novit et oracula modo allata et libellum de vita Alexandri (in quo præter citatum oraculum etiam alia ejusdem in regem adulationis documenta auctor exhibuerit.). Immo tantum abest, ut vilem istam adulationem reprobet, ut ipse potius imitetur eam » De Alexandro Nectanebi Ammonem mentiti filio et de Pseudocallisthenis historia nostra cogitari omnino nequit. Ceterum qui auctor μονοβίβλου fuerit nescimus. Nicephori lectionem Ἀλεξανδρεῖς rejecerunt omnes; Ἀνδρίας vel Ἀνδρέας nomen non infrequens; novimusque Andream Siculum historicum. Pro Ἀδρίας latinus interpres dedit *Arrianus*, recte fortasse. Nam seriorum libri de Alexandro sæpius Arriano, scriptori notissimo, vindicati esse videntur. Exemplo est opusculum de Alexandro Gymnosophistas adeunte, quod Palladius Arriano Epicteteo tribuit. Ad *Hadrianum*, quem Alexandreidem, poema amplissimum, composuisse scimus, etiam μονόβιβλον referendum censuit Lange ad Niceph. l. l., et Sainte-Croix. *Exam.* p. 162 not., ubi hæc : « Après avoir bien médité, et en m'attachant plus au sens qu'à la lettre, j'y vois qu'Adrien, ayant apothéosé Antinous, chercha à s'en justifier par l'exemple d'Alexandre, dans un livre, où il avait rassemblé tous les oracles concernant la divinité du conquérant macédonien. » Rejicienda etiam sententia Valesii, qui legendum putavit Λουκιανόν. « Intelligit, ait, librum Luciani, qui vulgo Ἀλέξανδρος ἢ ψευδόμαντις inscribitur. Quo in libro fraudem et præstigias Alexandri cujusdam Paphlagonis, qui oraculum callide machinatus fuerat, perstringit. » Quod a nostro loco prorsus alienum est

datis et de morte Alexandri sermonem facit, sed data occasione in libro XX, 81 (ad. Ol. 108, 4. 305), ubi belli, quod Rhodii contra Antigonum et Demetrium gesserunt, narrationem exorditur. Ducem Diodorus in Diadochorum historia præ ceteris sequi videtur Hieronymum Cardianum, id quod acuta argumentatione evicit Brücknerus (*Zeitsch. f. Alt.* 1842, p. 253 sqq.). Attamen belli Rhodiorum historiam, quam uberrime Diodorus exponit (XX, 81—100), ex eodem auctore depromi neque Brücknerus affirmare ausus est, neque ego probabile esse censeo. Etenim quum Hieronymum ab Antigoni partibus stetisse ac paullo infensiorem reliquis regibus fuisse compertum habeamus, tantum abest ut ejusmodi quid insit narrationi Diodoreæ, ut Rhodium potius scriptorem res patrias tractantem agnoscere mihi videar. Quod si recte sentio, nomen auctoris ipse Diodorus suppeditaverit. Nam lib. V, 55 sqq. antiquiorem Rhodi historiam Diodorus tradit ex *Zenone* Rhodio (v. cap. 56, 7). Quantopere in ea patriæ gloriæ consulere fabulis novis auctor studuerit, testatur Heliopolis in Ægypto a Rhodiis condita, testantur astrologi Ægyptii, qui omnem sapientiam a Rhodiis item acceperunt (c. 57, 2). Neque alium Zenonem se in suæ ætatis historia ostendisse, verbosa diatribe docet æqualis ejus Polybius (Exc. Val. XVI, 14—20). Is enim quum ῥοπὰς διδόναι ταῖς ἑαυτῶν πατρίσι τοὺς συγγραφέας condonet, Zenonem tamen πατρίδος ἕνεκεν contraria plane rebus gestis tradere, et magis orationis rotunditati quam veritati historiæ studere demonstrat. Hunc igitur Zenonem exprimere Diodorum l. l., ubi testamenti Alexandri mentionem facit, existimo. Verba autem ita habent: Ἐπὶ δὲ τούτων Ῥοδίοις ἐνέστη πόλεμος πρὸς Ἀντίγονον διὰ τοιαύτας τινὰς αἰτίας. Ἡ πόλις ἡ τῶν Ῥοδίων ἰσχύουσα ναυτικαῖς δυνάμεσι καὶ πολιτευομένη κάλλιστα τῶν Ἑλλήνων, περιμάχητος τοῖς δυνάσταις καὶ βασιλεῦσιν ἦν, ἑκάστου σπεύδοντος εἰς τὴν αὐτοῦ φιλίαν προσλαμβάνεσθαι. Προορωμένη δὲ πόρρωθεν τὸ συμφέρον, καὶ πρὸς ἅπαντας κατ' ἰδίαν συντιθεμένη τὴν φιλίαν, τῶν πρὸς ἀλλήλους τοῖς δυνάσταις πολέμων οὐ μετεῖχε. Διόπερ συνέβαινεν αὐτὴν τιμᾶσθαι μὲν ὑφ' ἑκάστου βασιλικαῖς δωρεαῖς, ἄγουσαν δὲ πολὺν χρόνον εἰρήνην, μεγάλην ἐπίδοσιν λαβεῖν πρὸς αὔξησιν. Ἐπὶ τοσοῦτον γὰρ προεληλύθει δυνάμεως, ὥσθ' ὑπὲρ μὲν τῶν Ἑλλήνων ἰδίᾳ τὸν πρὸς τοὺς πειρατὰς πόλεμον ἐπαναιρεῖσθαι, καὶ καθαρὰν παρέχεσθαι τῶν κακούργων τὴν θάλατταν, τὸν δὲ π λ ε ῖ σ τ ο ν ἰ σ χ ύ σ α ν τ α τ ῶ ν μ ν η μ ο ν ε υ ο μ έ ν ω ν Ἀ λ έ ξ α ν δ ρ ο ν π ρ ο τ ι μ ή σ α ν τ' α ὐ τ ὴ ν μ ά λ ι σ τ α τ ῶ ν π ό λ ε ω ν κ α ὶ τ ὴ ν ὑ π ὲ ρ ὅ λ η ς τ ῆ ς β α σ ι λ ε ί α ς δ ι α θ ή κ η ν ἐ κ ε ῖ θ έ σ θ α ι κ α ὶ τ ἄ λ λ α θ α υ μ ά ζ ε ι ν κ α ὶ π ρ ο ά γ ε ι ν ε ἰ ς ὑ π ε ρ ο χ ή ν. Οἱ δ' οὖν Ῥόδιοι πρὸς ἅπαντας τοὺς δυνάστας συντεθειμένοι τὴν φιλίαν, διετήρουν μὲν ἑαυτοὺς ἐκτὸς ἐγκλήματος δικαίου, ταῖς δ' εὐνοίαις ἔρρεπον μάλιστα πρὸς Πτολεμαῖον. Συνέβαινε γὰρ αὐτοῖς τῶν τε προσόδων τὰς πλείστας εἶναι διὰ τοὺς εἰς Αἴγυπτον πλέοντας ἐμπόρους, καὶ τὸ σύνολον τρέφεσθαι τὴν πόλιν ἀπὸ ταύτης τῆς βασιλείας, κτλ. Egregie hæc illustrant testamentum, in quo inter alia ad Rhodum pertinentia, Rhodii ab extero præsidio liberi suique arbitrii esse, verum βραβεύειν εἴ τις τῶν ἐπιμελητῶν ᾖ διαίρεσις jubentur, Ptolemæo autem demandatur ut curam gerat Rhodiorum. Simul autem attendas quam mire hæc cadant in historiam, quam Diodorus l. l. expositurus est. Scilicet quum Antigonus in suas partes trahere Rhodios vellet, hi recusant; dein bello exorto, a Ptolemæo sustentantur servanturque; tandem pace composita impetrant ut αὐτόνομοι sint et ἀφρούρητοι: adeo ut nihil nisi Alexandri mandata reges exsecuti esse videantur. Jam quum severior disquisitio eo nos ducat, ut omnia quæ de testamento Alexandri ferebantur, commenticia esse censeamus (1), nullus dubito, quin Nostra vel circa tempora belli modo memorati a Rhodio aliquo, vel postea ab ipso Zenone sint excogitata.

Missis reliquis, quæ testamentum nostrum misere lacerum disceptanda suppeditat, hoc unum quæro, quinam intelligendus sit *Olcias* ille sive *Orcias*, Cleonices frater, cui testamentum apud Rhodios deponendum Alexander tradisse, et quem Illyriæ regem designasse dicitur. Corruptum esse nomen satis liquet. De Glaucia Illyriæ rege, qui primum in mentem mihi venit, cogitari nequit. Ad verum nomen propius accedere censeo formam Ὀρχίας, i. e. Ἀρχίας. Intel-

(1) Curtius X, 10: *Credidere quidam testamento Alexandri distributas esse provincias; sed famam ejus rei, quamquam ab auctoribus tradita est, vanam fuisse comperimus.* Sancti-Crucius, p. 573: « Au contraire, elle était très-fondée; et Quinte-Curce en serait convenu lui-même, s'il eût réfléchi sur l'intérêt qu'eurent les successeurs d'Alexandre à l'étouffer. » At fieri omnino non potuit, quin id ipsum Curtius legeret apud eos, qui mentionem testamenti fecerunt. Sed de his h. l. disputare longum est. Nunc nonnisi apud auctores aut dubiæ aut nullius plane de his rebus auctoritatis mentio testamenti fit, sc. in Maccab. Hist. I, 1; ap. Am. Marcellin. XXIII, 6; Mosem Chorenens. II, 1; Jornandem De reb. Get. c. 10; Malalam VIII, p. 249. Mitto Persas et Arabes. V. Santi-Crucius, p. 575 sq.

ngendus est Archias, Anaxidoti filius, Pellæus, τῶν ἐν αἰνῃ ἐὼν Μακεδόνων. V. Arrian. Ind. 27, 8; 18, 3; 28, 3; 34, 6. Exp. Al. VII, 20, 17; De Succ. Alex. § 20.

Hactenus de iis, quæ ex studiis historicis sive politicis repetenda sunt. Videamus deinceps de carminibus, quorum reliquiæ in narratione supersunt. Ac primum quidem supra jam citavimus versus de majoribus Alexandri maternis; quod Alexandreidis fragmentum, ab uno Valerio servatum, serius demum additum esse statuimus. Cuinam poetæ sit vindicandum, non liquet. Nimirum de auctoribus, sex vel septem numero, quos Alexandri res cecinisse comperimus, nonnisi tenuissima quædam traduntur. Inter comites Alexandri novimus Chœrilum Iasensem (1) atque Agim Argivum, qui *pessimorum carminum post Chœrilum conditor* appellatur apud Curtium (VIII, 5. Cf. Arrian. IV, 9.). Præterea Anaximenis Lampsaceni circumferebantur ἔπη εἰς Ἀλέξανδρον, quæ spuria esse recte procul dubio censuit Pausanias (X, 18, 5. Vid. Anaxim. fr. p. 34). Attalorum temporibus vindicaverim Arrianum (2). Postea Hadrianus (3) exemplo suo illustri alios complures poetas excitasse videtur. Memorantur Nestor Larandensis (4), Severi imp. æqualis, et Soterichus Oasita, Diocletiani coætaneus. Hic si non ipsam Alexandriam urbem inhabitavit (5), certe ignotus esse Alexandrinis nostris scriptoribus non potuit. Dignus igitur sit, cujus memoriam renovemus. Suidas ita habet: Σωτήριχος Ὀασίτης, ἐποποιὸς, γεγονὼς ἐπὶ Διοκλητιανοῦ. Ἐγκώμιον εἰς Διοκλητιανόν, Βασσαρικὰ ἢ Διονυσιακὰ βιβλίοις δ′ (Cf. Suid. v. Βασσαρικά), Τὰ κατὰ Πάνθειαν τὴν Βαβυλωνίαν, Τὰ κατ' Ἀριάδνην, Βίον Ἀπολλωνίου τοῦ Τυανέως, Πύθωνα ἢ Ἀλεξανδριακόν (ἔστι δ' ἱστορία Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος, ὅτε Θήβας παρέλαβε) καὶ ἄλλα. Inter *alia* illa fuere Καλυδωνιακά, uti liquet ex Tzetze ad Lyc. 486: Ἀγκαῖος ἐπὶ τὸν Καλύδωνιον κάπρον ἐξελθὼν ἀνῃρέθη ὑπ' αὐτοῦ· τὸ δὲ πλάτος τῆς ἱστορίας Ὅμηρός φησι, καὶ Σωτήριχος ἐν τοῖς Καλυδωνιακοῖς λέγει· «Ὁ δὲ Καλυδώνιος σῦς πρότερον περὶ τὴν Οἴτην διατρίβων ὕστερον ἦλθεν εἰς Αἰτωλίαν Ἀρτέμιδος μήνιδι, ὅτι οὐχ ἔθυσεν αὐτῇ ὁ Οἰνεύς» (Eadem iterum tangit Tzetzes in Chil. VII, 102 vs. 773 (6). Hæc igitur si auctoris sui verba accurate Tzetzes reddidit, prosa oratione scripta erant. Addendus iis liber *De rebus patriæ*. Ita enim Stephanus Byz.: Ὕασις, πόλις Λιβύης· λέγεται καὶ Ὄασις, καὶ ὁ πολίτης Ὀασίτης. Ὁ ποιητὴς Σωτήριχος ὁ καὶ τὰ πάτρια γεγραφώς.

Jam quod Ἀλεξανδριακόν, sive carmen de Thebarum excidio attinet, nullus dubito quin magnam ejus partem Pseudo-Callisthenes in usus suos converterit. Videlicet ex poemate fluxisse omnia, quæ lib. I, 46 de Thebis eversis leguntur, admonitione non eget; auctorem vero poematis fuisse Soterichum quum per se probabile sit, tum clarius etiam intelligetur, si titulum carminis, Πύθων ἢ Ἀλεξανδριακόν, cum sententiis nonnullis quæ apud Nostrum leguntur, composueris. Etenim p. 51 inter alia exstant hæc: Πολλῷ δὲ λύθρῳ ἀνθρωπίνῳ κατεβράχη τὰ πρωτοπαγῆ Καδμεῖα θεμέλια... ἔχαιρέ τε Κιθαιρὼν καὶ θρήνοις οἰκείοις καὶ πόνοις ἐπιτερπόμενος. Deinde ubi rex preces Ismeniæ non modo non exaudivit, verum etiam sævis tibicinem verbis increpuit istis: Ὦ παγκάκιστον ἐκλόχευμα Καδμείων,... ὦ τῆς ἐπ' Ἰσμηνοῦ (7) σὺ λείψανον λύπης, atque jussit, ut peragatur excidium, canente tibiis Ismenia: tum vero,

(1) De hac v. Næckium in libro De Chœrilo Samio, p. 100 sqq.

(2) Suidas: Ἀρριανός, ἐποποιός, Μετάφρασιν τῶν Γεωργικῶν τοῦ Βεργιλλίου ἐπικῶς ποιήσας· Ἀλεξανδριάδα· ἔστι δὲ [τὰ] κατὰ τὸν Μακεδόνα ἐν ῥαψῳδίαις εἴκοσι καὶ τέτταρσι· Εἰς Ἄτταλον τὸν Περγαμηνὸν ποιήματα. Magnopere vereor ne aliena Suidas miscuerit. Metaphrastes Georgicorum Virgilii haud dubie distinguendus est ab antiquiore qui Attali res cecinit. Huic adscripserim Alexandriadem, quam fortasse Attalo dedicaverat. Ne putes Arrianum confundi cum Adriano, solenni horum nominum confusione, hoc impedit quod Adriani carmen non potuit complecti libros XXIV, quum libro septimo jam de rebus Indicis sermo fuerit. Ceterum ex Westermanno Βιογρ. p. 70 disco Meinekium de hoc Arriano poeta disserere in Anal. Alex. p. 370.

(3) Stephan. Byz.: Ἀστραία, πόλις Ἰλλυρίας. Ἀδριανὸς Ἀλεξανδρειάδος α. Idem: Σανεία, πόλις Ἰνδική, ὡς Ἀδριανὸς Ἀλεξανδρειάδος ἑβδόμῳ.

(4) Stephan. Byz. Ὑστάσπαι, ἔθνος Περσικόν. Νέστωρ δ' ἐν πρώτῳ τῆς Ἀλεξανδρειάδος **. Intelligo Larandensem poetam, qui scripsit Ἰλιάδα λειπογράμματον et Μεταμορφώσεις φυτῶν καὶ ὄρνεων (Hesychius Mil. et Suidas. v. Νέστωρ; Menander rhet. De encom. II, 4). Ejusdem epigrammata duo exstant. Vid. Jacobs. Anthol. tom. III, p. 54; XIII, p. 9.

(5) Uti Soterichus Alexandrinus, cujus sæpius meminit Plutarchus De mus. p. 1383, 1388, 1401 ed. Didot.

(6) Ad eundem spectare videtur Tzetz. in Prolegg. ad Hes. Opp. p. 13, ubi viros celebres recensens ex humili conditione progressos, postquam Lucianum nominaverat, addit: καὶ οἱ λοιποὶ, ὥσπερ καὶ παρ' ἡμῖν ὁ χρυσογνώμων ἐκεῖνος Σωτήριχος.

(7) Ita enim corrigendum est pro ἐπ' Ἰσμήνης, quod codex præbet.

poeta ait, πάλιν χαίρων ἐπεχόρευε Θηβαίοις Ἰσμηνὸς αὐτὸς αἱματόφυρτος ῥεύσας. Hæc igitur mutuam sibi lucem affundunt. Nimirum Python, ni egregie fallor, Soterichо erat draco, quem in Cithærone ad fontem Ismeni Cadmus olim occiderat. Hanc ob cædem succensebit deus, dolebit eam Cithæron, plorabit Ismenus donec occisor ac prosapia ejus piaculum expiaverint. Quod quomodo sit eventurum nuntiavit procul dubio dei oraculum. Thebas sane, dixerit, condi in fatis est, neque potest impediri quin ad lyræ sonos saxa murorum consurgant. At veniet, etsi sero, ultor injuriæ deique vindex, Alexander, qui muros istos ad musicos item sonos dejiciet; et qui nunc Pythonis cæde pollutus luget Ismenus, tunc gaudio exsultabit sanguine tinctus Cadmeorum. Jam ecce Macedonem, et quæ adventum ejus fatalem portenta multifaria prædixerunt, etc. — Hoc fere modo rem adornaverit Soterichus, fortasse antiquioris poetæ carmen lyricum vel dramaticum imitatus. Semina fabulæ condiderit Clitarchus, quem exprimere solet Justinus, qui lib. XI, 4 Cleadam Thebanum captivum pro civibus orantem introducit. Ibi inter alia leguntur hæc : *Privata etiam regem superstitione deprecatur geniti apud ipsos Herculis : unde originem gens Æacidarum trahat, etc.* Ceterum carmen Ismeniæ, quod in nostris libris mancum et corruptissimum est, supplere et corrigere licebit e codice Laurentiano, in quo (uti refert Montefauconius Bibl. Manuscr. p. 307 A.) hic legitur titulus : *Quibus verbis uteretur Ismenias tibicen coactus ab Alexandro tibiis canere super Thebarum eversione.* Unde simul discimus hæc etiam peculiari libello exhiberi solita esse. Ac talis primum ad nostram historiam accesserit. Ab antiquissimis enim libris poetica hæc aliena fuisse vel eo indicari videtur, quod si nostrum locum exceperis, nusquam poemata in historicæ narrationis locum succedunt. Nam quæ præterea in cod. A poetica leguntur, alius sunt generis, continenturque oraculis atque iis, quæ Nectanebus musa astrologica afflatus canit Olympiadi (I, 12). — Quod historiam de Thebarum restauratione attinet (I, 46), eam a Soterichi carmine alienam fuisse ipsa oratio ad pedestrem exilitatem rediens testatur. Subjecta vero (serius tamen, puto) excidio urbis est, ut conjungerentur quæ ad idem pertinerent argumentum. Unde fit ut Alexander Thebis Corinthum proficiscatur, hinc revertatur in Bœotiam. Scilicet historia in ejusmodi narrationibus ubique locum cedit consiliis poeticis. Iisdem debetur narratio de Alexandri victoria Olympica, ceterarum victoriarum præsagio. Eodem modo Λυσίας, quem tamquam dæmonem malignum nubentes veritæ esse videntur, in scurram mutatur Cleopatræ nuptias turbantem. Sic Pausaniæ facinus ex amoris affectu deducitur, ut romantico, quem dicunt, colore historia ornetur. Alia ejus generis omitto. Simile quiddam subest loco, ubi *M. Æmilius* Romæ in Capitolio Alexandrum coronasse dicitur. Neque enim fasti consulares id nomen suppeditabant, sed a poeta advocatum est, ut Paulo Æmilio, qui Macedones Romanorum imperio subjecit, ex eadem familia consul opponeretur, qui Romanorum nomine olim Macedonum regi jurasset obsequium. Atque hoc quidem commentum sat antiquum esse puto.

Aliud genus fontium, unde nostra historia coaluerit, supra posui declamationes rhetorum philosophorumve, et similia, quæ uno verbo *didactica* dicere licet. Huc pertinent quæ leguntur I, c. 16 de Aristotele discipulos suos interrogante; item quæ (lib. III, c. 6) ab Alexandro Brachmanibus quæstiones propinantur, horumque responsa, quorum nonnulla jam Plutarchus affert (Alex. c. 64), alia complura peculiaribus libellis circumferebantur (V. Ἀποκρίσεις φρονίμων in Fabric. Bibl. gr. XIII, p. 585 sqq. ed. pr.); porro Dandamidis declamationes (III, 11 sqq.), quæ a Christiano aliquo compositæ Arriano Epicteteo tribuebantur. Plura ejusmodi e latinis codicibus una cum Palladio edidit Bissæus. Ac omnino exstitisse apud seriores videntur Alexandri historiæ, in quibus didactica hæc præ ceteris tractarentur, adeo ut totum opus virtutum regiarum quasi speculum esset.

Jam quæ in antecedentibus disputavimus, ita comprehendamus, ut progressus historiæ ad seriem chronologicam revocentur. Ea igitur narrationis pars, quæ ex ambitione Ægyptiorum enata est, jam Ptolemæorum priorum temporibus egit radices. Deinde expeditio Italica e consiliis regis in res gestas translata esse haud ita multo post subactam a Romanis Macedoniam videtur. His vero duabus partibus semel conjunctis, adornatio historiæ, quatenus in duas dispescebatur Alexandri expeditiones, erat delineata. Persica et Indica suppeditarant epistolarum collectiones, quas muco historico conglutinasse sufficiebat. Hæc igitur jam primo ante Christum seculo in unum historiæ corpus conjuncta apud Alexandrinos delitescere poterant. Apud eosdem etiam per sequentia secula duo compages hæc variis modis dilatata est. At quid limi quæque generatio deposuerit dici nequit.

Candaces historiam serius additam esse supra suspicati sumus. Idem fortasse de Amazonum historia valet. Testamentum Alexandri item postea demum receptum est. Quæ deinde a secundo maxime seculo grassari cœperant studia superstitiosa magicæque de lapidibus gemmisque doctrinæ, ad locupletandum miraculorum thesaurum imprimis contulisse consentaneum est. — Initio seculi quarti inseri poterat carmen Soterichi Oasitæ. Iisdemque temporibus fama nostræ historiæ adeo jam percrebuerat, ut fabulas ejus cum severiore historia misceret auctor Itinerarii, æqualis Constantii. Quæ quum ita sint, vix opus est, ut moneamus Alexandrinum, cui si non plurima nostra, certe ea debentur, quæ ad Alexandriam pertinent, omnino non potuisse his temporibus esse posteriorem. Nam supra vidimus ætate ejus adhuc viguisse Alexandriæ templum Serapidis, tumulumque Alexandri superstitem fuisse. « Jam vero constat (Maji verbis utor) Serapeum anno 387 p. C. Theodosii imperatoris edicto solutum esse (Marcellinus Comes in Chronico Timasio et Promoto coss.); divus autem Johannes Chrysostomus (Homil. 26 in epist. II ad Corinth., tom. X, p. 625) Alexandri sepulcrum de medio sublatum ejusque annuam memoriam inter homines exstinctam sua jam ætate testatur. » — Quæ postea inde a Constantii fere ævo nova accesserunt, Byzantinis tribuenda sunt. Inter ea numerandum Palladii opusculum in cod. A, quod versus finem seculi quarti addi potuit. Cur multum ultra hæc tempora removeamus historiæ recensionem quam exhibet codex A, causam non video. Initio seculi quinti Armenius, sive Moses sive alius fuerit, Pseudo-Callisthenem fecisse Armenicum statuitur. Circa eadem fere tempora conditam puto Valerii versionem latinam. De ea Majus (Præfat. ad Valerium) ita : « Omissa græci exemplaris quod periit mentione, si quis interpretis Julii Valerii stilum et quasi formam considerabit, is hunc etiam latinum auctorem intra tertium aut quartum Christiani ævi seculum prorsus continebit. Vocabula enim et elocutio et tota scripti natura (si quid sensu callemus et aure) illam utique ætatem clamitare videntur. » Aliter statuit clarissimus Letronnius (in *Journal des Sav.* 1818, p. 620) : « Il suffit de lire avec attention plusieurs pages de la rhapsodie du faux Callisthène (sc. codicis 1685 sive B), pour s'assurer que le style est très-moderne, et qu'on ne saurait le juger d'une époque plus ancienne que le VIIe ou le VIIIe siècle. Or, s'il est vrai (et nous en doutons à peine) que la version de Julius Valerius soit une traduction libre de l'ouvrage grec, traduction surchargée, comme nous l'avons vu, de quelques circonstances étrangères, il faut bien que cette traduction soit elle-même, non pas, comme l'a cru M. Mai, un ouvrage assez ancien, mais la production pseudonyme de quelque traducteur obscur du moyen âge. Il faut convenir que le style, quoi qu'en dise M. Mai, est presque partout d'une étrangeté très-propre à corroborer cette opinion. » Sane quidem narratio codicis B seculum octavum superare vix potest, immo junior esse mihi videtur. Valerio autem ipsum Letronnium nunc majorem concessurum antiquitatem esse crediderim, quum pateat Valerium non expressisse codicem B, sed græca ante oculos habuisse, iis quæ codici A subsunt simillima. Orationi Valerii fateor multos inhærere nævos, quos in citeriora secula rejiciendos existimaveris; verum si reputes rationem, quæ inter codices Valerii intercedit, facile largieris majorem macularum partem scribarum licentia et negligentia per temporum decursum esse aspersam. Quorum haud paucas vel ejus, quem nos contulimus libri, etsi haud optimi, auctoritate abstergere licuit. Missis autem vocabulorum monstris locisque corruptis vel male contractis, si ad interiorem orationis formam respicis, negari nequit eam et pressam et satis rotundam esse, et rhetoricum quiddam spirare, in iis maxime conspicuum quæ circa epistolas sunt et orationes. Scilicet has aut plane omiserunt seriores aut intactas fere reliquerunt, dum in ipsa rerum enarratione suo quisque ingenio indulgebant. Quapropter nihil adeo impedire videtur, quominus πρωτότυπον, quod latini nostri codices exprimunt, ad finem seculi quarti vel ad sequentis initium referendum esse censeamus. Ceterum quod de versionis depravatione modo diximus, idem multo magis de græcis codicis A valere, tam est manifestum ut demonstratione non egeat.

Superest ut verbo moneamus de auctorum nominibus, quæ inscribere nostris historiis placuit.

Callistheni opus tribuitur in codice B et apud Tzetzem in Hist. I, 323 (de Ismenia tibiis canere jusso); III, 885 (de Candacis historia); III, 550 (de Besso et Ariobarzane Darii percussoribus) (¹). In codice, quem Leon Allatius (*De en-*

(1) Præterea Tzetzes III, 100 narrat quomodo Sesostris ab uno captivorum regum Ægyptiorum de fortunæ in

gastromytho synt. c. 11, p. 423, citante Bergero l. l. p. 190) inspexit, pro Καλλισθένης corrupte scriptum esse videtur Ἀντισθένης. Nam *Pseudo-Antisthenem* auctorem Allatius appellat. Ceterum Callisthenem omnium minime aptum fuisse, cui nostra historia adscribi posset, liquet. At notum Callisthenes et vulgare negotium.

Aristoteles auctor historiæ nominatur in versione Armenica. V. supra p. X not. Ἀριστοτέλης ἐν πέμπτῳ περὶ Ἀλεξάνδρου, qui laudatur ap. Eustath. ad Dion. Per. (V. fragm. rerum Al. præfat. p. V), ab his alienus est; etsi fabulosa Alexandri historia, quæ sub Aristotelis nomine circumferebatur, in causa fuisse potest, cur Arriani nomen l. l. in Aristotelis abiret.

Ptolemæi nomen, si indolem nostræ historiæ spectes, omnium aptissimum erat, quod præfigeretur. Idque factum esse videtur, etsi disertis verbis non traditur. Nimirum in cod. A folium quod initium historiæ præcessit, nunc excisum est. Exhibuisse autem videtur regis Ptolemæi imaginem, quam illustrabant versus qui in antecedente pagina adscripti (non tamen ejus manu, qui codicem exaravit) leguntur hi:

Οὗτος βασιλεὺς ὁ Πτολεμαῖος, ξένε,
ὃς εἶχεν ὠσὶ τάσδε προσκαθημένας
ἄγνοιαν ἀπάτην τε, διττὴν κακίαν (1).

Quæ probabiliter præfixa propterea sunt, quod Ptolemæus auctor habebatur Historiæ Alexandri *fabulosæ et in fraudem hominum confictæ*. Quamquam dici etiam possit versus profectos esse ab Judæo aliquo vel Christiano, qui Ptolemæum suum novit e Chronicis, ubi rex hisce introduci solet verbis: Πτολέμαῖος ὁ Λάγου δόλῳ παραλαβὼν τὴν Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἀπάτῃ πολλοὺς ἐκ τῆς Ἰουδαίας μετῴκησεν εἰς Αἴγυπτον (Syncell. p. 271 C. ex Eusebio). — Cum his cf. quæ Bergerus l. l. p. 193 ait: M. Favre (*Bibl. univ.* VIII, *p.* 335) parle d'une autre histoire fabuleuse d'Alexandre en hébreu. « On dit même, ajoute-t-il, qu'elle renferme plus de détails que celle du faux Joseph. Elle porte aussi le titre d'*Histoire des générations d'Alexandre*. Mais quelques rabbins la regardent comme la traduction d'un ouvrage grec, composé par *Ptolémée*, fils de Lagus. »

Quod denique *Æsopum* attinet, qui tamquam Græcus historiæ auctor laudatur in latinis Valerii, acu rem tetigisse censeo Bergerum l. l. p. 190. « Le nom d'Ésope, inquit, pourrait venir simplement de ce que le roman d'Alexandre se trouve joint dans plusieurs manuscrits aux fables d'Ésope, également répandues pendant le moyen âge. Ces deux ouvrages sont réunis dans le manuscrit grec de la Bibliothèque du Roi n° 1685, dans celui de la bibliothèque du cardinal Ridolfi n° 17, dans celui de la bibliothèque de l'université de Leyde n° 93. » — Idem ib.: « M. Hase soupçonne que ce pouvait être quelque *servus literatus*, comme il y en avait dans presque toutes les grandes maisons de Rome. Ils étaient la plupart Grecs, et *Æsopus* est un des noms qu'ils portaient. »

De *Julio Valerio* nihil constat. Fictum item nomen esse suspicatur Letronnius l. l. De aliis quibusdam nominibus, quæ latinis passim præfiguntur, *Eusebii, Ethici Istri, Solini historiographi*, v. Berger. l. l. Ad nos nunc hæc parum pertinent.

---

constantia admonitus sit. Testes vero historiæ laudantur Ctesias (fr. 3, p. 14, ubi locum exscripsi), Herodotus et Diodorus (qui temere citantur), Dion, καὶ Καλλισθένης, Σιμόκαττος καὶ ἄλλοι. At in nostris Callisthenis libris de his nihil legitur. — Callisthenis locus non nominato fonte exscribitur ap. Tzetzem XI, 97:

Ὁ βασιλεὺς ὁ μέγιστος Ἀλέξανδρος Φιλίππου,
γλαυκὸν τὸν ἕνα ὀφθαλμὸν ἔχειν θρυλλεῖται πᾶσι,
μέλανα δὲ τὸν ἕτερον. Τοῖς ὀφθαλμοῖς τοιοῦτος.
Ἦν δὲ καὶ σιμοτράχηλος καὶ παρατραχηλῶν δὲ,
ὥστε δοκεῖν πρὸς οὐρανὸν ἐνατενίζειν τοῦτον.
τοιοῦτον καὶ ὁ Λύσιππος ἐκεῖνον ἐχαλκούργει.

Cf. Pseudo-Call. I, 13, not. 10.

(1) Paullo infra in eadem pagina alterum carmen habes hocce:

Ὦ ἄναξ ῥωμανὲ τῆς ὅλης οἰκουμένης,
ἀπῆλθες, ἐστράτευσας, ὡπλίσω πάλιν,
ἀλλ' ἀντανῆλθεν ἡ στράτευσις εἰς φόνους
βουλῇ πονηρᾷ τῶν κρατώντων (sic) ἀνθρώπων·
βέβηλος ὥσπερ ἐστερήθης ὀμμάτων,
βίου τε τὴν στέρησιν ὑπέστης ἄναξ·
γελῶσι νῦν ἅπαντες ἐχθροὶ συντόμως
γέλωτ' ἄθεσμον (γέλωτα θεσμὸν cod.), οὐχ' ὅρον κεκτημένον·
ὅστις γὰρ οὐκ εἴωθε γεύεσθαι κακῶν
φέρει μὲν, ἀλγεῖ δ' αὐχέν' ἐντιθεὶς ζυγῷ,
θανὼν δ' ἂν εἴην μᾶλλον εὐτυχέστερος
[ἢ ζῶν]· τὸ γὰρ ζῆν μὴ καλῶς μέγας πόνος·
κἀγὼ γὰρ ἦν ποτ', ἀλλὰ νῦν οὐκ εἴμ' ἔτι (cod. οὐκέτ' εἰμί)
τὸν πάντα δ' ὄλβον ἦμαρ ἕν μ' ἀφείλετο.

ANGELI MAII PRÆFATIO

DE ITINERARIO ALEXANDRI.

Quo tempore imperator Constantius, Constantini Magni filius, bellum adversus Persas summis opibus administrabat, quidam ex iis fortunatis, qui remoti a studiis ambitionis atque a militiæ muneribus vacui, otium et tranquillitatem vitæ sequuntur (Itin. 1), rem dextri ominis atque utilis magisterii se facturum putavit componendo duplici Itinerario duorum principum eodem opere gloriosorum, Alexandri Magni videlicet et Trajani. Sic enim Constantio Cæsari præclarissima exempla objiciebat, eumdemque iis vestigiis sistebat, quæ si persequi posset, bellicæ laudis fastigium sine controversia teneret; ipse autem auctor domestico hoc labore publicorum vacationem officiorum compensabat (Itin. 6.). Jam Trajani Itinerarium, egregium ut credo opus et exoptabile, neque in Ambrosianis codicibus superest, atque arsisse communi videtur incendio; Alexandri vero quod mihi se obtulit, non mediocriter gaudeo. Nam primum in genere historico magnopere mihi placet ipsa ratio et titulus Itinerarii. Equidem, si paulo attentius consideres, hæc est primigenia historiæ natura, ut res nimirum gesta nude ordinateque narretur. Revera si orationes et epistolas et consiliorum explicationes locorumque descriptiones latiores tollas, quid aliud superest de Curtio, aut de Arriano, aut de Xenophonte, vel Livio, nisi quædam vel actorum ipsorum vel agentium hominum itineraria? Sane Thucydidem quo loco res gestas in Græcia a Xerxe fugato usque ad bellum Peloponnesiacum summatim persequitur, cui propius compares, quam Itinerario cuidam Atheniensium rerum? Porro ejusmodi brevitatem quis reprehendat, quum in omni scripto magis offendat nimium quam parum? Fuit autem singularis quodammodo potiorque causa, quamobrem facta Alexandri ad Itinerarii rationem describerentur. Etenim *Macedonum spes*, ut meus inquit Fronto (Princip. Hist. fragm. I), *torrentis modo magna vi ortæ, brevi die occiderunt, quorum unius humanæ prolis ætate imperium exstinctum est.* Incredibilis illa celeritas, qua magnus Alexander terrarum orbem percurrit ac domuit, vix aptiore specie potuit exprimi quam Itinerarii. Præterea quum tot ille regiones cum victore exercitu adierit, qui breviter ejus historiam complecti velit, is haud aliter suo fungetur officio, quam diligenti itinerum notatione. Itaque hoc institutum scribendi de Alexandro, non primitus sub Constantio exortum est, sed jam inde a pervetustis temporibus excogitatum. Diodotus Erythræus, Eumenes Cardianus, Strattisque Olynthius, æquales ut creditur Alexandri, ephemeridas ejusdem, quarum et supersunt fragmenta, concinnaverunt. Itinerarium Alexandri scripserunt item Bæton et Diognetus stationum ejus mensores, ejusque operis reliquiæ laudantur a Plinio atque Strabone. Idem scripserat et Archelaus quidam, uti narrat Laertius: denique et ille fortasse Amyntas quem laudat Athenæus. Tum Nearchi, quem Alexander ad cursum maritimum misit, ephemeridas pæne integras in Indica historia Arrianus exhibet. Nunc insigni felicitate contingit, ut Alexandri prodeat Itinerarium ab homine satis antiquo diligentique confectum, cum tot illa monumenta et subsidia, quibus Alexandri historia nitebatur, nondum ætas consumpserat. Et quidem ipse scriptor (c. 2) sancte testatur, se *non de loquacium numero vilibus usum auctoribus, sed quos fidei amicissimos vetus censura pronunciaret.* Itaque perinde fortasse est ac si Diodoti, Eumenis, Strattios, Amyntæ, Archelai, Diogneti atque Bætonis sive compendium, sive excerptum quoddam legamus, nudatum omni ornatu orationis tamquam veste detracta. Et quamquam cum Arriano plerumque consentit Itinerarium, id tamen ipsa rerum potius veritate, quam sequelæ studio aut imitationis conficitur. Nam quum et Arrianus apprime sit φιλαλήθης, et noster item auctor nihil antiquius narrationis fide habeat, necessaria quadam ratione consequitur, ut sæpenumero assentiantur inter se. Alioquin multi sunt loci, qui satis docent, auctori Itinerarii haud

raro Arrianum neque ad exscribendum neque ad imitandum fuisse propositum (1). Cæterum utriusque auctoris hoc est commune institutum, ut circumcisis omnibus, quæ de Alexandri pueritia atque educatione tradita ab aliis fuerant, bellicam tantum ejusdem expeditionem post Philippi necem scriptis exsequantur.

ITINERARII VERACITAS.

Jam vero quum innumeri historici, quod quisque fere voluisset, in vitam Alexandri olim contulissent, noster quidem auctor grave munus et arduum, ut puto, sustinuit tot scripta purgandi, tantamque libidinem resecandi. Onesicritus, Clitarchus, Callisthenes, Chares, Megasthenes, Duris, Daimachus, Memnon, Hegesias, Æsopus aliique perveteres Alexandri scriptores, portenta litteris commendaverunt. Itaque et Cæsar Julianus res Alexandri poetica licentia ab his exornatas existimavit (2). Ipse Aristobulus, quem tamen Arrianus in paucis miratur, Alexandri res eidem viventi legens, ab eo propter fabulas non sine stomacho rejectus traditur. Quid sequiorum temporem credulitatem seu potius figmenta narrem? Opus nostra ætate præclarum molitus est in Gallia doctissimus Sanctocrucius qui critica copiosaque de scriptoribus Alexandri quæstione instituta multam fabularum atque errorum illuviem detersit, tempora constituit, geographiam restituit, atque illustrissima luce hanc veteris historiæ partem aspersit. Nunc autem gratissimum eruditis fore auguramur, quod priscus auctor Alexandri historiam omni errore purgatissimam afferat. Sane Anonymus (ut cuique prudenti constabit) studium suum ad id potissimum dirigit quod simillimum veri videtur, tantaque specie veritatis scribit, ut prorsus rapiat legentis assensum. Modestia ipsa et candidi professio animi fidem auctori conciliat (Itin. 2). Quam arroganter Arrianus sub initio historiæ ingenium suum et genus et patriam et honores et litteras jactat! Is quidem ob eam ingenii levitatem omnibus eruditis risui est. Ast Anonymus procemium suum miro pudore conspergit. Tum quod externi ingenii nitatur viribus, vir sincerus fateri mavult, ne videatur tacitus aliena surripere. Neque tamen se alienis adfirmationibus, etsi probabilibus, passim venditat, sed et assensum interdum sustinet, et prudentiam declarat his fere verbis *fertur, vel ferunt*, vel *relatum est*, vel *si quis aurem ad fidem dicentis inclinet* : tantaque semper cautione utitur, quanta si testimonium diceret : scriptor sine arrogantia gravis, sine segnitia verecundus. Et ipse (c. 2 et 7) quidem aperte ait, se de re magis quam de verbis laborare; interim vero non mediocrem sapientiam simulatione rudis stili tegit. Hujus certe simplicitas atque ordinata brevitas imitabilis videatur esse existimanti, sed experienti non item. Quis enim pro dignitate admiretur hominem, qui tantas res paucis explicavit chartis, doctis profecto, ut cum Catullo loquar, et laboriosis? quique in tanta scribentium licentia numquam a veritate se abduci passus est, numquam a fide decessit. Omnino (nisi me inventi mei fallit amor) rerum Alexandri scriptorem hunc laudare possum pæne religiosissimum. Quam nimirum ob laudem præponendum etiam hoc in libro curavi, licet in codice post opus Julii Valerii subjungatur. Mihi enim veritas rei cuivis semper prævertenda videtur.

ITINERARII STILUS.

Nunc etsi difficile est stilum et formam (sive χαρακτῆρα ut Græci loquuntur) exponere auctoris nondum publico voto judicati, tamen ut meo more aliquid timide dicam, is mihi quidem videtur ejusmodi, cujus sive latinitatem sive elocutionem docti homines non contemnant, dignusque scriptor qui in litterarum luce cognoscatur. Linguam quidem hujus nemo barbaram dicat, quoniam sæculi quarti auctores adhuc in exemplis latinitatis laudamus : hic autem ante dimidium ejus sæculi scribendi laude cluebat. Porro etsi latina ingenia pressit in pejus imperii

(1) Nemo Anonymi Itinerarium arbitretur Arriani servile quoddam compendium. Arrianus tres filios Pausaniæ cæsos non narrat, Lacedæmonum in Peloponnesiaco conventu aliud responsum refert, nihil de Mæotide ab Alexandro adita narrat, alium copiarum numerum Alexandro eunti in Asiam adjungit, neque Olympiadem Amphipolim usque ducit, neque septem, sed sex Asiæ satraparum meminit, neque Parmenionem, sed Amyntam præmissum ab Alexandro scribit. Atque has varietates sub ipsis historiæ primordiis notare libuit : reliquas plurimas persequi otiosum est. Obiter tamen moneo, sicui vacat, ut conferat Itinerarii cap. 44, cum Arriani, lib. II, cap. 25; Itin. cap. 53, cum Arr. lib. III, cap. 6; Itin. cap. 66, cum Arr. lib. III, cap. 17; Itin. cap. 70, cum Arr. lib. III, cap. 23; Itin. cap. 83, cum Arr. lib. IV, cap. 3. Soporis item, quo Alexander Itin. lib. 34, ante pugnam gravatus dicitur, nulla ab Arriano mentio fit.

(2) Vide orationem I, in Constant. editam Lipsiæ anno 1696, tom. I, p. 10. B.

inclinatio, ita ut scriptorum gradus et genera ipsis distinguantur ætatibus; Constantinianum tamen ævum nondum omnem florem elocutionis infregerat : illa tantum facilitas aureæ dictionis flumenque vocabulorum et quasi spontaneitas evanuerat : poeticis jam pæne tropis, audacioribus verbis, adipata quadam compositione, concisis sententiis, interdum etiam non satis apertis, scriptores utebantur (erat enim fere tempus ejusmodi quum recte loqui putabant esse inusitate loqui) : cujus sermonis quæ facies fuerit ex hoc Itinerario vel in primis intelligi potest. Anonymus enim temporibus suis consuetudinique plane servivit. Itaque et mœstitiam quamdam sequitur orationis, severeque plerumque agit, ac pugnaciter quodammodo scribit. Ammianus certe Marcellinus vix simulacrum sibi aptius hoc historico inveniat. Symmachi tamen, etsi annis aliquantis junioris, mollior mihi videtur et fluentior oratio : neque enim semper, ut quisque ætate postremus, ita linguæ infantia princeps fuit. Verum, ut dixi, Ammianus haud fere se comptius exornat. Nonne Anonymus (c. 1-11) aditum ad opus suum facit illustrem? Nonne Alexandri imaginem satis graphice effingit (c. 13-15)? Nonne ejusdem natationem Tarsensem consecutumque morbum evidentissime narrat (28-30)? Pugnas vero tres ad Granicum (20-23), ad Issum (32-35), et in Causamelis (57-64) sollerter etiam prolixeque conscribit. Quid? Hammonii fani pictura (50-52), nonne hilariter eleganterque laborata est? Besi item persecutionem (69-78), Oxi amnis transmissionem (77), Alexandri luxum atque iracundiam quæ interdum et in amicos detonuit (89-94), alia denique, ut puto, quædam vix tibi Ammianus felicius componeret. Sed ut finem judicandi jam faciam, hic mihi quidem auctor talis est, ut quum alios lego, qui meliore tempore floruerunt, videatur longe inferior : quum autem ipsum lego sine comparatione, non modo feram, verum etiam sensim probem, eoque delecter.

ITINERARII AUCTOR HACTENUS INCERTUS. ITINERARII AUCTOR NEC CHRISTIANUS, NEC INTERPRES.

Unius adhuc mihi capitis reliquam feci vestigationem, quisnam sit videlicet hujus Itinerarii auctor, quem hactenus Anonymum nuncupavi. Primum igitur indicia quædam exponam, quibus si fidas, Julii Valerii opus existimes : tum eadem refutabo, telamque omnem ita retexam, ut plane controversiam in medio relinquam. In codice quidem Ambrosiano post tertium Julii Valerii librum, nullo limite spatiove interposito, immo eadem mediaque in pagina unoque versu scribuntur hæc : EXPLICIT OBITVS ALEXANDRI. INCIPIT ITINERARIVM EIVSDEM. Tum ipsum consequitur Itinerarium. Quem locum videbis in specimine codicis quod ære incidendum curavi. Ea facies codicis et ea verba quemvis facile in eam opinionem pertrahant, ut utrumque opus a Julio Valerio se habere arbitretur. Præterea Carolus Cangius, in Glossario mediæ et infimæ græcitatis, voc. ἐδέλλινος, loco quodam Callisthenis, ut ipse ait, producto, hæc addit : *Æsopus ejusdem Callisthenis interpres, qui et versionem suam Constantio Constantini M. filio dicavit, tamarisci virgam vertit.* Jam vero nisi et Julius Valerius opus suum Constantio dicavit (quod secus videtur), sequitur ut Cangius codicem viderit Ambrosiano similem, in quo Itinerarium Constantio dicatum conjungebatur cum Æsopo, seu Julio Valerio; idemque existimaverit, utrumque opus ad Æsopum (rectius ad Julium Valerium) esse referendum. Quare de Cangii quidem sententia Itinerarii parens videretur idem qui operis in codice præcedentis, nempe, ut nos scribimus, Julius Valerius. Denique et Claudius Chiffletius in vita Ammiani Marcellini ait, huic synchronum fuisse Julium Valerium. Unde id porro cognovit Chiffletius? non aliunde putem, quam ex lecto codice Julii Valerii cum addito Itinerario (cujusmodi codicem habet bibliotheca Ambrosiana), ex cujus Itinerarii (quod item Julii Valerii judicavit) procemio ætatem Julii Valerii collegerit. Sed enim hisce sive indiciis, sive argumentis ego enimvero levissime moveor. Et quod quidem ad codicem Ambrosianum attinet, quoniam in altero opere ad cujusque libri caput et calcem nomen Julii Valerii accurate præscribitur, in Itinerario non item, idcirco vehementi dubitatione deterreor, quominus utrumque opus unius auctoris esse putem. Jam Cangius tot pæne errores, quot verba. Nam Callisthenem dicit qui Æsopus est, Æsopum autem qui est Julius Valerius. Tum fieri potuisse jam monui, ut sive Cangius, sive etiam Chiffletius, fallaci codicis specie decepti, alter quidem Itinerarium tribuerit Julio Valerio, alter ex Itinerario, quem putabat Julii Valerii, hujus ætatem definiverit : ideoque argumenta ex Cangio et Chiffletio a nobis nuper prolata nullam fere auctoritatem præ se ferre videntur. Utrum Julius Valerius tres libros suos ad Constantium scripserit, necne, codex quidem Am-

brosianus, quia caret initio, non docet. Id tamen integriores Julii Valerii codices aliquando definient. Tum vero, si ad Constantium scriptum esse opus constiterit, Cangius et Chiffletius de Auctore Itinerarii non videntur locuti; si minus illud constiterit, Cangii rursus et Chiffletii auctoritas, ut dixi, incerta est. Adde quod Itinerarii non res solum, sed stilus a Julio Valerio satis differre videtur, quod alibi latius disputabo. Ergo Itinerarii, quod nunc editur, auctor hactenus quidem latet. Duo præterea super hoc auctore observare me memini : scilicet ipsum et ethnicis religionibus fuisse obnoxium (1), et hanc lucubrationem non ex aliena lingua ad latinam transtulisse, sed per se conflavisse, quod postremum ostendit, cum dicit, se et pluribus ipsum auctoribus (c. 2), et operi suo nomen Itinerarii sponte indidisse (c. 3). Hæc habui de novi libri auctore quæ dicerem. Nunc jam famigeratum illud, lector optime, mihi liceat usurpare :

....Si quid novisti rectius istis,
Candidus imperti; si non, his utere mecum.

Subjungimus quæ de Itinerario Alexandri disputavit clarissimus Letronnius in *Journal des savants,* 1818, p. 402 sqq.

« Cet opuscule a été connu et cité par Du Cange et Chifflet ; mais personne n'avait pensé jusqu'ici à le publier: seulement Muratori en avait inséré le premier tiers environ dans ses *Antiquitates Italicæ* (2), d'après un manuscrit de la bibliothèque Ambrosienne; ce qui donnerait à penser que ce manuscrit est peut-être celui dont s'est servi M. Mai. Mais, en collationnant l'édition de ce savant avec la portion imprimée par Muratori, nous avons trouvé de si grandes différences, qu'il est évident que ce dernier a eu sous les yeux un autre manuscrit qui aura échappé aux recherches du laborieux éditeur (3).

L'auteur de cet opuscule est inconnu; et les savantes recherches de l'éditeur n'ont abouti qu'à prouver qu'il est bien difficile de le découvrir : mais l'époque à laquelle il a écrit est clairement indiquée par les premières phrases du préambule; d'où il résulte qu'il a rédigé l'*Itinerarium* à l'occasion d'une expédition de Constance contre les Perses (4).

M. Mai pense qu'il s'agit de celle que Constance fit dans la première année de son règne, l'an 338 de J.-C. (*pag.* 1); et plus loin il est obligé de convenir que la rédaction de l'*Itinerarium* est postérieure à l'an 340 (*pag.* 4) : cette opinion présente quelques incohérences. Voici celle qui résulte des faits tels qu'ils nous sont transmis. Les mots *orso feliciter jam accinctoque etc.* (c. 1) montrent clairement que l'anonyme rédigeait son ouvrage pendant qu'on faisait les préparatifs de cette expédition, et immédiatement avant le départ de l'empereur. C'est une donnée qu'il ne faut pas perdre de vue; mais on voit un peu plus bas (c. 4) que Constantin, frère de Constance, était déjà mort; or il est certain que Constantin, frère de Constance, mourut le 9 avril 340 (5). Il ne s'agit donc point, dans le premier passage, de l'expédition de l'an 338; ainsi la guerre de Constance contre les Perses, dont il est question, ne peut être que la seconde, qui date de l'an 345; c'est à cette année qu'il faut rapporter la rédaction de l'*Itinerarium.* Quant au passage, qui suit (6), l'induction chronologique que M. Mai veut en tirer ne nous paraît pas fondée. « Constance, dit-il, naquit « en 317 de J.-C.; Alexandre a vécu trente-deux « ans : donc, à moins que notre auteur n'ait « voulu donner qu'un à-peu-près, cet écrit a « été rédigé en 349, c'est-à-dire, la 32e année » du règne de Constance. » Ce n'est pas là, selon nous, ce qu'entend l'anonyme; il ne s'agit point du temps qu'a vécu Alexandre : l'auteur compare l'âge de Constance, au moment de son expédition, avec celui qu'avaient Alexandre et Trajan lorsqu'ils ont entrepris la leur; il veut flatter l'empereur, et lui faire croire que, de ces deux célèbres conquérants qui avaient porté leurs armes contre les Perses, l'un ne le surpassait pas en sagesse, et l'autre n'était pas plus jeune que lui; deux éloges à peu près aussi

---

(1) Confer certe Itinerar. capp. 4, 12, 48, 50, 51, 55, 97, 114.

(2) Tom. III, p. 957, C et suiv.

(3) M. Mai, comme l'a déjà observé l'auteur d'un très-bon article inséré dans la Bibliothèque universelle (mars 1818) n'a point su que Muratori avait imprimé ce fragment, qui, sans doute, lui aurait donné l'idée de chercher dans la bibliothèque Ambrosienne le manuscrit dont Muratori a fait usage.

(4) Dextrum admodum sciens: ..... cum amore succubui. On voit également ... que l'anonyme avait aussi composé un *Itinéraire de Trajan*...... Espérons qu'on le découvrira quelque jour.

(5) *Annal. Baron. ad ann. J. C.* 340.

(6) *Quoniam ætas quoque alterius.... quo vincis ætatem,* cap. 8.

justes l'un que l'autre; car Constance n'était pas tout à fait un Trajan, et Alexandre n'était âgé que de vingt-deux ans lorsqu'il passa l'Hellespont, tandis que Constance en avait vingt-huit (1).

Dans ce préambule, l'anonyme ne donne aucun renseignement précis sur les auteurs qu'il a copiés ou extraits; il n'en cite même qu'un seul, Varron; encore n'est-ce que pour établir une sorte de parallèle entre la position de Varron avec Pompée et la sienne à l'égard de l'empereur; à cette occasion, il donne (c. 6) sur l'ouvrage de ce savant romain, intitulé *Ephemeris navalis*, des détails plus circonstanciés que ceux que nous possédions jusqu'ici. Du reste, il se contente en général de dire qu'il a consulté les auteurs les plus dignes de foi (c. 2); et quand on le compare avec Arrien, on voit qu'il a particulièrement suivi cet historien; sa marche est à peu près la même; en certains endroits il semble le traduire, partout ailleurs il ne fait que l'extraire. Nous ne présenterons donc pas à nos lecteurs l'analyse de cet *Itinerarium*.

De même qu'Arrien, l'anonyme a passé sous silence l'entrevue d'Alexandre avec le grand-prêtre Iaddus; on peut en conclure, ou qu'il n'avait point connaissance de l'ouvrage de Hécatée d'Abdère, ou qu'il n'a point jugé à propos de faire mention de cette entrevue, parce qu'il n'était pas chrétien. En effet, tout prouve, comme l'a remarqué le savant éditeur, que l'anonyme était demeuré attaché au paganisme, ainsi que la plupart des historiens de ce temps.

On ne peut toutefois s'empêcher de reconnaître qu'il avait sous les yeux d'autres écrivains, puisque son récit offre des circonstances dont Arrien n'avait point fait mention. Ainsi cet historien n'a point dit qu'Olympias, mère d'Alexandre, accompagna son fils jusqu'à l'embouchure du Strymon: *Eo usque a matre deductus accitur ad gloriam* (§ 18). Il n'a point dit non plus, et nous ne croyons pas qu'on trouve ailleurs, qu'Alexandre, à son avénement au trône, fit périr les trois fils de Pausanias, assassin de son père (§ 12). Sans parler d'autres différences peu importantes, nous remarquerons que, selon l'anonyme, Alexandre, dans son expédition en Thrace, poussa ses armes jusqu'aux Palus-Méotides (c. 16). Ce serait là, il faut en convenir, un fait remarquable; malheureusement il n'offre aucun caractère de probabilité. Arrien, si précis et si exact sur tout ce qui concerne cette expédition, dit bien qu'Alexandre poursuivit les Gètes, les Illyriens au delà de l'Ister; mais ce ne fut qu'une très-courte excursion; et, *le même jour*, Alexandre rejoignit son camp. L'anonyme dit de même qu'Alexandre fit au delà des Palus-Méotides, une excursion d'un jour, *eodem die regressus ad suos;* d'où l'on voit qu'il n'a fait que transporter aux bords de cette mer le théâtre du combat qu'Alexandre livra contre les Gètes au delà du Danube; et l'on ne saurait douter qu'il n'ait puisé ce fait dans un des nombreux romans sur Alexandre, puisqu'on le retrouve dans l'ouvrage de Jul. Valerius, traduction de l'ouvrage du faux Callisthène, comme je le prouverai dans un second article. Il en est de même d'un prétendu voyage aux colonnes d'Hercule, dont il est fait mention dans les deux derniers paragraphes de l'*Itinerarium*. Quoique le savant auteur cherche à rendre ce voyage moins invraisemblable, en montrant qu'il peut être question des colonnes d'Hercule sur les bords du Pont-Euxin (2); ce n'est pas moins un conte, que J. Valerius a reproduit (*lib.* III, § 81); les romanciers ont transformé en une expédition réelle une expédition simplement projetée (Curt. X, 1, 17).

Mais un fait curieux pour l'histoire de la géographie se trouve consigné dans une courte phrase perdue au milieu d'une description de l'Inde, fort embrouillée (c. 110); il résulte de cette phrase que la mer Érythrée aurait été appelée *Hippalum* (ou *Hippalicum*) *mare*. Nous savions bien, par le témoignage combiné de Pline (VI, 23) et de l'auteur du Périple, que la mousson qui portait directement du cap Syagrus à Patala s'appelait *Hippalus*, du nom de l'intrépide marin qui l'avait connue le premier; mais personne n'avait encore dit que la reconnaissance pour cette heureuse découverte avait été jusqu'à faire donner à la mer Érythrée elle-même le nom d'*Hippalus*. Comme ce fait, d'ailleurs très-vraisemblable, n'est pas de ceux que les compilateurs et abréviateurs inventent, on ne peut douter que l'anonyme ne l'ait trouvé consigné dans quelques-uns des auteurs dignes de foi qu'il dit avoir consultés.

(1) Constance était né le 13 août 317; il avait donc vingt-huit ans en 345, époque de la seconde expédition contre les Perses.

(2) Servius ad Æneid. XI, v. 262.

ΚΑΛΛΙΣΘΕΝΗΣ

Ἱστοριογράφος ὁ τὰ περὶ τῶν Ἑλλήνων συγγραψάμενος. Οὗτος ἱστορεῖ Ἀλεξάνδρου πράξεις *.

ΒΙΒΛΙΟΝ Α'.

ΚΕΦ. Α.

Διήγησις ὡραία καὶ διάταξις πολεμικὴ Ἀλεξάνδρου βασιλέως Μακεδόνων, υἱοῦ Φιλίππου καὶ Ὀλυμπιάδος (1).

Ἄριστός μοι (2) δοκεῖ γενέσθαι καὶ γενναιότατος Ἀλέξανδρος ὁ Μακεδὼν, ἰδίως πάντα ποιησάμενος (3), συνεργοῦσαν αὐτῷ εὑρὼν ἀεὶ ταῖς ἀρεταῖς τὴν πρόνοιαν· τοσοῦτον γὰρ (4) ἐν ἑκάστῳ τῶν ἐθνῶν πολεμῶν (5) καὶ μαχόμενος διήγαγε (6) χρόνον, ὅσος οὐκ ἤρκει τοῖς βουλομένοις τὰς πόλεις ἀκριβῶς ἱστορῆσαι (7). Τὰς δὲ Ἀλεξάνδρου πράξεις καὶ τὰς ἀρετὰς τοῦ σώματος αὐτοῦ καὶ τῆς ψυχῆς, καὶ τὴν ἐν τοῖς ἔργοις εὐτυχίαν καὶ τὴν (8) ἀνδρείαν ἤδη λέγομεν, τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τοῦ γένους αὐτοῦ ποιούμενοι, καὶ τίνος πατρὸς ἦν υἱός. Ἀπατῶνται γάρ οἱ (9) πολλοὶ λέγοντες αὐτὸν εἶναι Φιλίππου τοῦ βασιλέως (10) υἱόν· οὐκ ἀληθὲς δὲ τοῦτο· οὐ γὰρ ἐκείνου ἦν παῖς, ἀλλὰ τοῦ Νεκτανεβῶ λέγουσι τοῦτον εἶναι οἱ σοφώτατοι τῶν Αἰγυπτίων, ὅτε τῆς βασιλικῆς τιμῆς ἐξέπεσεν (11). Οὗτος ὁ Νεκτανεβὼς τῇ μαγικῇ τέχνῃ ἔμπειρος ἦν, καὶ τῇ δυνάμει ταύτῃ χρώμενος, πάντων τῶν ἐθνῶν τῇ μαγείᾳ περιγενόμενος εἰρηνικῶς διῆγεν. Εἰ γάρ ποτε τούτῳ δύναμις ἐπέλθῃ

* In cod. A titulus : Βίος Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος (καὶ πράξεις addit cod. Leid.); cod. C nihil nisi : Βίος Ἀλεξάνδρου. || Cap. I. 1. Capitum argumenta adscivimus e cod. C. Absunt in A B. || 2. μοι om. B; in seqq. C : δοκεῖ καὶ γενν. γενέσθαι Ἀλ. ὁ Μακεδόνων βασιλεύς. || 3. πονησάμενος C. || 4. γὰρ om. B. || 5. πολεμῶν om. C. || 6. διῆγε C. || 7. βουλομένοις τοὺς ἄλλους ἀκριβῶς ἰσώσασθαι. Ἀλλ' ἀκριβῶς ἱστορήσαντες τὰς Ἀλεξάνδρου πράξεις κτλ. C. || 8. τὴν om. C; mox id. υἱὸς ἦν. || 9. οἱ om. C. || 10. τοῦ βασ. Φιλ. B. || 11. οὐκ ἀληθὲς... ἐξέπεσεν] Hæc noster in brevius contraxit. Cod. C ita : ὅπερ οὐκ ἀληθὲς, ἀλλὰ τοῦ Νεκτεναβῶ ἐκ τῆς Φιλίππου γυναικός. Τὸν δὲ τρόπον τῆς γενέσεως αὐτοῦ οὐκ ἀληθεύουσιν ἱστοροῦντες τούτου υἱὸν γενέσθαι. Οἱ γὰρ σοφώτατοι τῶν Αἰγυπτίων, θεῶν ὄντες ἀπόγονοι [καὶ τὰ τοῦ Νεκτεναβῶ ἱστοροῦντες], οὐρανίους ἀστέρας ἀριθμήσαντες, γῆς καὶ θαλάσσης μέτρα καταλαβόντες, ἔδοξε τούτοις μὴ λανθάνειν οὐδέν. Λέγουσι γὰρ ὅτι ὁ Νεκτεναβὼ τῆς βασιλικῆς τιμῆς ἐξέπεσε, καὶ μαγικῇ δυνάμει χρώμενος καὶ ἀστρονομίας ἀκριβῶς ὢν πεπαιδευμένος, ὥστε διὰ μαγικῆς προγνώσεως γινώσκειν πάντα, καὶ πάντων τῇ μαγείᾳ περιγινόμενος τῶν ἐθνῶν εἰρηνικῶς διάγειν. Εἰ γάρ ποτε κτλ. Inde a verbis οἱ γὰρ σοφώτατοι τῶν Αἰγ. incipiunt cod. Paris. 1711 (quem lit. A signamus) et cod. Leidensis 93. Hujus prima capita exscripsit vir clar. Julius Berger de Xivrey. in *Notices d. Manuscr.* tom. XIII, p. 220. Eadem et paullo plura jam dederat Berkelius ad Stephan. Byz. v. Βουκεφάλεια (p. 480-483 ed. Lips. 1825). Utriusque codicis narratio e communi promanavit fonte. Quod ut intelligatur, simulque aperiatur ratio quæ hisce libris cum codd. B et C intercedat, exordium narrationis exhibebo sec. cod. A, interposita lectionis varietate, quam præbet codex Leidensis : Οἱ σοφώτατοι Αἰγύπτιοι, θεῶν ἀπόγονοι, γῆς μέτρα καταλαβόμενοι, θαλάσσης κύματα ἡμερωσάμενοι (καθημερωσάμενοι Leid.), ποταμὸν Νεῖλον διαμετρησάμενοι (π. N. διαμετρ. om. L.), οὐρανοῦ ἀστροθεσίαν διαψηφισάμενοι (ψηφισάμενοι L.), παραδεδώκασι τῇ οἰκουμένῃ, ἐπὶ στρατείας ἀλκῇ λόγου, ῥύσεως μαγικῆς δυνάμεως (παραδεδ. τὴν οἰκουμένην ἐ. στρ., ἀρχῇ λόγου ῥύσεως, μαγικῆς δυν. L.; locus luxatus. Fuerit tale quid : παραδεδώκασι σφίσι τὴν οἰκ. οὐχὶ στρατείαις s. ἐπιστρατείαις, ἀλλὰ ἀλκῇ λόγου καὶ γνώσεως vel φύσεως μ. δ.). Φασὶ γὰρ τὸν Νεκτανεβῶ (Νεκταβὼ L.), τὸν τελευταῖον τῆς Αἰγύπτου βασιλέα, μεθ' ὃν ἡ Αἴγυπτος ἐξέπεσεν τῆς τοιαύτης τιμῆς, τῇ μαγικῇ δυνάμει πάντων περιγενέσθαι. Τὰ γὰρ κοσμικὰ στοιχεῖα λόγῳ πάντα αὐτῷ ὑπετάσσετο· εἰ γὰρ αἰφνιδίως πολέμου νέφος ἐπεληλύθει, οὐκ ἔσκυλλεν τὸ (ἔσκυλε στρατ. L.) στρατόπεδον, οὐδὲ ὅπλων πομπεύματα, οὐδὲ σιδήρου ἀκονήματα, οὐδὲ πολεμικὰ (ἀκ. οὐδὲ πολ. om. L.) μηχανήματα *· ἀλλ' εἰσήρχετο εἰς τὰ βασίλεια καὶ ἐλάμβανεν χαλκῆν λεκάνην (cod. A ubique λαικάνην), γεμίσας (ἐμπλήσας L.) αὐτὴν ὕδατος ὀμβρίου· καὶ ἔπλανεν (l. ἔπλαττεν ex L.) ἐκ κηροῦ πλοιαρίδια μικρὰ καὶ ἀνθρωπάρια, καὶ ἔβαλλεν αὐτὰ εἰς τὴν λεκάνην, καὶ ἔλεγεν ἀοιδὴν, κρατῶν ἐβεννικὴν (ἐβεννίνην L.

LIBER PRIMUS.

E cod. Reg. 5818.

I. Ægypti sapientes sati genere divino primi feruntur permensique sunt terram ingenii pervicacia et ambitum cœli stellarum numero assecuti. Quorum omnium Nectanabus prudentissimus fuisse comprobatur; quippe qui quod alii armis, ipse ore potuisse convincitur. Denique mundi elementa ei parebant, adeo ut, si motus bellicus ei immineret, non exercitum, non machinamenta Martia moveret : quin potius ingressus aulæ penetralia regiæque secreta, ibi se solitarium abdebat, invecta secum pelvi. Quam dum ex fonte limpidissimo impleret, ex cera imitabatur navigii similitudinem, effigiesque hominum illuc collocabat. Quæ omnia cum supernatare cœpissent, mox moveri ac vivere visebantur. Adhibebat etiam et virgulam ex ligno ebeni et per incantamina loquebatur, quibus vocaret deos superos inferosque. Sicque laborabat pelvi naviculam mergi.

πολεμίων (12), στρατόπεδα οὐκ ηὐτρέπιζεν (13) οὐδὲ ὑπερασπιστὰς ἔσκυλλεν (14) εἰς παρατάξεις πολεμικὰς (15); ἀλλὰ τιθεὶς λεκάνην ἐποίει λεκανομαντείαν, καὶ τιθεὶς ὕδωρ πηγαῖον εἰς τὴν λεκάνην (16) ταῖς χερσὶν αὐτοῦ ἔπλασσεν ἐκ κηρίου πλοιάρια καὶ ἀνθρωπάρια κήρινα· ἐτίθη δὲ εἰς τὴν λεκάνην, καὶ ἐστόλισεν (17) ἑαυτὸν στολὴν προφήτου, καὶ (18) κατέχων ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ ῥάβδον ἐβελινὴν (19) καὶ στὰς ἐπεκαλεῖτο ὡσανεὶ τοὺς θεοὺς τῶν ἐπῳδῶν (20), καὶ τὰ ἀέρια πνεύματα καὶ (21) τοὺς καταχθονίους δαίμονας. Καὶ τῇ ἐπῳδῇ ἔμπνοα ἐγίνοντο (22) τὰ ἀνθρωπάρια ἐν τῇ λεκάνῃ, καὶ οὕτως ἐβαπτίζοντο (23). Εὐθέως δὲ, βαπτιζομένων αὐτῶν, τὰ ἐν τῇ θαλάσσῃ ἀληθῆ πλοῖα τῶν ἐπερχομένων πολεμίων διεφθείροντο (24) διὰ τὸ πολύπειρον εἶναι τὸν ἄνδρα τῇ μαγικῇ δυνάμει (25). Ἐν εἰρήνῃ οὖν διετέλει αὐτοῦ τὸ βασίλειον.

ΚΕΦ. Β΄.

Ἔνθα οἱ σατράπαι Νεκτανεβῷ προσελθόντες εἶπον, πλήθη πολεμίων ἐπέρχεσθαι αὐτῷ διά τε γῆς καὶ θαλάσσης. Ὁ δὲ θαῤῥῶν τῇ αὐτοῦ μαντείᾳ κατέγνω αὐτῶν.

Χρόνου δὲ ἱκανοῦ γενομένου ἐξπλωράτορές τινες (1), οὕτω καλούμενοι παρὰ Ῥωμαίοις, κατὰ δὲ Ἕλληνας (2) κατάσκοποι, παρῆσαν τῷ Νεκτανεβῷ νέφος πολὺ πολεμίων ἀπαγγέλλοντες (3) αὐτῷ, ἀναριθμήτων ἀνδρῶν μαχητῶν στρατόπεδα (4). Καὶ προσελθὼν τῷ Νεκτανεβῷ ὁ στρατάρχης αὐτοῦ εἶπεν αὐτῷ (5)· « Ζῆθι βασιλεῦ, παραπεμψάμενος νῦν τοὺς εἰρηνικοὺς πάντας τρόπους ἐπὶ τὰς ἐν πολέμοις παρατάξεις γίνου ἕτοιμος· μέγα γὰρ νέφος (6) βαρβάρων ἐπίκειται ἡμῖν· οὐ γὰρ ἓν ἔθνος ἡμῖν ἐπέρχεται, ἀλλὰ μυριάδες λαοῦ· εἰσὶ γὰρ οἱ ἐπερχόμενοι ἡμῖν Ἰνδοὶ, Εὐωνυμῖται (7), Ὀξύδρακες, Ἴβηρες, Καύκωνες (8), Ἀελλόποδες (9), Βόσποροι, Βα-

ῥάβδον, καὶ ἐπεκαλεῖτο τοὺς ἀγγέλους καὶ θεὸν Λιβύης Ἄμμωνα· καὶ οὕτω τῇ τοιαύτῃ λεκανομαντείᾳ τὰ ἐν τῇ λεκάνῃ πλοῖα [supple e codd. B et C : ἐβάπτιζε, καὶ εὐθὺς ἐβαπτίζοντο τὰ ἐν τῇ θαλάσσῃ ἀληθῆ πλοῖα] τῶν ἐπερχομένων πολέμων (πολεμίων corr. Berger.), [adde καὶ οὕτως] ἀπολλυμένων ἀνθρώπων, (ἀνθρωπίων L.) περιεγένετο· τὸ δ' αὐτὸ καὶ ἐπιτήδεια [sic : l. ἐποίει κατὰ τῶν διὰ] γῆς ἐρχομένων ἐχθρῶν (τὸ δὲ αὐτὸ καὶ [κατὰ] τῶν διὰ γῆς ἐπερχομένων cod. L.). || 12. πολέμων B. πολέμου C. || 13. addit C : μηχανήματα πολεμικὰ οὐ κατεσκεύαζεν. || 14. ἔσκυλεν C. *defatigavit.* vocem tuentur etiam A et Leid. Addita εἰς π. (pro ἐν π.) movisse Bergerum videntur, ut mallet ἔστελλεν. || 15. εἰς παράταξιν πολεμικὴν C, qui addit : ὀλίγον δὲ στρατὸν ἐξυπηρετοῦντα ἐκέκτητο, καὶ τοῦτον διὰ [suppl. τὸ τὰ] κυνηγέσια καὶ τοῦ [l. τὸ] τὰς βίγλας (*vigilias*) φυλάττειν καὶ ἐξυπηρετεῖν αὐτὸν ἐν τῷ παλατίῳ. Deinde concinnius quam cod. B habet sic : Τοὺς δὲ ἐπερχομένους κατ' αὐτοῦ ἐν τῷ πολέμῳ ἀπελογεῖτο τοιῷδε τρόπῳ· τιθεὶς λεκάνην (καὶ) ἐν αὐτῇ ὕδωρ πηγαῖον ἔχεεν, καὶ ταῖς χερσὶν αὐτοῦ πλάττων ἐκ κηροῦ πλοιάρια καὶ ἀνθρωπάρια, ἐτίθη ταῦτα εἰς τὴν λεκάνην κτλ. || 16. λεκάνην, καὶ ταῖς χ. B : delevi καὶ; mox abundat κήρινα. || 17. ἔπλασεν C. ἐστόλησεν B. || 18. καὶ addidi e C. || 19. sic C. ἐβελλινὴν B. || 20. τῶν Αἰγυπτίων C. Mox καὶ ἀέρια B, τὰ ἐναέρια C. || 21. καὶ om. C. || 22. ἐγίνοντο τὰ ἀναίσθητα ἀνθρ. C. || 23. καὶ οὕτως ἐβάπτιζε τὰ πλοῖα ἐν τῇ λεκάνῃ C. || 24. τὰ ἐν τῇ θαλάσσῃ.. διεφθείροντο assumsi e cod. C; τὰ ἐν τῇ θαλ. πλοῖα καὶ τὰ πολέμια τῶν ἐπερχομένων αὐτῷ ἀπώλοντο B. || 25. τῇ μαγικῇ ἐπιρροίᾳ (ἐμπειρίᾳ?) καὶ δυνάμει C., addens deinde : Ὁμοίως δὲ καὶ εἰς τὸν τῆς ξηρᾶς λαὸν κατ' αὐτοῦ ἐπερχόμενον τοιῷδε τρόπῳ ἐποίει· καὶ οὕτω ἀπώλοντο ῥᾳδίως.

VII. Modo indicio sim, quam illi viam fortitudini straverint, quæ tibi nunc pro omnium salute carpenda est. Neque enim ego hic elegantiam sermonis affecto, cui de commodo usus ipsius laboratur : cum sit felicitas major tali in opere versanti, præisse quod prosit, quam conposuisse quod placeat : ut quo segnitior fuerit dicti simplicitas, hoc et fidei plus et luminis habeat enarratio; quippe quoniam in talibus veritas palmam rapuerit eloquentiæ : quæ ubi arte protegitur, scriptor pro actore laudatur.

VIII. Sed mihi hic et materiæ parilitas blanda est et germanitas spei de te scripturo potiora tum Alexandri gloriis, tum Trajani, quibuscum tibi sane commune est fatalem hanc belli lineam tangere : quoniam ætas quoque alterius nunc penes te est, alterius vero consilium, quo vincis ætatem.

IX. Quippe Alexandro illi interim sic æquabere : magnus ille cognomine, tu vero maximi filius : eadem fere natus terræ sub parte, eodem atque ille (1) ducis exercitum numero militum par, sed melior examine : eandem ulturus injuriam es, sed disparis contumeliæ.

X. Ex quo jure sane sit præsumendum, quod æquali omine militans pari potiare fortuna : hactenus socius exemplo, ceterum pro merito felicior. Siquidem (1) deo præsidi acceptiora sunt vota quæ fas et modestia concepit, quam quæ efferis moribus inconsulta arrogantia rapit.

XI. Ille sibi soli vicisse gloriatus factusque in amicos sævior, quo felicior fructu victoriæ, calluit ob id tumultuatos (1); saluti vero Romanæ tu militans, ei mox imperio contendens ætate, cujus te gloriæ inmortalitas comitabitur. Etenim ne tibi tantis ac talibus occupato ultra obloquar, hinc exordium faciam.

PROSAPIA ALEXANDRI.

XII. Alexander, natus Olympiade, generis Æacidarum, patre ambiguus fuit, Jove Hammone tali de sobole et (1) Heraclide Philippo conpetente. Sed ubi Philippo successit, eumque ultus est, Pausania cæso cum tribus filiis, quod hi præsidentem Ægensi theatro Philippum interemissent; fundato protinus imperio Macedoniæ, omnique in jus suum artibus (2) regiis Peloponneso quæsita, consensu cunctorum in Persas ducere exercitum meruit, solis id modo Lacedæmoniis rennuentibus, non merito indigni, verum pudore posthabiti (3) sui nominis (4) : quoniam imperium sola res est, cujus pretium periculis æstimatur.

XIII. Quibus Alexander deditus ætatis anno vicesimo, ut se tanto apparatui idoneum faceret, legit militem voluntarium ac sibi voto conpetentem : non numero uberi, verum viribus alacritatisque usibus animatissimum. Etenim quoniam id esset commodius, sese in exemplo ponebat. Quippe ipse visu arguto naribusque subaquilinis fuit, fronte omni nuda plerumque, quamvis pinguius fimbriata de exercitio ob vehementiam equitandi, cujus id arbitrio dabat, ex quo reclinam comam jacere sibi in contrarium fecerat : idque agebat decorius militi, quam si deflueret.

XIV. Statura juvenis mediocris, membris exsuccior, sed quæ nullas ferventi moras adferret : quod plus usui quam contemptui lenocinaretur. Crebrioribus quippe musculis tuberascens, miris nervorum cœtibus intendebatur. Pernix cursu quo vellet, et vehemens impetu quo minaretur (1); nimius tormento jaculandi, conlineare (2) quem destinasset peritus, fervens irruere quo audendum, constans excipere qui confideret, eminus certus, comminus violentus, eques improvidus turbidusque, pedes interritus pervicaxque.

XV. Multus ad imperia difficultatum, onerosior tamen exempli proprii irritamentis : quoniam bono opere præveniri pudibile ducebat, juventæ munus e corpore alacriter petens. Ipse barbæ acutæ durior et cetera candidus, et quæ sibi sane quisque rectius consulat, aut ipsi certe imperatori vel militi velit. Quippe ego tibi Alexandrum dixerim, tu te videto. Nam nec blandiri proposui, et nolo videri auribus gratiosus, ubi oculis judicare de te tuis omnibus licet (1).

XVI. Is igitur magnus usu sibi Peloponnesi vires

IV. *jussio* C. || 2. *functus* C.
V. 1. *viventium* C.
VI. 1. *ergo* C.
IX. 1. *inde* C.
X. 1. *siquidem quoniam* C.

XI. 1. *tumultuatus* C.
XII. 1. *aut de* C. || 2. *arcibus* C. || 3. *posthabitum* C. || 4. *numinis* C.
XIV. 1. *miraretur* C. || 2. *continari* C
XV. 1. *lucet* C.

viritim oppidatimque multa benivolentia pigneratus est. Thracas quoque animo variantes impigre subegit ab Orbelo monte qui imminet Philippis urbi Philippeæ (1), Hæmo continuus ad Istri ostia : eximque cum, mari dextro perque Euxinum militans, Mæoti transmissa, jam remeans Gothos irruisset, eos quoque superat bello, die eadem regressus ad suos : tum Dacas (2) Mœsosque et Illyrios Dalmatasque omnes justis prœliis superat componitque, et Thebas Bœotias diruit tumultuatas.

XVII. Itaque iter in Asiam auspicanti nuntiatur Orpheos musici statuam plurimum sudavisse : idque laboris fore ingentis indicium (1) litteratis laudes ejus cantantibus dictum. Quo magis ortu veris Hellespontum proficiscitur, mandata imperii Macedonici tum Peloponnesi Antipatro procuratione sub sui nomine : nec plus suorum quam peditum X equitumque comitatus V milibus proficiscitur.

XVIII. Agmen vero ceterum et auxilia circa gentium classi vehebantur belli usibus divite, quæ Amphipoli in Strymone in ancoris (1) erat. Eo usque a matre deductus acuitur ad gloriam. Ita nobilitas et in feminis periculis est amica. Igitur ipse per Abderam Maroniamque tum Hebrum et Melanam amnes, classis vero circuitu omni XX die Seston uterque adpulere, Abydumque transmittunt, et diis heroibus, qui apud Ilium, litant, ubi hasta humi fixa omen sibi facit Asiæ bello quærendæ quam Persa miles ea tempestate possidebat.

XIX. Exim præmittit Parmenionem et Attalum duces, qui satrapas VII omnem Asiam prætendentes irritamentis a sese diducerent spargerentque : quoniam primo conflictu de summa belli decernere, priusquam suos in hoc erudisset, Alexander declinabat. Sed enim satrapæ notam ignaviæ declinantes quam in se scirent a rege supplicio punitum iri, ubi de Alexandri adventu comperere, apud flumen Granicum congreges locant castra : quod is Granicus Idæis (1) conriviis repens præcipitio montano descendens ruensque impetu plusquam agmen navale : quo (2) sperato segnius venerat eminus (3) Macedo.

XX. Res vero erat Barbaris ceu secura, Græcis ardua, amnem tantæ latitudinis et torrentis profundi, abruptis utrimque ripis, adversum aciem evadere, quæ multiplici numero gregatim sparsis obsisteret. Nihilominus ubi suos quoque Alexander velut ex pari obviaturos sub luce conposuit, paulisper moratus, itidem ut digesta acies erat æquali fronte, vadum evincere incitat.

XXI. Ita res belli audaciane an vero fortuna plus sua *peragatur*, haud pronunties exemplo præsentium. Ubi ordo quippe tot alvei milibus obtentus armatis, incerta sub soli validitate (1), divina (2) fortuna vix tamen profundo sese vultu liberi (3) dexterisque emersissent mutuo adminiculabundi : mox eis erat scutum levare, tela imminentium fundere (4), prærupta littoris complanare, trudere infestantes. Tum quisque evaserat prior, vim cavere, sequentes educere, ordines struere laborabat.

XXII. Satis tamen constat, hic quoque laudis palmam penes regem fuisse. Dirigens quippe Alexander ante omnis cornu dextrum scandensque littus obviam, cum in sese duces hostium excivisset, ferventius bello usus, dampno militiæ periclitabatur. Namque ubi ei hasta præfracta est, dum circumspectat suos dumque sibi porrigi aliam petit, irruenti Mithridati, qui gener Dario regi erat, telum quod accepit intorsit. Quo protinus strato, etiam tunc et in hæc intento a tergo supervolat Spyridates, libraveratque jam acinacem post galeam cæsam brachium bellantis Alexandri petiturus; ni viso Clitus id faceret quod minabatur.

XXIII. Eis cæsis, aditus bellantibus datus et virtutis exemplum reliquis insequentibus. Nec (1) denique fuit mora transitui, prœlio (2) ita non multo post debellato, internicione hostibus cæsis (nisi pauci qui studio fugæ arma propere abjecerant) captisque (3) aliis, quorum plerique Athenienses Persis precio militabant : quos quidem ferro vinctos Macedoniæ rura *colere* jubet. Utrimque cæsos humat (4). Prædæ pleraque jactans gloriæ matri transmittit.

XXIV. Igitur hac belli fortuna in confidentiam consequentium (1) eruditus, Lydiæ Sardis et reliquas recepit Asiæ civitates aditu indemni, Persis navale bellum frustra temptantibus, quoniam terrestribus undique sumptibus aut præsidiis arcebantur. Fuit tamen Alexandro etiam Halicarnassi anceps bellum, quam, obsidione vix cœpit et diruit : propiciatus hinc [post] reginæ, cui mox reddidit regnum ejus urbis, ab eaque se filium dici dignantissime pactus est (2).

XXV. Exim Lyciam ac Phrygiam suas facit : cumque ageret Phaselide, audit Aeropi filium novare adversum se res velle, hortatu Darii, Asinæ internuntio, ut si is magnum Alexandrum oppressisset, regno ejus uteretur, additis sibi auri talentis mille et amicitia Persarum : quod is Alexander Aeropi, interfectoribus Philippi conscius, heredis ejus clementiam callidam suspectaret : et est creditu facile quod conscientia opinatur ad sui meritum. Ea ergo

XVI. 1. *urbe Philippea* C. || 2. *Dahas* C.

XVII. 1. *inditis* aut *inclitis* C.

XVIII. 1. *in Strimone incoris* C; *Strymonis in litore* correxit Majus. *Strymone ancoris* Letronnius.

XIX. 1. *Granicusa dœis* C. || 2. *in quo* C. || 3. num *exercitus?* Majus.

XXI. 1. *validi* C. || 2. *divinæ* C. || 3 *vultu liberi idexterisque* cod.; *vultu modo liberi* dedit Majus, quo nil sanatur; *vultu* fortasse erat *vortice*, aut latet *suffultu corporum* vel tale quid. || 4. *retundere?* Maj.

XXIII. 1. *hæc* C. || 2. *quæ prœlio* C. || 3. *captisve* C. || 4. *utrique cæsos humant* C.

XXIV. 1. *inconsequentium* C. || 2. Verba *Fuit tamen Alexandro... pactus est* scriba cod. Reg. 4880 in margine ad Julii Valerii lib. I. c. 42. (p. 48 ed. nostr., ubi vid. not.) notavit. Pro *hinc post reginæ* ibi est *hinc reginæ*, *pus* (*pius?*). *Adæ* nomen desideramus.

reprobata, ex consilio hominem amolitur, Pergenque Pamphyliæ protinus transit.

XXVI. Hinc Aspendiis condicione imperata, cum Side tenderet, neque Aspendios obsequentes jussis audisset; regressus eos captivavit transitorie. Tum itinere mutato Pisidiam (1) una cum exercitu repedans, reniti ausam invitamque obsequiis Sagalassum expugnat urbem monte munitam : perque Sagarim Phrygiæ amnem Euxinum venit. Eoque de Macedonia sibi eques pedesque miles adhærescit viribus quam numero magis : quo auctus protinus per Bithyniam et Galatiam tum Cappadociam, superato Tauro Tarsum Ciliciæ venit *multo* labore (2), urbem sibi pæne fatalem ex hac periculi facultate.

XXVII. Arsames satrapa magna cum manu bello in se etiam tunc paratus ferebatur, adhuc (1) Ciliciæ potens. Eo usque (2) Alexander, ut ei mos erat, armis gravis peditem suum pedes ipse in acie comitabatur. Sed enim aufugerant qui armabantur *ab* Arsame.

XXVIII. Ipse ubi Tarson invehitur, sudore et pulvere miles decens, labore et honore regali, Cydnum amnem videt urbis ejus media pervadere, cœtu civium coronatum, mundum facie, acutum frigore, nimium agmine, festinummeatus, ripis virentem (1) : delectatusque tali elemento seu fluento, victus æstu ac desiderans frigoris, an ut fortitudinem sui inuentium civium theatro lactaret, saltu pontem fluminis scandit, una clypeo loricaque et (2) telo cum casside, inque amnem sese translatus alacri saltu præcipitat, ejusque omnem, retentans arma, latitudinem natat. Ita interpretatus (3) est regiæ fortitudinis formam ex se militi dare qui sese jactaverint.

XXIX. Sed minores animo corporis ei vires fuere sustinendæ injuriæ. Calens quippe omnis ac vaporatus, hausto fluminis frigore penetrabilius utique quo rarior (1), tantos febrium sibi contractu nervorum vapores excivit (2), ipsis vitalibus vi frigoris ebriatis, ut spe bona medici laberentur, ni amore in eum diligentiores fuissent.

XXX. Tum quidem fertur illud specimen extitisse Alexandri virtutum ad amicitiam memorabile. Philippus medicus alvo ejus incitandæ potum parabat. Id Parmenion æmulus Philippo venenum noxium dicens, litteris regem uti letali prohibebat. Quas ubi Alexander hausturus excucurrit, chartam medico legendam dans, ilico ipse poculum stringit, unaque vitium morbi et calumniæ diluit : docuitque, amicitias probatas secundam non recipere deliberationem.

XXXI. Post id magnæ curæ Alexandro fuit Ciliciam quoque omni hostium interpellatu purgare. Jamque Mallon urbem adpulerat Ciliciæ non ignobilem, cum Darius ei adnuntiatur omni cum belli apparatu abesse bidui viam (1). Quæ res Macedonas itinere præversos tantum in belli ardorem spe præsumptæ victoriæ levat, ut ipso biduo gravarentur mora et tædio.

XXXII. Issum denique uterque concurrunt, aciemque angustis loci faucibus struunt. Atque hic sane operæ pretium foret, si modo suscepta opera pateretur, referre in milites utrimque regalia incitamenta : ut hinc Græcis ultionis necessitas dicta sit et sui dignitas et præjudicia fortunæ; at contra Persis adrogantia ventilata : cum summa utrubi fuerit, vitam illic relinquendam unde non victoria sequeretur.

XXXIII. Quamvis Alexander Hammonis numine, ut paterna sui procuratione, in spem uteretur militis creduli : quoniam res (1) securis dei altero tanto justius antistat, et eruditio fit audaciæ confidentia præjudicii, accedente (2) ad commodum sui quod hosti illic de loci lege ad emolumentum peribat, cujus DC milia bellatorum in parte vigesima numerabantur : verum conditio situs vires æquaverat, in faucibus loci æquis frontibus concurrentibus.

XXXIV. Hic ego (1) facinus auditu dignum non prætermittam in loco ponere. Quippe Alexandrum ferunt, ubi pernox aciem suam voto conposuit stipavitque securior laterum; adeo post id pingui somno soporatum, ut adulto jam die hosteque propinquante vix ducibus excitaretur. Quæsitumque ab eo et quid causæ esset, quod sub illo discriminis tempore curæ plenus adeo solito diutius ac profundius cubitavisset? eumque dixisse lætiorem : Sane non frustra, quod insperata sit copia sibi hostium data, securum factum acie disposita pro sententia.

XXXV. Postque id ipsum dextrum cornu duxisse in confertissimos Persas : et Thessalos equites mox insecutos ac minaces maxime hostium globos ilico discidisse, acrique impetu agmen ad amnem Pinarum trusum in terga vertisse : plus multitudine sui hostibus quam metu fugave turbantibus. Ipse denique mox Darius curru relicto et in curru insignibus regiis, ægre illi fortunæ eximitur. Affectibus (2) quoque in tentoriis regiis hosti relictis : dolori dedecorique *quæ* spolia tam fœda quam bello non necessaria : matre et conjuge comitantibus filiabusque duabus et filio. Opum tamen ejus minus opinione illic inventum, quoniam pleraque festinans Damasci commendaverat. Alexander tandem (3) victor ad Darii epulam et tentorium subit : isque finis bello fuit.

XXXVI. Insequenti Alexander die, etsi gravi femoris saucius vulnere, obiit tamen cunctos, et quisque desideratus uti sepeliretur et Persa ex pari jubet : quisque vulneratus ut curaretur, donatis his regie, quorum in bello ipse commilitio fortitudinis testis erat aut socius difficultatis.

XXVI. 1. *Pisidia* C. || 2. *laborem* C.
XXVII. 1. *ad hæc* C. || 2. *eosque* C.
XXVIII. 1. *ipsis virenie* || 2 *vel* C. || 3. *interastes* C.
XXIX. 1. *ratior* C. || 2. *exivit* C.
XXXI. 1. *via* C.
XXXIII. 1. *re* C. || 2. *accente* C.
XXXIV. 1. *ergo* C.
XXXV. 1. *ægregiæ* C. || 2. *effectibus* C. || 3. *tamen* C.

XXXVII. Audito tamen captarum Darii mulierum (1) ululatu, quibus visa arma Darii vel currus opinionem cæsi regis adferebant, exisse ad eas (2) fertur et honorifice vidisse, regieque observari jussisse. Ubi additur, Hephæstiona una cum vidissent indiscretius cultum (3), de auctu corporis melius opinatas, ipsum pro Alexandro salutasse. Sed enim errorem hunc matre Darii erubescente, dixisse regem, nihil eam erroris ejus pænitere debere : in utroque enim se Alexandrum salutatum.

XXXVIII. Darius tamen collectis ex fuga ferme ad IIII milibus equitum, Euphratem petit insequentibus interponendum. At enim Alexander præcoque properans, Cœle conposita ejusque urbibus confirmatis, Pœnicis quoque Syriæ res invisit, et Stratona Gerostrati filium qui Persis navalibus præerat, supplicem recipit libenti cum venia suum factum. Ab eo aurea corona coronatus Aradum (1) multasque sibi alias adhibet civitates.

XXXIX. Ibi Darii sumit supplices litteras se culpa purgantis, neque belli causas ab se ortas, verum lacessitum obviasse. Quæ utcumque res fuerit sese nunc quæsere matrem sibi affectionesque restituat, quarum pretium facere auri talenta X milia.

XL. Verum Alexander refert : Si præcedentium memor sit, belli fortunam Persarum merito inclinasse : frustraque nunc offerri sibi ceu si sint dubia quæ jure Martis jam sua sint una ipso qui largiatur. Darius vero si velit reabse fortunæ parere victorisque nosse clementiam, quid quæso interest ut manu ita et moribus sponte se (1) dedat? Neque pæniteat sui ni bellum mavelit.

XLI. Hisce responsis, Damascum capit obnisu levi opum conditorium Persicarum. Tum legatos intercipit Thebanorum et Spartanorum (1) Dario blandientes, sibi iniquos. Neque in eos inmitius consulit gentium jure, sed dans modestiam tempori.

XLII. Tyrum tandem (1) veniens, sacrificare Herculi voluit, quod secus incolæ æstimantes, internuntiis cæsis, causas belli sibi et excidii peperere. Arceri quippe rex aditu dolens, urbem obsidere instituit. Ea Tyros insula etiam tunc erat haud procul continente, adeo ut facile sibi Alexander vindicaret, quod adgestu jacto eam urbem terræ continuet. Inque id protinus e Sidone naves acciuntur, unaque his Gerostratus rex Aradi venit, relicto satrapa Autophradate et Medica amicitia : Pœnices quoque et Rhodii Soliique vecti classibus suis et una Mallonii Cypriique utiles bello navali Lyciique (2) adfuere, adgregatis etiam ex Macedonia navibus ac militibus. Justo jam denique apparatu opus cœpit : triduo facile laboratur. Hinc (3) machinamentis admotis disjectisque muris et internicione incolis cæsis, obtimates tamen pauci in Herculis templo reperti honore numinis sospitantur.

XLIII. Hæc dum Tyri geruntur, Darii legatio revenit ceu si auctione regni pausam malis præsentibus petens pretii delinimento lucrique additamentis livens gloriæ conpetitioni, quo pars major mortalium vincitur : nam virtus in paucis est. Quippe ad decem milia talentum auri pro matre et filiis uxoreque sponsa jam pridem addebat quidquid utrique regno possidendum limes Euphratis dispesceret (1) ac muniret a se datum iri cum filiarum una quam sibi victor nuptiis delegisset ad fidei religionem.

XLIV. Hæc adeo ampla videbantur, ut Parmeniona sit relatum, se sane dixisse si ipsus (1) Alexander foret, oblata petiturum : responsumque a rege, se quoque si Parmenion foret oblaturum. Renuntiari denique Dario jubet inscientiam sui (2) ridere, quæ omnis est sua, partem malle (3) quam universitatem. Nam de ejus filia, ni temperare sit pulchrius, copiam non morari : sibique ipse si consulat, sensurum (4) coram nosse victoriæ modum quisque noverit vincere. Hic Darius pace desponsa parando rursus bello incubuit cunctis suis viribus.

XLV. At vero Alexander Palæstina sibi integrata, ire Ægyptum destinat. Sed enim Gazan Batis Eunuchus advorsum transiturum armaverat, quod ea urbs suggestu ardua, harenis circa perpinguibus, ut humectis satis subsidiis, vallaretur : valida muris, difficilis accessu, ambitu maxima. Quare quoniam ad gloriam arduis res amicior quo (1) difficilior spes, hoc ardescere rex inpensius, rimarique laudem de moliminis difficultate.

XLVI. Igitur et accessus adgestu solidatur, et bellum jam sacrificio commendabat; cum ales quæpiam aræ lapidem supermittit. Quæ vates et quisquis hæc conjectare in artibus habent, et excidium urbi portendere et ruinam, et regi periculum præmonent, ni caveret. Neque res ultra differtur : eruptio quippe irruens indigestum etiam tunc militem turbat.

XLVII. Quem ubi Alexander viritim accitum obvium confirmatumque ratione quantocius ipse prævius ducit, nil prædictorum (1) memor aut magis imperii quam sui; catapulta humerum vulneratur graviter quidem : sed enim animo vim corporis sarciens, capiendæ urbis spem vaticinii fide de suo periculo ratam sentit : et posthabito vulnere ut perdurat, admotisque obsidialibus machinamentis cum cuniculis insertis, idque assidue ac profundius, quarta demum die irruit Gazam ac diripit, colique in posterum sinit, usus ejus studio et opportunitatis, ut qui hæc talia sibi vinceret.

XLVIII. Hinc septima die Pelusium et opima

XXXVII. 1. *multorum* C. || 2 *eos* C. || 3. *cultu* C.
XXXVIII. 1. *Arabium* C.
XL. 1. *sponte sedebat* C.
XLI. 1. *et partem unam* C.
XLII. 1. *tamen* C. || 2. *navalidii* C. || 3. *hic* C.

XLIII. 1. *Euphratre displiceret* C.
XLIV. 1. *ipsius* C. || 2. *inscientie visui* C. || 3. *male* C. || 4 *consulam sensulum* C.
XLV. 1. *quare quodam ad gloriam arduis res amico quod* C.
XLVII. 1. *prædictum* C.

Ægypti venit, jam classe præmissa, nihil sibi Mazace satrape ejus loci audente subsistere. Quare inde naves Memphim per Nilum suburgueri jubet, ipse per Heliopolim pedes eodem occursurus : ibique diis Ægypti sacra facit et sacros agonas exsequitur. Exim (1) Memphi defluente exercitu Canopum descendit. Quam circa, loci facie delectatus, condendæ urbis desiderio occupatur : Divum ævo re (2) proxima mortalibus insciens in opere pulchro perpetuari nomen auctoris.

XLIX. Igitur ubi solum describi conveniret, ejus scientiæ artificibus, quos architectonas vocant, limitandæ humo ferunt pulverem defuisse : eoque milites jussos, quisque secum alphita esui potuive gestitaret, ea cuncti conferrent : eximque illos solo pingendo paruisse. Sed enim mox in cetera providentia rege distento, adlapsas alites depastasque edulium aspergine liniamenti. Quod portenti conjectatores cum secus ducerent, Alexandrum sermo est pronunciavisse, eam urbem multis circa palantibus vicinisve gentibus altricem futuram. Hæc molienti omnis quisque faverant Persis, relictis satrapis, Alexandro accessere : coramque pro merito aut voluntate laudantur.

L. Ipse Hammonis sacrum longe in desertis situm, ut illa sibi opinio patris staret, itinere incerto et inlimitatis locis magno dierum plurium labore contendit, quoniam harenis æqualibus diu non dinoscibile est. Denique duos corvos draconesve prævios ivisse aiunt inimici fabularum donicum locum sacri appulit ire, sane secretum deo et ad mira quæque credendum.

LI. Quippe per immensum illud pelagus harenarum loci facies offertur consita, arborum virens, nemoribus umbrosa, inhospita solibus, fontis affluens, tam deo quam copiis dives. Hic pratis mollis, hic floribus picta, glauca hic oleis, hic ebria Libero, hic palmis arboribus grandifera et cæsariata, interscatentibus nymphis et interloquentibus rivulis.

LII. Nec tamen illi ex ingenio nostratium fontium sunt. Quippe præcalidi noctis e medio sensim meridie frigent ad nivem gelidi : eximque tepentes in noctis medium convalescunt. Salem (1) quoque offendunt nitore quo purior crystallus, et sapore gravissimo ceu si arte condiatur, forma terete qua ovum est, paulo majus quam ovum ex ansere, longius, crassitudine tote pervium lumine. Denique exim mola sacrificanti pro thure est odoribus efficacior.

LIII. Hinc patris dei oraculis confirmatus Memphim redit, quo sibi legationes Græcæ convenerant. Et eæ referunt cupita nihilo minus voto lætiores. Athenienses quoque captos Granici suos impetrant.

LIV. Enimvero ipse cognominis sibi urbis jam condita adolescente, surgentibus mœnibus, tum belli rebus civibus formatis, Tyrum redit, classe præmissa : imminentemque (1) *Euphrati* receptus in urbem, mox duobus pontibus amnem eum transit, quamvis Mazæus (2) missus Darii interturbaret. Eximque læva habito Euphrate montibusque Armeniæ, pro utensilium commodo itinere quæsito, Babyloniam tendebat.

LV. Ibi speculatore forte intercepto Alexander, quem in hos usus sibi Darius armaverat, noscit eum jam Tigreta (1) amnem appulisse, obstiturum scilicet transmissuris ibi longe auctiore exercitu animo numeroque. Verum cum is consilio mutato pedem de amne retulisset a tergo hosti venturus, Alexander protinus eum alveum transit præruptis difficile superabilem.

LVI. Ibi suorum viribus fotis (1) et ad futura prædoctis, agmen jam acie composita ducebat. Quarta denique die eminus e celsioribus speculis equitibus palabundis, ut sese videre, concursu protinus habito pars aut cæduntur aut fugantur. Sed enim (2) agminis pondus Dario ipso duce omnisque belli apparatus haud procul indidem habebatur, una omnibus gentibus barbaris, quæ nominis alienæ nostratium, sibi mutuo peramicæ sunt; erantque eis numerus in XL equitum milibus munitissimus, pedites (3) vero his tricies tantum; falcati currus ducenti et elephanti turriti, quæ (4) illis est pompa jactantiæ.

LVII. Hisque cum copiis castra conlocant juxta (1) Bumelum (2) amnem Arbelo urbe non procul, vel quod alii mavolunt in Gausamelis (3), id loci nomen est. Illic fertur orso Dario (4) suos in bellum adhortari visum eunuchum, qui una affectibus captus refugerat, commodum dixisse quo castitatis honore utque regie sui haberentur : *tunc illum* petiisse (5) divinitus pro concione, *si* sibi jam fato non liceat, Persis Alexandrum imperare. Tum locum deligit (6) tendendo *ubi* hostis visabundus erat. Id æquor inoffensius equitabile, et Issico bello (7) conditio diversa : ut (8) quod illic animi virtute provisum est, magna hic corporis rursus fortitudine peteret.

LVIII. Igitur omni quatriduo viribus suorum refectus, exploratoque belli loco, ne qua Persarum insidiæ, sarcinis Alexander relegatis, oratione incitat suos : itaque provehit aciem silentio imperato, ut repens fragor fieret terribilior. At enim ea omni die uterque trepidi et circumspectantes, itidem ut constiterant, in acie quievere; utendumque noctis adjutu Parmenioni consilium erat : quod Alexander dissicit specie victoriæ indecentis, reabse quia noctis fortuna confidere, ubi nihil cautioni licet, et imprudentiæ est et inscientiæ, quoniam consilia bellica longe tutius oculi metantur. Quamvis ipsi haud amplius

XLVIII. 1. *ac sim* C. || 2. *rem* C.

LII. 1. *sal* postularent seqq.

LIV. 1. Pro *imminentemque* Majus dedit *Thapsacumque;* ego addidi fluvii mentionem; etsi Thapsaci quoque nomen excidisse videtur. *eminentemque* (sc. Tygrum) receptus *amnem Euphratem transit.* Letronnius. || 2. *Mazucus* C.

LV. 1. i. e. Τίγρητα, *Tigrim;* codex *Pigreta.*

LVI. 1. *fortis* C. || 2. *sedens* C. || 3. pedes. || 4. turrique.

LVII. 1. *junctum* C. || 2. *Bulemum* C. || 3. *Causamelis* C. || 4. *Darius* C. || 5. *nullius absque ejus græ ereumpetisse* C. || 6. *diligit* C. || 7. *bellico* C. || 8. *aut* C.

equitum VII milia, id vero peditum quod Persis equitum.

LIX. Quare in hunc modum nocte superata, ubi cum die equites Scythas dextrum cornu suum irruere velle et circumplecti Alexander videt, obvius tendit; diuque ancipiti fortuna tandem tamen trusus hostis multo obdurantium dampno in terga convertit. Ultra jam Macedonum pervicacia iverat : at enim Bactris pæne frontis in medio numero claudentibus (1), convertit Alexandrum nuntius suppetiatum suis post fugientibus, qui sibi (2) imminebat. Ac sic Scythæ quoque levati insecutore, ubi a tergo vacant, integrant vires reversi, Bactrisque congregantur, spe audaciam nutrientes.

LX. Fitque pugna acerrima jactatuum crebritate. Quippe Pannoniis (1) alacritas est amica more gentis suæ, vel obtinendum * expeditius prœliantibus, quod præter scuti usum loricæ, ut oneris, neglegunt : contra hosti, quamvis gravis, impenetrabilis tamen ac satis firma corpus omne munitio clauderet et tueretur. Verum sic quoque inter eos * (2) Pannoniis, nunc impete retrudentibus aut concitantibus (3) diuque æstu martio fatigantibus, inmitti currus jubentur.

LXI. Eaque res et fraudi Persis *fuit* et spiramento (1) quippe curulium falcium, discedentibus his qui imminebant Scythis (2), *Macedones* prædocti, pone ubi (3) inruere cursus intuentur, sensim in latera demissi (4) aditum quidem transituris dabant, utrimque tamen equos bigas aurigantesque facile confixerant; idque adhuc Persis equestre tantum prœlium videbatur ac velitatio levis armatorum.

LXII. Quare Darius movet phalanga in Alexandri dextrum cornu quod ejus præsentia præponderabat, sensim tendens suos ut pauciores circumveniret. Sed ferventius obvians, re provisa, plerosque Alexander dissicit, nec obsequi consilio sinit, adeo torrenti turbine et alacritate, uti Darius ipse, exemplo hostis et pudore ignitior (1), etiam tunc agminis sui in medio naviter bellans, ubi incondite suos turbare videt, studio salutis neglegens existimationis in fugam verteret, idque curru, quod nobilius decebat. Neque difficile ceteri pedibus in sententiam secuti (2) regis exemplum, paria consultant, dum Cadusii (3), pars multitudinis Persicæ, rupta Macedonum acie in sarcinis prædarentur : qui tamen mox suorum comperta fortuna, qua via tutior, fugientibus competunt deminutionem (4).

LXIII. Sed hæc in Alexandri sane dextris agebantur. Lævum vero, quod Darii cornu dextro obviabat, ægre satis cura Parmeñionis tuebatur : repensarentque Persæ dampna prædicta, ni Darium Alexander insequens per internuntium nosceret Parmenionis res vergere dampno haud levi : eoque comperto et ancipiti satis bello eminus viso, regressus eidem subpetiaretur (1). Neque enim mora bello fuit a tergo hostium venienti, quin viso tali auxiliatore cuncti protinus laberentur, ut spes fugæ blandior cuique.

LXIV. Quare ipse Alexander Darium insequi statuit : agmen vero transmisso Lyco flumine, quod ultrorsum est, castra vallo munire, ibique quam queant ocius refectioni consulere jubet, secundis intentos. Igitur Parmenion spoliis hostium et opibus coactis opperiri Alexandrum statuit etiam ultra progressum : qui ubi Arbelum venit, quæ prior civitas stadiis belli de loco ferme sexcentis sit, Darium quidem nullum videt, ita volucer prætervolarat : opes tamen ejus et arma tum cidar, apicem regium, curru una et insignibus retrahit universis. Eo bello Macedonum desiderati sunt viri centum, equi mille, quorum pars major insequendo Dario defecerat (1); Persarum (2) vero trecenta haud minus millia, totidem captis, spoliatis universis.

LXV. Darius tamen paucis una Mediam petit, Babylone Susisque vitatis, quod eas urbes inlectu nobiles victorem avide petiturum (1) protinus sibi gloriæ opinaretur, et id conjectare perfacile erat. Denique Alexander contendens cura et facie bellatoris terribilis, in acie agens militem acuminatum (2) Babyloniam accessit minax motu quantum visi eminus queat. Omnes protinus incolæ cultu nil tristi, enim lætitiæ simulamento obviam una muneribus effunduntur (3) : eoque genere universi ad meritum recepti, metum obsequio mutavere, gratantes sibi, nec victore secus ad modestiam credito.

LXVI. Illic igitur primum Persarum omni regno disposito suis legibus, et ejus administratoribus datis, Susas quoque majore longe victoris (1) specie proficiscitur. Exim Tigri transmisso Uxios pergit, efferum hominum genus, quorum quique campestres dicto (2) audientes fuere : montium vero incolæ de soli ingenio ferociores obstituros sese obnuntiabant, ni more Darii mercedem sibi transitus dependisset. Enimvero tunc Uxiis (3) supervenit improvisus, stratisque obviis celsiora montium scandit. Mutata denique adrogantiæ vice Uxii vectigales sese eidem profitentur.

LXVII. Exim relictis qui gravius armabantur, Pylas petit fauces montium Persicorum, ibique offendit Ariobarzanen in se armatum Darii nomine studioque XL milibus peditum et equitum septingentis obviasse. Ubi tamen sibi ingenium loci, quam

LIX. 1. Manca hæc. Bactri ἐχθλίβουσιν ὀλίγους ὄντας πολλῷ πλείονες Arrian. III, 13. || 2. *quis imminebat* C.

LX. 1. deb. *Pæonibus*. || 2. supple *stragem edentibus* vel tale quid. In cod. lacuna unius vocabuli. || 3. *concinantibus* C.

LXI. 1. num *experimento?* || 2. *Scythæ* C. || 3. *insuere* C. || 4. *deniseti* C.

LXII. 1. *agricior* C. conjeceram *calidior;* at unice vera quam dedimus correctio clarissimi Letronnii || 2. *secutus* C. || 3. *consultans quasivis a* C. || 4. sic C.

LXIII. *suppetitaretur* C.

LXIV. 1. *fecerat* C. || 2. *Persis* C.

LXV. 1. *inlectu nobile sere avideque petiturum* C. || 2. *astuminatus* C. || 3. *offenduntur* C.

LXVI. 1. *longes victum* C. || 2. *dictu* C. || 3. *jussis*

manus hostium plus obsistit; docent captivi circuitu posse consuli difficultati : quibus auscultans, fid dicti prævisa, emensis nocte stadiis LX supervenit Persis interritis aditu suique securis. Cæsis denique obstinatioribus fugatisve, ultra inoffensus (1) transit Persepolim (2), divitiis invitantibus : Cyri denique atque Xersii illic, ceu si tutius sitis, thesauris potitur (3) et amœnitatibus aulicis : quamvis regia igni abolita, odio (4) Xersii injuriæ, tum regis voluptatibus (5), etsi jam suis, abolendis : scilicet ut vicem damni ac labis meritum, quam ille invexerat Græcis, repensaret.

LXVIII. Hinc Mediam dirigit studio Darii capiendi, qui, si ulterius urgueretur insectantium pervicacia, transire decreverat ad Hyrcaniam. Quippe Darius Bactra populatus, tum omnibus adpetendis corruptis aut amandatis (1), dampno regionis (2) contra insequentes cavebat. Ac si quid sibi regium aut de affectu regio supersederat, id omne jam Pylas Caspias relegarat (3), unaque comitantibus et utilitate devotis ut opinabatur, quos se sequi (4) coegerat, morabatur.

LXIX. Qua re conperta, duodecima demum die Mediam Alexander advolat, quod exim ultra abiturus Darius ferebatur. Sed jam digressum una thesauris insequitur unius diei reliquo intervallo : rescitque a transfuga, pertæsos comites fugæ ejus, ceu si in gratiam potioris, Darium habere sub vinculis : Besum vero, satellitem regis', ejus insignia recepisse, Igitur voto pennatior et spe voti ignitior (1) et viæ usus asperiore conpendio id elaborare ad pretium moræ abscindendæ : inopinus (2) supervenit Beso, confligentemque dampno non levi dispergit et dissicit per vim clam fuga de medio (3) dilapsum. Ibique reperiunt Darium *interfectum a* suis (4) qui Beso una fugissent. Quare corpus quidem honore regali majorum ejus sepulcris inferri jubet.

LXX. Ipse vero, Hyrcanis quibus (1) visum ad ingenium loci ac temporis reversionisque commodum superpositis, Besum insequitur, sic animo firmatus, ut quadrifariam fugiens vallaretur. Denique ubi campos ingressus est, victori se dedunt Abraxares una Phratapherne satrapa : Besus elabitur. Qua cura deposita seu dilata, suos per loca belli, si quos reliquerat, congregari jubet, refectisque his quatridui mora Xazacerta ire decernit (2) urbem illic nihil optimæ posthabendam, quam præmissi in hoc ab Alexandro moderabantur. Sed concurrunt prius etiam impedimenta agminis universi (3) loco belli relicta accitaque post id. Sic enim regia jussa præscripserant. Ac si qui (4) ab se distracti fortunam belli meritumve victoris elegerunt, vel si qui ad ejus judicium provocarunt (5) venia donati omnes : Græci quoque mille quingenti qui Dario mercede militabant : eosque suos facit.

LXXI. Interim tamen Mardos excurrit, et captos bello redigit in obsequium nihil omnium rennuentes (sed enim Mardis, præter arma viresque, nulla sua res est) opum cura posthabita perdurans, quæ cæteros hominum exercitos habet. Exim revertenti Spartani se offerunt, qui Darii amicitiam petierant : sed custodiri mandantur suspecti simplicis confidentiæ

LXXII. Tum moratus Xazacertæ in Hyrcania dies quindecim, Parthos Arionosque proficiscitur, et Susiam civitatem, quod Besum illic bello studere conperisset, non regni modo, verum nominis (2) etiam Artaxersii (3) veluti ad reverentiam sibi vanitate quæsita : quoniam multi refugæ Bactriani in ejus satellicium confluxissent electi mente jactantiæ.

LXXIII. Inque id destinanti Satibarzanes Ariorum satrapa nuntiatur, interfectis Macedonum urbis ejus ad custodiam quos acceperat, Arios pro Beso armare. Illo igitur prævertens sexcentis biduo stadiis urbem Artacoenta (1) Ariorum regiam venit. Quo viso Satibarzanes una paucis conscius meriti fugit : ceteri puniuntur mali consilii vel obsequii (2) mercede. Quis gestis, Xazacertam (3) Alexandro revertenti offertur unus Darii interfectorum, afficiturque serviliter verberibus ac morte : edoctusque ab eo super consciis in Besum ducit exercitum.

LXXIV. Eo vero itinere gentes subjugat plurimas : tum Dracas, tum Arachotas barbaros vicinos Indis (1), mari Rubro imminentes : Arios quoque qui nuper obsequio defecerant : idque hieme multa iniquum militibus inpeditis. Enim vero in hos ducibus inmissis, ipse Causasum tendit amore vincendæ difficultatis, et illic quoque Alexandriam sibi ad fidem laboris instituit (2).

LXXV. Quam molienti nuntiatur, Besum ultra transgressum Oxum flumen navibus superavisse, quas omnes incenderit, ne persequendi (1) sit libido. Igitur nihil moratus ipse quoque audet in Caucasum longitudine sui Tauro continuum, saxis incondite arduum, neque gradibilem, ut videbatur, intersitumque parvis (2) arboribus. Cetera terebinthum (3) illic aiunt *et* silphium gigni : quo facile adpasci (4) oves floris ejus *esu* et usu frugis et radicium delectatas : eoque et hominibus gaudet carne sola con-

LXVII. 1. *inoffendius* C ‖ 2. *pde* C. ‖ 3. sequitur spatium unius vocabuli. ‖ 4. *abolica odito* C. ‖ 5. *voluntatibus* C.

LXVIII. 1. *emendatis* C. ‖ 2. *regi* C. ‖ 3. *relegerat* C. ‖ 4. *quæ secatene* C.

LXIX. 1. *ignolior* C. ‖ 2. *inopin.* C ‖ 3. *perbis clam fugere medio* C. ‖ 4. *ibique reperiunt in armasuis* C.

LXX. 1. *Hyrcaniæ qs* C. ‖ 2. *discernit* C. ‖ 3. *versi* C. ‖ 4. *ac si quis ad se* C ‖ 5. *vel qui adjuvum judicium putant* C.

LXXII. 1. sic C. ‖ 2. *nomine* C. ‖ 3. Artaxersi C. ‖

LXXIII. 1. Ἀρτακόανα Arrian., *Artacacna* Curtius. ‖ 2. *obsequio* C. ‖ 4. *Xazacurtam* (Ζευδράκαρτα Arrian.) h. l. C.

LXXIV. 1. *Tum Dracastrum Arachotas barbaras barbarorum vicinas Indiis* C. ‖ 2. *ad fidem laboris institutæ nominis difficultate* C.

LXXV. 1. *par sequentis* C. « quod fortasse ferri potest. » ‖ 2. *paris* C ‖ 3 *eteraque vitio bonum illic* C. ‖ 4. *ad pari* C.

tentis, martiis prorsus et belli usibus amicissimis.

LXXVI. Quippe hinc Besus non modo gentem (1) optaverat, verum quidquid suppetule insequentibus foret, id omne corrumpens abolensque (2) incendio, geminaverat difficultatem paria temtantibus. Sed enim frustra id quidem. Ita omnibus superatis, quod se suosque Alexander docuerat (3) fama Aorni primum, tum penes Bactra viatica esse (4), ipse quoque Oxum jam superaverat.

LXXVII. Ubi cum facultas transitui nulla esset, probat nihil ita mortalibus arduum, cui non viam perfacile sapientia straverit. Quod enim alias (1) præsenti usui suppetiari adverterat, promere suos pelles jubet, quibus subtendere (2) gignentium frivola aridaque constringi quam maxime in vinculis crebrioribus docet. His quippe pactis, substratu levium densarumque itidem et superjectu trabicularum (3) calcatu tabulandarum conexa utrimquesecus pellium pragmenta usum ratium integraverant sibique pecorique. In hunc modum sarcinis transportatis, non superstantibus tantum fida militibus, sed annantibus quoque animandis, si statio horruisset, opinione facilior transmissio fuit, cum stadiis latitudinis alveus Oxi amnis pateret.

LXXVIII. Nec tamen quisquam ausus obsistere est; quin etiam nuntiatur jam planiora perviantibus (1) Besum ibi (2) vinctum a suis communi pretium culpæ servari pro his, quibuscum fugerat, reum. Quare exim iter solito patientius (3) facit. Ptolomæum vero Lagi præire susceptum Besum ad seque perducere antemittit. Nec mora; vinctus offertur, unaque flamma (4) iræ ejus extincta. Ita increpitum perfidiæ servilis, eoque (5) nomine verberatum, ad pœnæ conperendinationem custodiri in tempora mandat. In ceteros venia liberalis.

LXXIX. Hisque in hunc modum gestis, exim sibi equorum numerum integrat, qui admodum plurimi omni genere difficultatum varie defecerant. Ipse ire Maracunda contendit, quæ Sogdianis est regia, Tanaimque exim qui subortus e Caucaso ingressurusque Hyrcanum mare Asiam Europamque dispertit (1). Ejus pars fertur Tanaidos humo Asia paludibus Mæotis emergere denuo, causasque Euxino dare, ut cursu, quo volvitur, urgeatur.

LXXX. Eo itinere tamen præmissos Macedonum castra metatum, improviso offusi paucis indigenæ, opprimunt obtruncantque, qui in triginta haud minus milibus Alexandro venienti obversari decreverant. Enim mox Alexandro ingruente, ad montium celsiora concrepant. Sed ubi eis primo conflictu fortuna blandita est, Alexandro crus sagitta transjecto, ulterius ausi eo usque cæduntur, ut vix octo de triginta milibus laberentur.

LXXXI. Quibus gestis, Abii Scythæ ab Homero justitiæ laudati legatione se dedunt, moremque gesturos victori profitentur, quantum solis corporibus queant, quoniam quisque pauperior liberior infestatore. Eorum denique moribus delectatus remissis adjungit, studio veri (1) discendi, qui quid (2) colerent, aut viverent, renuntiarent. Ipse progressus ad Tanaim illic quoque urbem sibi instituit haud disparem magnitudine cognominem Alexandriis : idque usui cavens, si quando post in eadem militaretur.

LXXXII. Sed inconciliantibus Besi sociis, jugumque gentium nominantibus, metu pœnæ septem urbes consulto pari græcos custodes interimunt. Quarum quæ Cyri civitas dicta Craterus multa cum militum manu mittitur obsessurus, neu quid ultra liberius queant. Ipse Gazam primo congressu aliasque quattuor biduo capit.

LXXXIII. Tum Cyri adgreditur situ murisque firmissimam; quam XV scilicet armatorum milia tuerentur, nulla victualium (1) indigentia : jamque machinis in id admotis (2), repente amnem, ut prius animo præsumserat, qui eam urbem agmine turbido (3) interfluit, transit Alexander nihilque opinantes obtruncat. Tunc secure urbis ejus potitum se ratus animo deferverat. Neque inpune id, aut modestiæ merito : acriter enim incolæ congregati inter primos qui inruperant Alexandrum quoque saxo caput graviter vulnerant. Sed non eo secius (4) inritatis protinus Græcis capitur civitas vastaturque, nihilo minus rege in opere fervente. Quæ vero septima civitas exempli metu ad modestiam ducta est.

LXXXIV. Verum sic quoque Maracundam contendit, ubi sui obsideri nuntiatur, et prætera Scythæ trans Tanaim obturbabant. Quare suis legat propere suppetias. Ipse vicesima die urbem, quam præcœpit, substruit (2). pœna captivorum usus ad operis festinationem tali in tempore necessarii : datis incolis quos ætas aut vulnera deprecabantur, item (3) militiam nolentibus, aut etiam nequeuntibus et in id idoneis peritia necessariorum.

LXXXV. Verum imminentibus Scythis superbe, is (sæpe (1) conatum cum sacrificia cohiberent, idque creberrime) vincit imperatoria indignatione, vinceret ratio quæ fato obviabat (2). Ac nocte Tanai transmisso tam facile quam audacter hostes primo incursu fugat cæditque palantes. Eos vero intemperantius persequens siti æstivæ succumbit. Neque aqua utibilis reperta. Quidquid de fluviis aut rivis ab æstivo in lacunis erat, eo proni ac lingua lambentes hausto ceu necessario, latente ejus peste corrupti sunt.

LXXVI. 1. *gente* C. || 2. *corrupta amolitasve* C. || 3. *docte* C. || 4. *viaticasset* C.

LXXVII. 1. *aliud* C. || 2. *promere suos pelles, quibus subtendere jubet eis* C. || 3. « *trabilacularum* C.

LXXVIII. 1. Sic Letronnius; *perinantibus* cod. || 2. *ubi* C. || 3. *patientibus* C. || 4. *offerunt una seu flammo.* C. || 5. *proque eoque.* C.

LXXIX. 1. *dispergit.* C.

LXXXI. 1. *vero* C. || 2. *quidquid* C.

LXXXIII. 1. *nulli victualibus* C. || 2. *amotis* C. || 3. *turbi* C. || 4. sed *nos eos etius* C.

LXXXIV. 1. *si* C. || 2. *subruit* C. || 3. *idem* C.

LXXXV. 1. *hisæpe* C. || 2. corrupta V. Arrian. IV, 4. 3. *vacuate gestu* C. || 4. *hostilis vitio* C,

Quippe ea qualitas alvo laxandæ efficacissima. Ita omnes viribus vacuati æstu (3) intestino caloris, ut minus nonnulli hoste *quam* vitio (4) prævenirentur. Insecuti nihilominus eorum legati veniam erratis post victoriam retulerunt.

LXXXVI. Ii porro Macedones qni in arce Maracundæ obsidebantur, ante adventum auxilii eruptione facta disjecerant hostes ac fugarant. Longius tamen eos in (1) Sogdianos insecuti, ubi de reditu consulunt amnemqué Polytimetum (2) adfuere, sensim prosequentibus Scythis inexploratam adorti (3) alvei partem, limo profundius retentantur (4). Idque ubi hostis gnarus (5) locorum videt, prævenit, adortique (6) rerum imperitos ac male cedentes (7), comminus conficiunt (8) omnes, nisi quis prævenisset pedum aut visuum (9) potens. Neque amplius equitibus semiermibus XL, peditibus (10) CCC fugere.

LXXXVII. Quibus Alexander nuntiatis, Maracunda contendit, auctoremque ejus sceleris Spitamenem (1) fugientem secutus omni cum socio interfecit. Suos sepelit, vastatque regiones quas Polytimetus amnis ambit aut rigat, qui progressus ulterius harenis bibitur et receptatur, facitque invia cuncta, subsidiis colentium (2) nullis : quoniam illic et alii famosi amnes hauriantur, Pardis (3) qui Mardos, Ariusque qui Hunnos (4) interfluit, et Estumandrus veniens per Evergetas. Hi omnes illic sepulti vanescunt.

LXXXVIII. Hieme igitur apud Arimaspos declinata, dat sese legationibus obsequentium aut paciscentium quod (1) usus aut quies vellet : Besumque accitum et rursus increpitum, et verberibus punit et gloria, mutilatis tamen prius et naribus auribusque : idque supplicii genus durius visum quam severitas Græca est.

LXXXIX. Nam et cetera ejus cultus et affluentiæ, more Medorum, suorum plerique jam sedulo aversabantur, cum luxu mores adrogantiaque mutasset : tum mensæ modo, tum vestium pretio, tum apicis vanitate is qui utroque de latere Heraclidas sibi Æacidasque censeret, Arsacidum tamen æmulationi concesserit, victi rem passus (1), quorum moribus obsecundabat : idque ei omnes animi glorias obumbrabat.

XC. Præsertim ubi amicissimum sibi Clitum illum Granici propugnatorem ex causa convivii incitus interfecerit (die sacro quo pro (1) Libero Castoribus fecerat) qui (2) epulo accubabat una blanditoribus regis. Tum supra ipsos fortitudinis deos laudari ab adsentatoribus cœptus, patri quoque se Philippo anteferri delectabatur.

XCI. Enimvero Clitus uti Alexandrum amicum restitueret in viam, neque concederet ei malam morum adrogantiam coalescere, cui modestia et verecundia plus laudis adferret, amico liber, religiosus in Philippum, eum vero se anteferre respondit, qui hos fecerit suos animi viribus corporisque (1) cum quibus vicerit, non eum (2) qui talibus gaudeat. Quæ ubi ultra, nec pudet regem vino calentem; Cliti (3) verbis gladio respondetur. Sed enim mox in id recidit pænitudinis, ut eum vitæ pigeret adeo inpigre intemperantis : ni amici magis id offensæ dei Liberi, quam ejus moribus darent; qui sic posthabitum (4) sollemne suum ultus furore putaretur : aut invidentia laudum earum æmulus (5).

XCII. Quare tum quidem curam corporis recipit, vitium tamen gliscit. Quippe jam adoratum se volens, salutari more mortalium neglegebat. Verum sapiens Callisthenes comes et amicus (1) arcere hominem et deducere palpo temptabat : eo quoque addito, quod quam justum sit infestari eum qui insignia regni quæ sua *non* sunt usurparit (2), tam a diis posse puniri abjurationis qui sibi adeo faveant (3) honore jactantiæ. Sed neque proficit Callisthenes, et mox inter proditores relatus ex causa tali morte punitus est.

XCIII. Mos erat, regibus optimatium liberos ministrare (1), ad custodiam scilicet regiam et obsequia liberalia. E quis Hermolaus quoque Sopolidis (2) erat bonis moribus roboreque, quorum utrobique studens, regi de corpore, animo tamen ac disciplinis militans Callistheni, ubi eum quæreres sat placebat. Is venante (3) Alexandro in aprum exspectabilis formæ, ipse prior bestiam sternit, et strata gloriatur, utque immodestæ fortitudinis ab rege verberatur.

